
Digitized by Google

V B 78 62a

M

13-23·H·6

NICOLAI

VIGELII

DE DREISA HESSORVM IV-RISCONSVLTI

METHODVS VNIVERSI Iuris Pontificij absolutissima, in quinq; libros distincta:

Nunc demum additionibus Methodi Iuris controuersi aucta.

Ex qua patet, in quibus Ius Pontificium cum Iure Ciuili consentiat, in quibus ab eo discrepet, illúdue distinguat.

Cum Cæs. Maiest. gratia & priuilegio ad annos X.

BASILEÆ
PER HIERONYMVM GEMVSÆVM.
1597.

COMMISSIONE PER LE BIBLIOTECHE ROMA

REVERENDISSIMO PRINCIPI AC DOMINO, Domino Danieli, Archiepiscopo Moguntino, sacri Romani Imperij per Germaniam Archicancellario, Principi Electori, Domino suo clementissimo,

NICOLAVS VIGELIVS I.C. S. D. P.

CVM Methodus hæc denuò esset excudenda, Reuerendissime Princeps Elector, Domine clementissime, eam recognitam, & in nonnullis locis emendatam, Reuerendissimæ Celsitudini vestræ dedicandam duxi: tum quòd Reuerendissima Celsitudo vestra labores meos, quos in Iure excolendo sustineo, inter cæteros Imperij ordines sua liberalitate iuuit: tum vt per hanc occasionem Iurisprudentiæ meæ, quam ij qui in foro versantur, tanquam nouam, & à fori consuetu-

dine alienam, Principibus viris suspectam & inuisam reddere conantur, Reuerendissimæ Celsitudini vestræ, tanquam sacri Romani Imperij per Germaniam Archicancellario, rationem aliquam redderem. Neque enim me huius Iurisprudentiæ vtcunque nouæ, & à fori consuetudine alienæ, pœnitet, adeò quidem, vt eius publico hoc scripto rationẽ reddere non erubescam. Cum enim Ius ars boni & æqui, perinde ac cæteræ artes, doctrina partim, partim vsu paretur & exercitatione: ita sentio, doctrinam simul & exercitationem Iuris forẽsibus actionibus, dummodo non vitiosis, debere esse accommodatam. Est enim perabsurdum, artium ac scientiarum studia ab actionibus, quarum artes atq; scientiæ sunt, discrepare. Iam nemini dubium est, actiones forenses, quibus Iuris studia sunt accõmodanda, potissimùm consistere in argumentis causarum, quæ in iudicia deducuntur, tum inueniendis, tum formandis, tum deniq; dijudicandis: quorum priora duo aduocatorum munera sunt, postremum ad iudicem eiusque assessores spectat. Argumenta autem causarum appello actiones, exceptiones, replicationes, duplicationes, & sic deinceps, quibus iura causarum vtrinq; disputantur. Huiusmodi disputationibus forensibus doctrinam Iuris accom-

commodaui. Siquidem proposito aliquo iure, eius exceptiones, exceptionum replicationes, replicationum duplicationes, & sic deinceps ordine subieci. Quam rationem tam in Ciuili, quàm Pontificio, necnon Controuerso Iure digerendo sum secutus: qua non solùm facilem vtriusque Iuris cognitionem, sed & argumentorum forensium inuentionem promptam & expeditam me reddidisse confido. Hac re nihil aduersus fori consuetudinem deliqui: nec credo quenquam omnium qui in foro versantur, tam iniquum, qui hanc meam Iuris docendi rationem duxerit reprehendendam. Quod ad rationem attinet argumentorum formandorum, seu apud iudicem proponendorum, in ea (fateor) à fori consuetudine discrepo: nec enim quid in foro fiat, sed quid fieri debeat, in hac re spectaui. Siquidem consuetudo fori, qua vnum argumentum per decem, viginti vel triginta, interdum plures positiones proponitur, quibus singulis singulariter ab aduersario respondetur, à Dialecticorum, Rhetorum, & veterum Iurisconsultorũ præceptis abhorret: ipseq; causæ status, ad quem iudici ante omnia in iudicando est respiciendum, ista ponendi ac respondendi ratione inuoluitur, vt difficilius iudici apparere possit. Proinde non sine causa Elector Saxoniæ

hunc morem à suis iudicijs per constitutionem repulit. Nec praua ista consuetudo defendi hoc colore potest, quòd in locum interrogationum, quæ olim in iudicijs erant receptæ, successerit. Siquidem istarum interrogationum longè alia fuit ratio: tunc enim adhibebantur, quando actor dubitabat, an & pro qua parte aduersarius hæres esset, eiusq; rei probatio difficilis erat. In positionibus autem, quibus hodie vtuntur, actor non dubitat, sed asserit verum esse, seq; ad probandum offert. Proinde præstat syllogistica forma vel copiosius argumentum proponere, & aut negando aut distinguendo ad id ab aduersario responderi; hæc enim ratio Dialecticorum, Rhetorum & veterum Iurisconsultorũ præceptis consentit, & ad causæ statum iudicem rectà sine longis ambagibus perducit. Superest de argumentis propositis iudicandi ratio, in qua mea Iurisprudentia, veteribus quidem Iurisconsultis non incognita, nostris hominibus noua videtur, estque (vt ingenuè fatear) hoc casu à fori consuetudine seu corruptela potius prorsus aliena. Licet enim omnes fateantur, litis contestationem iudicij fundamentum esse: quid tamen litis contestatio sit, & quomodo lis contestanda, nemo intelligit, & ita in ipso iudicij fundamento aberratur ab omnibus: ex quo erro-

errore litium longæuitas & incertitudo, de qua graues hoc seculo querelæ existunt, originem trahit. Impp. Seuerus & Antoninus Augusti: Lis (inquiunt) tunc contestata videtur, cum iudex per narrationem negocij causam audire cœperit. Quorum verborum sensus hic est, Litem contestatam videri, cum per actionem, exceptionem, replicationem, & alia huiusmodi causæ argumenta, in Iure vtrinque proposita, iudex id in quo causa consistit, seu statum causæ cognoscere cœperit. nec enim audire causam aliò spectare potest, quam vt iudex statum totius negocij cognoscat. Quo cognito, vel actio, vel exceptio, vel replicatio, vel duplicatio apparebit controuersa: & aut de iure, aut de facto eius lis erit. de qua re aliâs copiosius differui. Quòd igitur in iudicio actio proponitur, excipitur, replicatur, duplicatur, &c. omne eò pertinet, vt iudici status negocij constare possit. Nec enim iudici, quemadmodum aduocatis, qui argumenta ad causam agendam ac defendendam quærunt, ad circumstantias causæ, sed ad causæ statum in iudicando respiciendum: nec causa illi in personis & temporibus, sed in genere vniuerso consideranda, & hypothesis ad thesin reuocanda est. Quod & Cicero testatur his verbis: Omnes

controuersias ad vniuersi generis vim & naturam referri, item dum ait : Nullam esse causam, in qua id quod in iudicium venit, ex reorum personis, ac non generum ipsorum vniuersa disputatione quæratur. Hac ratione vsi veteres Iurisconsulti, non verbosis consilijs, vt nunc fit, sed breuiter de iure soliti sunt respondere, vt ex Pandectis constat. Nec obstat, quòd in suis responsis, quemadmodum Imperatores etiam in suis rescriptis, sæpe certas personas & res nominatim posuerint. Ex hoc enim non conuincitur, eos in respondendo ac rescribendo ad facti speciem, seu ad personas & tempora potius quàm ad genus vniuersum respexisse : cum nihil interfit, vtrum respondeatur, Titium, qui Stichum seruum calendis Martij dare promiserat, Sticho ante calendas Martias sine dolo & culpa Titij mortuo liberatum esse : an sic, Debitorem speciei interitu ipsius rei debitæ liberari, si dolo & culpa caret, nec in mora soluendi fuit : Nec item obstat, quòd iudici interdum à legibus iniungitur, vt pro qualitate personę & causę duriorem vel humaniorem sententiam ferat. hoc enim in ijs causis obtinet, quæ magis ex arbitrio iudicis, quàm ex certa legum authoritate pendent, in quibus litis contestatione opus non est, nec iudex ad statum causæ alligatur. Hæc veteribus

Iuris-

Iurisconsultis non fuerunt incognita, sed hodie noua videntur, & sunt inaudita. Nisi tamen aliquando in vsum reuocentur, frustra de litium longæuitate & incertitudine è iudicijs extirpanda in Comitijs Imperij consultatur. Reddidi breuiter meæ Iurisprudentiæ, quæ in iudicando magis quàm in disputando consistit, rationem: quam ad Reuerendissimam Celsitudinem vestram, tanquam sacri Romani Imperij per Germaniam Archicăcellarium, potissimùm perscribere volui, vt Principes Viri, & ij qui penes eos sunt, intelligant, me lucem non subterfugere, & gratiam potius eorum quàm indignationẽ meis summis laboribus, quos in iure excolendo exhaurio, mereri. Nec dubito, si tali Iurisprudentia iuuentus in scholis institueretur & exerceretur, eam actionibus forensibus magis idoneam euasuram, & tandem euenturum id quod in priore huius Operis præfatione, quæ nunc inter alia mea opuscula extat, promisi, vt progressu temporis tales viri ad iudicia accedant, qui vno anno plures causas vel certiore iudicio expedire queant, quàm nunc decem annis expediũtur. Quod verò ad præsentem Methodum attinet, eam Reuerendissimæ Celsitudini vestræ dedico, in qua omnia quæ in Iure pontificio reperi, fideliter ad suos redegi locos, & cum Iure ci-

uili contuli: vt facilè apparere posſit, in quibus pontificium Ius à Iure ciuili discrepet, in quibus cum eo cõsentiat, illudúe distinguat: de ijs quę à nostris hominibus in controuersiam deducta sunt, liberum cuiq; suum iudicium relinquens. Quemadmodum enim in Iuris ciuilis Methodo, ita quoq; in hac meum non interposui iudicium: cùm hoc mei instituti non esset. Illud autem optandum censeo, vt tantum prudentiæ & iustitiæ ciuilis studium in animis hominum excitetur, quanta de religione hodie est contentio: tunc enim res humanæ longè melius sese essent habituræ.

AV-

AVTHOR AD LECTOREM.

HAbes Lector vniuersi Iuris Pontificij Methodum, ad eum ferè ordinem, quem in Digestis Iuris ciuilis obseruaui, conscriptam: nisi quòd ea quæ de hæreticis habentur, in hac Methodo accusationibus publicis subieci: & ea quæ de matrimonijs habentur, inter actus ecclesiasticos retuli. Quoniam canones matrimonium inter sacramenta referunt, & eius causas ecclesiasticæ iurisdictioni subijciunt. Signũ autem hoc M. I. C. quod passim occurrit, Methodum meam Iuris ciuilis denotat. Nam diligenter Ius Pontificium cum Iure ciuili contuli, & si quo in loco ius hoc cum illo concordat, vel ab eo discrepat, illudũe distinguit, annotaui: ideoq; sæpius Methodus mea Iuris ciuilis hoc signo mihi fuit allegandа. quod vt intelligeres, eius te hoc loco admonendum duxi. Vale.

CATA-

CATALOGVS CAPI-tum huius Methodi.

LIBRI PRIMI DE LEGIBVS, Magistratibus & iudicijs publicis.

De Iure & Legibus. Cap. 1
De exceptionibus aduersus leges. 2
De Iuris legumq; diuisionibus ac speciebus. 3
De rescriptis Principum, & decretalibus epistolis. 4
De Magistratibus. 5
De publicis iudicijs in genere. 6
Quid veniat in iudicia publica, seu de pœnis. 7
De excommunicatione. 8
De interdicto ecclesiastico. 9
De actibus & adiunctis publicorum iudiciorum. 10
Euentus & consequentia iudiciorum publicorum reo absoluto. 11
Euentus & consequentia iud. publicorum reo damnato. 12
De pœnæ remissione & absolutione: item Euentus & consequentia publicorum iudiciorum reo restituto & pœna liberato. 13
De adfinibus publicorum iudiciorum & accusationum remedijs. 14
De publicis iudicijs in specie. 15
De Simonia. 16
De hæresi. 17
De hæresi in specie. 18
De vsuris. 19

LIBRI SECVNDI DE iudicijs priuatis.

Descriptio iudiciorum generalis. Cap. 1.
De iudice. 2

De po-

De postulantibus & aduocatis. 3
De procuratoribus. 4
De actore & reo, necnon de re litigosa. 5
De in ius vocando, & vocati contumacia coërcenda. 6
De edendo. 7
De dilationibus. 8
De exceptionibus dilatorijs. 9
De reconuentionibus. 10
De litis contestatione, deque iureiurando ob calumniam dando, & alijs huiusmodi iuramentis. 11
De probationibus. 12
De instrumentis. 13
De testibus. 14
De confessis & interrogationibus in iure faciendis. 15
De iureiurando. 16
De ordine cognitionum & officio iudicis. 17
De appellationibus. 18
De sententia & re iudicata. 19
De executione rei iudicatæ, deq; expensis litis, & sportulis iudicum ac ministrorum. 20
De compromissis. 21
De transactionibus. 22

LIBRI TERTII DE re ecclesiastica.

De ecclesijs in genere. Cap. 1.
De ecclesia vacante. 2
De clericis & monachis in genere. 3
De clericis & monachis ordinandis 4
De officijs clericorum, quibus non præstitis clericatus amittitur. 5
De priuilegijs & rebus clericorum ac monachorum. 6
De præbendis & dignitatibus. 7
De episcopis, alijsq; prælatis. 8
De iurisdictione prælatorum. 9
De electione prælatorum. 10
De prælatis alijsq; personis ecclesiasticis in specie. 11
De rebus ecclesiæ in genere. 12

De decr-

De decimis, primitijs & oblationibus. 13
De iure patronatus. 14
De rebus ecclesiasticis corporalibus in specie. 15

LIBRI QVARTI DE actibus ecclesiasticis.

De fide & doctrina Christiana, necnon de concionibus & orationibus. Cap. 1.
De diuinis officijs & sacris mysterijs. 2
De sacramentis. 3
De consecrationibus & benedictionibus. 4
De pœnitentia. 5
De peccatis. 6
De eleemosynis & ieiunio. 7
De ferijs & festiuitatibus. 8
De sepulturis. 9
De voto & iureiurando. 10
De sponsalibus. 11
De nuptijs. 12
De exceptionibus aduersus nuptias desumptis ex personis nuptias contrahentium. 13
De reliquis exceptionibus aduersus nuptias. 14
De replicationibus præcedentium exceptionum generalibus. 15
De iure contracti matrimonij, quod est inter virum & vxorem constante matrimonio. 16
De actione qua vxor virum, & contrà vir vxorem petit. 17
De solutione matrimonij. 18
De actione ad dissoluendum matrimonium, & matrimonij accusatione. 19
De iure matrimonij soluti. 20
De secundis nuptijs. 21
De concubinis. 22
De concilijs. 23
De visitationibus. 24

LIBRI

De iure publico. Cap. 1.
De iure personarum. 2
De rerum iure. 3
De rebus. 4
De causis iuris lucratiuis & conditionibus 5
De obligationibus & actionibus in genere 6
De contractibus & quasi contractibus 7
De delictis & quasi delictis. 8
De exceptionibus & liberationibus. 9
De in integrum restitutionibus. 10
De verborum significationibus. 11
De regulis iuris. 12

FINIS.

METHODI IVRIS PONTIFICII

LIBER I.

DE LEGIBVS, MAGISTRATIBVS, & iudicijs publicis.

DE IVRE ET LEGIBVS, *Cap. I.*

I. ETYMOLOGIA IVRIS.

IVS dictum est, quia iustum. c. ius generale. §. ius autem. distinct. 1. Aliam etymologiam vide M. I. C. libro primo, capite 1. quæst. 3.

II. DIFFERENTIA IVRIS & legis.

Differunt ius & lex; quemadmodum genus & species. Lex enim iuris species dicitur d. c. ius generale, in prin. Rectius tamē dicitur ea differre quemadmodum continens & contentum: siquidem ius ars boni & æqui continet leges, vt præcepta sunt artis suæ contenta.

III. ORIGO iuris ciuilis exponitur distinct. 7. c. 1. cum duobus sequentibus. Concordat M. I. C. d. c. 1. quæst. 5. Iuris Pontificij origo exponitur dist. 15. c. 1. cum sequente.

IV. SPECIES aliquot legum enumerantur distinct. 2. c. quædam cum duob. sequentib.

V. RATIO & vsus iuris legumq., est coërcitio humanæ audaciæ & nocendi facultatis. distinct. 4. c 1. cum sequente. 23. q. 5. c non frustra.

VI. OFFICIVM legum exponitur distinct. 3. c. priuilegia. §. officium, cum sequente. Concordat l. 6. ff. de legib.

VII. DE LEGISLATIONE.

I. Regula: Translato sacerdotio, legis quoque ferendæ potestas transfertur. c. translato. 3. de constitutionib. Concordant ea quæ habentur infrà cap. 4. in princ.

II. Regula: Quæ in legibus ferendis attendenda, definitur dist. 4. c. fact. 2. §. præterea. cum c. sequente. Plura de legulatione vide M. I. C. lib. 1. cap. 2.

VIII. DE LEGVM INTERpretatione.

I. Regula: Eius est ius interpretandi leges, cuius est & ius ferendi. 25. q. 1. c. vlt. §. quanquam. Concordat M. I. C. lib 1. cap. 2. quæst. 5.

II. Regula: Prohibita causa, prohibitus quoque censetur effectus, c. cum quid. 39. de reg. iuris, in 6. c. nam concupiscentiam 4. de constitutionib.

III. Regula Prohibito effectu, omnis eius causa prohibita censetur c. cum quid. 84 de reg. iuris, in 6.

IV. Regula: Vbi eadem ratio, ibi idem ius constituendum est, per ea quæ habentur M. I. C. lib 1. c. 2. quæst. 6. reg. 2. & M. I. R. lib. 1. ca. 1. quæst. 1. reg. 5.

Cuius

Cuius exceptio prima hæc est: Nisi aliquid contra ius commune statutum vel introductum sit. hoc enim ad similes casus non est trahendum. c. quæ à iure. 28. de reg. iuris, in 6. l. 14. & l. 39. ff. de legib. Accedit M. I. R. d. reg. 5. except. 1. Altera exceptio est: Nisi propter necessitatem aliquid statutum sit: nam nec hoc ad similes casus trahendum. c. in argumentum. 78. de reg. iuris, in 6. 1. q. 7. c. quod pro remedio. 9. q. 1. c. ordinationes. §. quamuis. c. cum in cunctis. 7. in prin. vers. ea propter. de electione. c. in causis. 19. in fin. de scientia & re iudicata. l. quæ propter. 122. ff. de reg. iuris.

V. Regula: Cessante legis ratione, cessat lex. d. c. quod pro remedio, & d. §. quamuis.

VI. Regula: In re obscura id sequendum, quod legibus contrarium non est. c. vlt. in fine. distinct. 14. l. 19. ff. de legib. l. quoties. 67. ff. de reg. iuris.

VII. Regula: In re dubia loci consuetudo est attendenda. l. si de interpretat. 37. cum l. sequente. ff. de legib. l. semper. 34. ff. de reg. iuris l. 18. §. optimum ergo. ff. de instrum. legato. Accedit M. I. R. d. cap. 1. quæst. 1. reg. 12. Quòd si varia sit consuetudo, ea potius attendenda, quæ magis rationabilis est, & alij minus præiudicans. c. cum olim. 6. de consuetudine.

VIII. Regula: Leges priores, quamuis abolitæ, in posterioribus interpretandis adhiberi possunt. l. non est nouum. 26. cum lege sequente ff. de legib. c. fuerunt. §. paulatim. distinct. 7.

IX. Regula: Quæ in alicuius fauorem constituta sunt, aduersus eum non sunt interpretanda. c. quod ob gratiam. 61. de reg. iuris, in 6. Concordat M. I. C. lib. 1. cap. 2. quæst. 6. reg. 7.

X. Regula: Beneficium Principis latissimè interpretandum. c. olim. 16. & c. abbate. 25. de verb. significat. c. cum dilecti. 6. de donationibus. l. 3. ff. de constitut. princ. l. 2. C. de bonis vacantibus. Accedit M. I. R. d. quæst. 1. reg. 23. Huius regulæ exceptio est in literis super obtinendo beneficio impetratis, c. quamuis. 4. in princ. de prebendis, in 6. Cui tamen exceptioni videntur repugnare capitula suprà proximè proposita.

XI. Regula: Cum lex in præteritum quid indulget, in futurum vetat. l. cum lex. 22. ff. de legib. item 1. q. 7. c. quoties à populis. c. exigunt. c. donatum. §. fin.

XII. Regula: Cum quid lex permittit, nolens præcipit. Ideoq; non committitur contra legem, si non fiat quod permisit. 31. q. 1. c. hac ratione. §. si. Cuius exemplum in secundis nuptijs proponitur d. c. hac ratione, in princ. Sed & de regula proposita vide infrà cap. prox. except. 9. Hæc de regulis interpretandarum legum sint dicta. Plures huiusmodi regulas vide infrà lib. prox. cap. 17. & M. I. C. lib. 1. cap. 2. quæst. 6. item lib. 2. cap. 24.

IX. DE LEGVM MVTATIONE, & iudicio de ijs.

Non est liberum iudicare de legibus, sed oportet iudi-

iudicare secundum eas : nec mutandæ aut distinguendæ sunt leges à priuatis, vel ijs quibus legum ferendarum potestas non est. dist. 4. c. erit autem. §. fin. cum c. sequente. item c. ne innitaris 5. de constitutionib. 17. q. 4. c. si quis suadente. §. committit. l. 2. C. de crimine sacrilegij. l. minimè. 23 ff. de ll. l. 2. ff. de constitut. principum. Exemplum habetur c. cum omnes. 6. de constitutionibus. Huius regulæ exceptio est: Nisi vrgens necessitas, vel euidens æquitas mutationem aut distinctionem exigat. c. non debet. 8. in princ. de consang. & adf. d. l. 2. & l. etsi. 143. ff. de reg. iuris. Sanè sine euidenti æquitate papa Honorius totum Ius ciuile, multis vigilijs excogitatum, reijcere videtur c. super specula. 28. de priuilegijs.

X. DE LEGVM CONTEMPTV & iniustitia.

Legum accidens est iustitia & iniustitia, quarum illa leges obseruat, hæc contemnit. Est autem iniustitia duplex. Vna, qua contra expressa legum verba committitur: altera, qua saluis verbis legis, mens eius circumuenitur. Quæ posterior species approbatur c. vlt. de reg. iuris, in 6. l. 29. cum l. sequente. ff. de ll. l. 5. C. eod. tt.

XI. DE ANTIMONIIS SEV CONtrarijs legibus conciliandis.

1. *Regula, De antimonia concilianda ex causa, tempore & loco, habetur dist. 29. in prin. cum tribus cc. sequentibus. Ex causa conciliandæ antinomiæ exemplum proponitur distinct. 30. in princip.*

distinct. 31. c. si laicus. §. quod autem, cum c. sequente. Ex tempore conciliandæ antinomiæ exemplum proponitur distinct. 31. in princip. cum c. sequente. Ex loco exemplum proponitur distinct. 31. c. penult. §. si quis igitur.

II. Regula conciliandæ contrarietatis canonum est, quòd eius concilij sententia tenenda est, cuius antiquior & maior est authoritas. distin. 50. c. domino. §. in fine autem. 33. q. 2. c. hoc ipsum. §. in fine autem.

III. Regula habetur dist. 19. c. in canonicis.

IV. Regula habetur distinct. 20. c. 1. cum c. sequente.

V. Regula habetur 11. q. 3. c. qui resistit.

XII. DE LEGVM INSTITVTIONE ac confirmatione.

De hac differitur distinct. 4. c. in istis temporalib. §. leges.

DE EXCEPTIONIBVS ADuersus leges. Cap. II.

REgulariter quidem leges obseruandæ sunt, & quod contra eas fit, pro iniusto habendum. distinct. 10. c. de capitulis. c. vides. c. quis autem. c. certum c. vlt. item 25. q. 2. c. cum pia. c. ecclesiastica. c. imperiali. Concordant ea quæ proposita sunt paulò superius quæst. 9. Accedit M. I. R. lib. 1. cap. 2. in princip. Planè propositæ regulæ exceptiones hæ sunt.

I. Ex-

I. *Exceptio: Nisi lex ab eo lata sit, qui eius ferendæ potestatem non habuit. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur M.I.C. lib.1. cap 3. except.1. & M.I.R.d. cap.2.except.1. Cuius exemplum habetur c.ecclesia.10. de constitutionibus. Sed & huius exceptionis replicatio est: Nisi is qui legis ferendæ potestatem habebat, legem ab alio latam confirmauerit. Quæ replicatio approbatur d. c. ecclesia. 10. vers. nisi ab ecclesia fuerit. & c. cum accessissent. 8. d.11. de constitut. Plura de huiusmodi confirmatione dicentur alibi.*

II. *Exceptio: Nisi lex iniqua sit & parum rationabilis. Hæc exceptio reprobatur per ea quæ proposita sunt supra cap.prox. quæst.9. Quibus concordat distinct. 9. c. ego solus, in princ. l. 20. cum l. sequente. ff. de ll. l. 51. §. fin. ff. ad l. Aquiliam. l. prospexit.12. in prin. ff. qui & a quib. manumissi. l. penult. §. prætor quoq; ff. de iustitia & iure. l.3. §. fin. ff. de supell. legata. Accedit M.I.R. d. cap.2. except.4. Planè exceptio proposita admittitur in casu, de quo infrà except.prox. item infrà cap.prox. de consuetudine, reg.3.except.2.*

III. *Exceptio: Nisi lex iuri diuino vel naturali contraria sit. dist. 8. c. quo iure. §. fin. cum c. sequente. item distinct. 9. in princ. cum c. sequente, & c. vlt. l. quærerum natura. 148. ff. de reg. iuris. Concordat item infrà except.12. repl.1. & infrà cap.prox. d. reg.3. except.1. repl.1. dupl.1 & except.2. dist.1.*

IV. *Exceptio: Nisi lex ecclesiasticæ constitutioni*

repugnet. 25. q. 1. c. sunt quidam. c. contra. item dist. 9. c vlt. item distinct. 10. in prin. cum c. sequente. c. non licet. c. certum. c. constitutiones. c. imperium. c. suscipitis. c. quoniam. item distinct. 12. c. scit sancta. vers. si illis canonica. item 15. q. 3. c. sanè. Concordant item ea quæ habentur infrà except. 13. Exemplum habetur 35. q. 5. c. ad sedem.

V. Exceptio: Nisi contra libertatem vel immunitatem ecclesiæ lex sit lata. c. aduersus. 7. §. quia verò nec sic. de immunitate ecclesiar. Exemplum habetur c statutum. 9. de hæreticis, in 6. Plura de hac exceptione vide in priuilegijs Ecclesiæ.

VI. Exceptio: Nisi lex contra authoritatem sedis apostolicæ lata sit. c. constitutionem. 2. §. fin. de verb. signif. in 6.

VII. Exceptio: Nisi exceptio contra legem introducta causæ proposita insit. c. 1. in fin. de rescriptis. Concordat M. I. C. lib. 1. cap. 3. except. 4. & M. I. R. d. c. 2. exc. 4.

VIII. Exceptio: Nisi lex seu ius sit personale vel priuilegium: hoc enim ad alios, quàm quorum priuilegium est, non extenditur, per ea quæ habētur infrà cap. prox. de priuileg. reg. 2.

IX. Exceptio: Nisi consulat, exhortetur vel permittat lex magis quàm præcipiat. hoc enim casu nō delinquitur, quamuis aliter quàm lege cautum est fiat, per ea quæ habentur suprà cap. prox. quæst. 8. reg. 12. quibus accedit c. vlt. §. fin. dist. 4. & 14. q. 1. c. vlt. Exemplum habetur d. q. 1. c. episcopus. §. fin.

X. Ex-

X. Exceptio: Nisi Papa contra legem dispensauerit. distinct 14.c.1.§.fin.cum c.sequente.1.q.7.c. requiritis.c.dispensationes. Accedit M.I.R.d.cap.2. excep.19. Exemplū habetur d.q.7.c.didici. Sane sex causæ, ex quibus contra leges dispensari potest, enumerantur d.c.requiritis, hisce uerbis: Pro tempore, pro persona, intuitu pietatis, uel necessitatis, siue utilitatis, & pro euētu rei. Prioris pro tempore exempla proponūtur d.c.requiritis. §.fin.cum c.sequēte. Pro persona exemplum dispensationis proponitur d. q.7.c.tanta nequitia. Intuitu pietatis exemplum dispēsationis habetur d.q.7.c.si qui uel. Necessitatis intuitu exemplum proponitur d.c.si qui uel.§.necessitatis. & d.q.7.c. quoties à populis. item 9.q.1. c. ordinationes. §. quamuis. Vtilitatis intuitu dispensationis exemplum habetur 1.q.7.c.tali coniugio. Pro euentu denig rei dispensationis exemplum habetur d.c. tali coniugio. §.fin.cum cc.sequentib. c.donatū. Hæc de exēplis propositæ exceptionis. Cuius replicatio prima hæc est: Nisi nulla ex causis iam enumeratis dispensationi insit: hoc.n. casu dispensatio non valet.d.q.7.c.si quis episcopus. §.fin.cū.c. sequente. item c.in causis. 19. de sententia & re iudicata. Altera replicatio est: Nisi cōtra ius naturale Papa dispensauerit.dist.13.in prin. Huius duplicatio hæc est: Nisi ob maius malum euitandum contra ius naturale dispensatio fiat. d. distinct.13.in prin.verf. nisi fortè duo mala. item c.duo mala.c.nemi. Huius duplicationis triplicatio est: Nisi duo mala non in

eadē, sed in diuersis personis sint metuenda. dist. 14. in prin. cum c. sequente. Plura de duplicatione propositæ vide infra except. 19. Tertia propositæ exceptionis replicatio est: Nisi contra præcepta euangelica vel decreta patrum dispēsatio facta sit. dist. 14. c. vlt. in fin. 25. q. 1. c. quæ ad perpetuam. c. sunt quidam. Quarta replicatio est: Nisi ius alterius dispensatione plurimum ladatur. Quæ replicatio approbatur per ea quæ habentur infrà except. 15. repl. 1. Hæc de decima exceptione.

XI. Exceptio: Nisi causa legem præcesserit. c. cognoscentes. 2. & 6. vlt. de constitutionibus. Cuius exemplum habetur c. dilectus. 5. vt lite pendente nihil innouetur. 32. q. 4. c. dixit. Plura de hac exceptione vide M. I. C. lib. 1. cap. 3. except. 14.

XII. Exceptio: Nisi lex sit mutata, vel in desuetudinem abierit. distin. 4. c. in istis. §. leges. vers. sicut enim. Accedit M. I. C. d. cap. 3. except. 17. & M. I. R. d. cap. 2. except. 17. Cuius exemplum habetur d. §. leges. vers. vnde illud. & d. distin. 4. c. vlt. §. hæc etsi. item 32. q. 4. c. quis ignoret. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi ius sit naturale. hoc enim alia lege vel consuetudine mutari non potest. c. ius naturale, in fine. distinct. 1. item c. 1. §. naturale. distinct. 5. c. vlt. §. naturale ergo. distinct. 6. c. vlt. in prin. de consuetud. Inst. de iure naturali. §. sed naturale. Instit. de legitima adgnator. tutela. §. fin. l. 8. ff. de reg. iuris. l. 2. ff. de vsufructu ear. rer. quæ vsu consum. l. 8. ff. de capite minutis. Concordant ea

quæ

quæ habentur suprà except. 3. Altera replicatio est: Nisi sacra scriptura sit mutata. dist. 9. c. quis nesciat c. noli frater. Contradicit dist. 5. c. 1. §. sed cum naturale. Soluitur hac contrarietas per distinct. c. vlt. §. his itaq; dist. 6. Tertia replicatio videtur: Nisi posterior constitutio legis mutandæ nullam faciat mentionem. Sed hac replicatio reprobatur c. 1. vers. quamuis de ipsa. de constit. in 6. Quarta replicatio est: Nisi cum lex vel consuetudo alicuius loci esset specialis, posterior lex sit vniuersalis. hæc enim speciali alicuius loci legi vel consuetudini non derogat, nisi nominatim eius mentionem faciat. d. c. 1. Cui tamen contradicit l. 3. §. Diuus Hadrianus. ff. de sepulchro violato. Plura de exceptione proposita vide M. I. C. lib. 1. cap. 3. except. 17.

XIII. Exceptio: Nisi ecclesia vel ecclesiastica persona leges ciuiles non obseruent. c. quæ in ecclesiarum. 7. & c. ecclesia. 10. de constitut. 11. q. 1. c. continua. 33. q. 2. c. inter hæc. Concordat item suprà except. 4. Accedit M. I. R. d. cap. 2. exception. 29. Planè proposita exceptionis replicatio est: Nisi nulla canonica constitutio legibus ciuilibus repugnet: tunc enim ijs ecclesiastica persona æquè ac laici obstringuntur. distinct. 10. c. lege Imperatorum. 2. §. fin. distinct. 12. c. scit sancta. item de operis noui nunciat. c. 1. §. quia verò. 3. q. 5. c. de accusationib. 6. q. 1. c. nos sequentes.

XIIII. Exceptio: Nisi quis aduersus ecclesiasticas personas legibus ciuilibus non obtemperet.

Repro-

Reprobatur hæc exceptio d.c. lege Imperatorum. 2. §. fin. & d. distin. 10. c. si in adiutorium. c. quoniam, vers. & pontifices pro cuiusc. certum est.

XV. Exceptio: Nisi Papa contra leges vel canones fecerit. 25. q. 1. c. vlt. §. huic ita respondetur. Huius replicatio est: Nisi facto Papæ, quod contra leges vel canones sit, alius sine euidenti ratione plurimum ladatur. d. §. huic ita respond. vers. vt priuilegia videlicet, item d. c. vlt. in prin. vsq; ad d. §. huic ita. item d. q. 1. in prin. §. fin. cum c. sequente. & d. 25. q. 2. c. postea, in prin. Plura de replicatione proposita vide infrà. cap. prox. de priuilegijs, reg 3. except. 1. Sed & plura de exceptione proposita vide suprà except. 4. & except. 10. Sanè exceptio hæc, qua iure Pontificio datur Papæ, iure Ciuili datur Imperatori, l. Princeps. 31. ff. de legibus. Cui contradicit c. iustum. dist. 9. De qua re vide plura M. I. C. lib. 1. cap. 3. except. 18.

XVI. Exceptio: Nisi spiritu sancto ductus contra leges faciat. 19. q. 2. c. duæ sunt.

XVII. Exceptio: Nisi certi alicuius loci lex sit vel consuetudo, nō vniuersalis: hæc enim alios, quàm quorum lex est, non ligat. distin. 12. c. illa autem. c. illud breuiter, in fine. Accedit M. I. R. d. cap. 2. exce. 24. Huius replicatio hæc est: Nisi metropolis specialem aliquam legem vel consuetudinem obseruet: hanc enim alias ciuitates subiectas sequi par est. d. dist. 12. c. de ijs. item distin. 11. c. nolite. c. palam, & c. vlt. item distinct. 12. c. non decet. 2. & c. præceptis. item l. 1. §. sed etsi quæ leges. C. de veteri iure enucleando.

cleando. Inst. de satisdationibus. §. fin. Huius replicationis duplicatio est: Nisi consuetudo particularis sit minus rationabilis. d. dist. 12. c. nouit. l. licet is. 12. ff. de officio præsidis.

XVIII. Exceptio: Nisi lex vel consuetudo sit incerta: hæc enim neminem ligat. d. distinct. 12. c. illa autem. vers. alia verò quæ. & §. fin. Ad hanc exceptionem pertinent opiniones Doctorum controuersæ, quarum authoritas probabilis tantùm, non necessaria est: ideoq; indifferenter habendæ. Huius exceptionis replicatio est: Nisi id quod incertum est, fidei catholicæ vel bonis moribus repugnet. d. c. illa autem. vers. quod enim neq;.

XIX. Exceptio: Nisi ob grauius delictum euitandum quis legi non paruerit. Hæc exceptio approbatur simul & exemplis declaratur distinct. 13. in prin. cum duobus. cc. sequentibus. Aliud exemplum habetur l. si ita vulneratus. 51. §. quod si quis absurdè. ff. ad l. Aquiliam. & l. si seruus. 63. §. quod verò vers. nam licet alioquin. ff. de furtis. Huius replicatio est: Nisi quis legi non paruerit ob grauius delictum non à se, sed ab alio euitandum. distinct. 14. in prin. cum c. sequente.

XX. Exceptio: Nisi propter ignorantiam legi non paruerit. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur c. vt animarum. 2. in prin. de constit. in 6. De qua exceptione plura dicentur infrà, lib. 5. de exceptione ignorantiæ generali.

XXI. Exceptio: Nisi extra territorium legislatoris

ris legi non paruerit. d. c. vt animarum. §. statuto. Accedit M.I.R. lib. 1. cap. 2. excep. 25. Hæc de exceptionibus aduersus leges: quarum tamen plures vide infrà cap. prox. de iure non scripto, reg. 3. item M.I.C. lib. 1. cap. 3.

DE IVRIS LEGVMQVE diuisionibus ac speciebus.

Cap. III.

HActenus de Iure & legibus in genere dictum est: nunc de ijsdem in specie est dicendum.

Prima diuisione ius aliud publicum, aliud priuatum dicitur, dist. 1. c. pen. l. 1. §. huius studij. ff. de iustitia & iure. Inst. eod. tt. §. fin. Eadem legum diuisio, sed alia sentẽtia habetur 19. q. 2. c. duæ sunt.

Altera diuisione ius diuiditur in naturale, gentium & ciuile, dist. 1. in prin. & c. ius autem. l. 1. §. priuatum. §. de iustitia & iure. Instit. eod. tt. §. fin. Similis diuisio est distinct. 11. c. catholica.

Tertia diuisione ius diuiditur in ius personarum, rerum & actionum, l. 1. ff. de statu hominum. Instit. de iure naturali, gentium & ciuili. §. fin. Ad ius personarum pertinet ius maris & fœminæ. Mas autem dicitur ad imaginem Dei creatus, fœmina non item. Ideoq; hæc velare caput iubetur. 33. q. 5. c. hæc imago. c. mulier.

Quarta diuisione ius diuiditur in diuinum & humanum, distinct. 1. c. omnes leges. distin. 8. c. 1.

Quinta diuisione ius diuiditur in scriptum & non

non scriptum, seu leges & mores, distinct. 1. c. ius generale. De hac diuisione dicetur etiam infrà eod. cap. vbi de iure ciuili specialiter agetur, reg. 5. Hactenus diuisiones iuris enumerauimus. Nunc species secunda diuisionis latius persequemur.

DE IVRE NATVRALI.

I. DEFINITIO iuris naturalis habetur dist. 1. c. 1. §. ius naturale. Declaratur hac definitio dist. 6. c. non est peccatum. §. his itaq; respondetur. Alia iuris naturalis definitio habetur d. distin. 1. c. ius naturale. l. 1. §. ius naturale. ff. de iusticia & iure. Inst. de iure naturali, in princ.

II. SPECIES iuris naturalis est, rerum communio. dist. 8 in prin. cum c. 1. sequente.

III. DIFFERENTIA iuris naturalis & ciuilis habetur ibidem. Sed & alia differentia est, quòd naturale ius vetustius sit. distin. 5. in prin. §. naturale. Concordat infrà de iure ciuili reg. 3. item, quòd naturale sit dignius. d. §. naturale. & d. c. 1. §. fin. item, quòd naturale sit immutabile, ciuile ius mutabile, de quo dictum suprà cap. prox. except. 12.

DE IVRE GENTIVM.

Hoc ius describitur distin. 1. c. ius gentium. item l. 1. §. fin. cum quatuor legib. sequentib. & l. 9. in fin. ff. de iusticia & iure. Instit. de iure naturali. §. ius autem gentium. Huius species est ius militare, de quo distinct. 1. c. ius militare.

DE IVRE CIVILI.

I. DEFINITIO iuris ciuilis habetur distinct. 1. c. ius

1. c. ius ciuile. l. 9. ff. de iust. & iure. Instit. de iure naturali. §. ius autem ciuile.

II. SPECIES *iuris ciuilis est, rerum proprietas, seu distinctio dominiorum. distinct. 8. in prin. cum c. sequente.*

III. DIFFERENTIA *iuris ciuilis & naturalis est. quòd ciuile ius sit posterius. c. vlt. §. naturale ergo. distinct. 6. Inst. de rerum diuis. §. singulorũ, in fine. Alias differentias vide suprà de iure naturali reg. 3.*

IV. PROPRIVM *Ius ciuile ex vnaquaq; ciuitate appellatur. Inst. de Iure naturali. §. sed ius quidem Vnde ius Quiritum appellatur, de quo d. §. sed ius quidem. item dist. 1. c. vlt.*

V. DIVISIO *iuris ciuilis in scriptum & non scriptum. distin. 1. c. ius generale, in fine. distinct. 11. c. ecclesiasticarum. l. 6. §. fin ff. de iustitia & iure. Inst. de iure naturali. §. constat.*

De iure non scripto, seu longa consuetudine.

I. *Definitio iuris non scripti habetur distinct. 1. c. mos est. c. cõsuetudo, in prin. §. vocatur autem. Inst. de iure naturali. §. sine scripto.*

II. *Diuisio consuetudinis in scriptam & non scriptam, d. c. consuetudo. §. nec differt. & §. cum itaque.*

III. *Genus. Consuetudo vim legis obtinet. d. c. consuetudo, in princ. item c. cum consuetudinis. 9. de consuetud. item distinct. 11. c. ecclesiasticarum. c. in*

c. in his rebus. item distinct. 12. c. scit sancta. c. illud. c. diuturni. c. consuetudo. c. nos consuetudinem. c. quemadmodum. item l. 32. §. inueterata. l. 35. cum lege sequente ff. de legib. l. 1. & l. 3. C. quæ sit longa consuetudo. Instit. de iure naturali. §. ex non scripto, vers. diuturni mores. Accedit M. I. R. lib. 1. cap. 4. de consuetudine, reg. 5. Planè propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi lex consuetudini cõtraria existat: hoc enim casu consuetudo cedit legi. d. c. diuturni. vers. nisi legi sint aduersi. item distinct. 11. in prin. cum c. sequente. c. consequens. c. consuetudinis, in prin. item distinct. 12 c. scit sancta. vers. si illis canonica. l. 32. in prin. & l. 33. ff. de legib. l. 2. C. quæ sit longa consuetudo. Accedit M. I. R. d. reg. 5. except. 1. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi lex consuetudinem præcesserit: tunc enim consuetudo postea secuta præcedentem legem tollit, per ea quæ proposita sunt suprà cap. prox. exc. 12. in prin. Concordant ea quæ habentur M. I. C. lib. 1. cap. 4. de iure non scripto, reg. 2. except. 1. repl. 1. Huius replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi consuetudo iuri naturali sit contraria: nam hoc ius licet prius, tamen posteriori consuetudine non mutatur, per ea quæ d. except. 12. replic. 1. sunt proposita, item per ea quæ proponentur infrà except. prox. Altera duplicatio est: Nisi consuetudo rationi non sit consentanea, vel legitimè non præscripta. c. vlt. in fin. de consuetudine. c. cum causa. 8. de sententia & re iudicata. Accedit M. I. R. d. exception. 1. replic. 1. duplicat. 1.

Plures duplicationes licet colligere ex sequentibus exceptionibus. Quæ enim exceptio consuetudini ebiici potest: ea multò magis aduersus replicationem propositam duplicationis vim habet. Hæc de prima replicatione. Altera proposita exceptionis replicatio est: Nisi lex vniuersalis sit, consuetudo verò particularis alicuius certi loci: tunc enim, nisi lex nominatim consuetudinem tollat, consuetudo eo loco legi prævalet. c. 1 de constitutionibus, in 6. Contradicit l. 3. §. diuus. ff. de sepulchro violato. Sed & contradicere videtur 2. q. 7. c. puto. §. fin. Accedit M. I. R. d. except. 1. repl. 2. Hæc de prima exceptione. Altera proposita regulæ exceptio videtur: Nisi errore, non ratione consuetudo sit introducta. Hæc exceptio reprobatur suprà cap. proxim. except. 2. item M. I. C. lib. 1. cap. 4 de iure non scripto, reg. 2. except. 3. Planè si talis sit consuetudo erronea, quæ manifestæ veritati & naturali iuri repugnet, ea seruanda non est; per ea quæ proposita sunt suprà cap. prox. except. 12. repl. 1. Quibus concordat distinct. 8. c. veritati. c. si consuetudinem. c. qui contempta. c. frustrà. c. consuetudo. c. vltim. Concordat item suprà cap. prox. except. 3. Deinde admittitur exceptio proposita, si lex scripta extet, quamuis anterior: hæc enim erroneæ consuetudini est præponenda, per ea quæ dicta sunt suprà except. prox. repl. 1. dupliç. 2. Tertia distinctionis loco notandum, quòd consuetudo erronea, quamuis ius faciat, vt est ostensum: tamen à magistratu loci per

aliam

aliam legem sit abroganda. distin. 8. c. mala. distin. 12. c. illa autem. §. fin. c. omnia. Hæc de secunda exceptione. Tertia propositæ regulæ exceptio est: Nisi consuetudo sit contra fidem catholicã. dist. 11. c. consuetudinẽ, dist. 12. c. nos consuetudinẽ, in prin. c. illa vers. quod. n. neq;. Quarta exceptio est: Nisi cõsuetudo sit contra disciplinam ecclesiasticã. Quæ exceptio approbatur exẽplo c. cum inter. 5. de consuetudine. Quinta exceptio est: Nisi consuetudo sit cõtra bonos mores. Quæ exceptio elicitur ex d. vers. quod enim neq;. cuius exempla proponuntur c. ad audientiam 3. & c. ex parte 10. de consuetudine. Sexta exceptio est: Nisi consuetudo ecclesiis sit damnosa. c. 1. de consuetudine. Cuius exemplum proponitur c. cum terra. 14. de electione. & c. cum causa. 8. de sententia & re iudicata. Hactenus exceptiones adversus consuetudinem enumerauimus, quarum tamen plures vide M. I. C. lib. 1. cap. 4. de iure non scripto, reg. 2. Sed & exceptiones ex specie consuetudinis, seu ex re, cuius est consuetudo, desumptas, vide passim sub suis generibus: vt de pluralitate beneficiorum c. 1. de consuetudine, in 6. infrà lib. 3. cap. 7. reg. 8. excep. 8. & sic de alijs.

De Iure scripto, eiusque speciebus.

Species iuris scripti enumerantur distinct. 2. c. 1. Cui concordant ea quæ habentur M. I. C. lib. 1. cap. 4. quas species ordine persequemur.

De lege.

Legis definitio habetur distinct. 2. c. lex est. Inst. de iure naturali §. scriptum. vers. lex est. Alia definitio habetur distinct. 1. c. lex est. Plures legis definitiones vide I. I. C lib. 1. cap. 1. quæst. 4. Species aliquot legum enumerantur dist. 2. c. quædam, cum duob. sequentibus.

De plebiscito.

Huius definitio habetur distinct. 2. c. plebiscita. Instit de iure naturali. §. plebiscitum. Plura de hac specie vide M. I. C. lib. 1. cap. 4.

De Senatusconsulto.

Huius definitio habetur distin. 2. c. senatusconsultum. de quo vide plura M. I. C. d. cap. 4.

De constitutionibus Principum.

I. Definitio constitutionis habetur distin. 2. c. constitutio Instit. de iure naturali. §. sed & quod. l. 1. in prin ff. de constitut. principum.

II. Genus. Constitutiones vim legis habent. Quæ regula ex iam propositis constat. quib. concordat distinct. 8. c. quæ contra. vers. generale quippe. Huius regulæ exceptiones vide supra cap. prox. item infrà cap. prox.

III. Diuisio constitutionum in ciuiles & ecclesiasticas habetur distinct. 3. in prin. Sed & diuiduntur constitutiones in generales & personales, Instit. de iure naturali. §. sed & quod, in fin. l. 1. §. fin. ff. de constitut prin. Plura de constitutionibus principum vide M. I. C. lib. 1. cap. 4.

De

De constitutionibus personalibus & priuilegijs.

I. *Definitio personalium constitutionum ac priuilegiorum habetur distinct. 3. c. regula. §. fin. cum c. sequente. item 25. q. 1. c. vlt. §. cum ergo aliqua vers. priuilegia nanq;.*

II. *Proprium. Priuilegia in exemplum trahi non debent. d. c. vlt. §. item Hieronymus. 26. q. 2. c. non exemplo. item c. priuilegium. 7. & 8. quod alicui. 74. de reg iuris, in 6. c. sanè. 9. de priuilegijs. l. 1. §. fin de constit. prin. l. in omnib. 68. ff. de reg. iuris. l. 2. C. de legib. Exemplũ proponitur c. constitutus. 11. §. fin. de concessione præbendæ. Plura exempla vide infrà c. 1. q. 8. reg. 11. Sed & exceptiones huius regulæ vide infrà reg. proxim. except. 11.*

III. *Regula: Priuilegium alicui concessum ei auferendum non est, nec contrà faciendum. c. decet. 16. & c. indultum. 17. de reg. iuris, in 6. Accedit M. I. R. lib. 1. cap. 3. de principum placitis, reg. 5. Cuius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi priuilegium vni concessum alijs plurimum obsit. Hæc exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt suprà cap. prox. except. 15. repl. 1. Quibus concordat 25. q. 2. c. de ecclesiasticis. & c. vlt. §. priuilegia. M. I. R. d. reg. 5. except. 1. Altera exceptio est: Nisi causa priuilegij cesset. d. c. vlt. §. sed obijcitur, in fine. l. generaliter. 40. §. eos tamen clericos. C. de episcopis & clericis. Accedit M. I. R. d. reg. 5. except. 2. Tertia exceptio est: Nisi quis priuilegio suo abutatur. c. licet. 18. §. talis*

BIBLIOTECA NAZ. ROM. VITTORIO EM.

ergo, in fine. de regularibus. c. tuarum. 11. §. verùm quia. & c. vt priuilegia. 24. in princ. vers. quia priuilegiũ. de priuilegijs. c. cum illorum. 32. §. fin. & c. contingit. 45. §. verùm quia. de sentent. excomm. item 11. q. 3 c. priuilegium. 25. q. 2. c. posteaquam. §. fin. c. sic decet. Exemplum habetur d. q. 2. c. denunciamus. Similia exempla vide infrà de electionibus. Quarta exceptio est: Nisi priuilegiatus alterius priuilegio deroget. approbatur exemplo c. dilecti. 4. de priuilegijs. Quinta exceptio est: Nisi quis priuilegio suo renunciauerit. c. si de terra. 6. §. vlt. d. tt. Sexta exceptio est: Nisi quis priuilegio suo intra triginta annos vsus non sit. d. c. si de terra. 6. in prin. & c. accedentibus. 15. eod. tt. Accedit M. I. R. d. reg. 5. except. 6. Septima exceptio est: Nisi quis vnico actu contra suum priuilegium fecerit. approbatur exemplo c. cum accessissent. 8. §. fin. de constitut. Plura de hac exceptione vide in gloss. d. §. fin. in verbo Contrauenerint. & M. I. R. d. reg. 5. except. 7. Octaua exceptio est: Nisi aliud priuilegium postea sit indultum priori contrarium, vel prius à principe rursus sit ablatum. 25. q. 2. c. posteaquam. §. huic respondetur. item c. penult. §. fin. cum c. sequente. Accedit M. I. R. d. reg. 5. except. 8. Huius replicatio est: Nisi nulla rationabilis causa mutandi vel auferendi priuilegij subsit. d. q. 2. in prin. cum sequentibus, vsq; ad c. igitur secundum. item. c. priuilegia. c. posteaquam. Concordant item ea quæ proposita sunt suprà eod. reg. except. 1. Nona exceptio videtur:

Nisi

Nisi instrumentum priuilegij sit amissum. Sed reprobatur c.cum olim.12.de priuilegijs. Decima exceptio est: Nisi idem duas personas sustineat, quarum vna sit priuilegiata, altera non priuilegiata: tunc enim priuilegio non vtitur,exemplo c.cum capella.16.de priuilegijs. c.1. §.in eas. eod tt. in 6. Vndecima exceptio est: Nisi certa alicui personæ vel rei priuilegium indultum, ad aliam personam vel rem extendatur. Hæc exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt suprà reg.prox. Cuius replicatio prima hæc est: Nisi per id,quòd priuilegium alijs denegetur,etiam ij quorum priuilegium est, cõtra suum priuilegium ledantur. Quæ replicatio approbatur exemplo c.quanto amplius.26.de priuilegijs. Altera replicatio est: Nisi priuilegium indefinitè seu generaliter concessum sit: tunc enim ad omnes res, quæ sub isto genere vel vniuerso continentur, pertinet,exemplo c.quia circa.22. de priuilegijs. Cuius duplicatio est: Nisi aliud in specie vel parte aliqua nominatim sit constitutum. c. ex ore.17.eod.tt. Hactenus de constitutionibus personalibus ac priuilegijs sit dictum. De quibus tamen vide plura M.I.C. lib.1. cap.4.

De canonibus & decretis Pontificum.

I. *Definitio canonis habetur dist.3. c.1. cum duob. sequentib.*

II. *Diuisio canonum habetur d.dist.3. c.regula. §. porrò canonum.*

III. *Origo canonum & numerus conciliorũ exponitur*

nitur distin 15. in prin. cum c. sequente. distin. 16. c. sexta synodus. cum cc. sequentib. vsq; ad distin. 17.

IV. Genus. Canones & decreta Pontificum vim legis obtinent. c. de constitution. dist. 11. c. hoc vestræ. dist. 12. c. ridiculum. item 1. q. 7. c. si quis, in prin. 25. q. 1. c. nulli. c. violatores. c. omne quod. c. prima salus. c. generali. c. omnia. c. hac consona. c. à sanctis. item 25. q. 2. c. amputato. c. si quis dogmata. item l. 6. & l. 12. §. 1. C. de sacrosanctis eccles. Nouel. 6. §. sed etiam sic. Nouell. 83. §. si verò ecclesiasticum. vers. secundũ sacras. Nouell. 123. in prin. vers. nam si leges. & Nouell. 131. in prin. Plura de regula proposita dicentur infrà cap. prox. item infrà lib. 4. cap. 1. quæst. 1. reg. 1. cum sequentib. item cap. de concilijs.

De responsis prudentum & opinionibus Doctorum.

I. Definitio horum proponitur distinct. 2. c. responsa. Inst. de iure naturali. §. responsa.

II. Genus. Responsa prudentum olim vim legis habebant, quemadmodum patet ex d. §. responsa. Hodie verò non item, sed probabilem tantùm obtinent authoritatem, non necessariam. dist. 9 c. noli meus. c. negare. c. ego solus. c. noli frater. c. neq; quorumlibet. item distin. 20. in princ. cum c. sequente.

Plura de responsis prudentum vide M. I. C. lib. 1. cap. 4. & M. I. R. lib. 1. cap. 3. de opinionib. Dd. reg. 1.

De

De rationibus seu regulis iuris.

Ha quoq; vim legis habere dicuntur à Gratiano, distinct. 1. c. consuetudo. §. porrò. vbi dicit: Si ratione lex consistat, lex erit omne iam quod & ratione constiterit duntaxat. Huius propositionis antecedens falsum est: quia non ratione consistit lex, sed authoritate legislatoris & consensu populi, vt alibi ostensum: & lex etiam parum rationabilis vim suã obtinet, vt suprà dictum. Ergo & consequens erit falsum: de quo aliâs copiosius, vt M.I.R. d. cap. 3. de opinionib. Dd. reg. 7.

De iudicato.

Res iudicata vim legis non habet. l. 13. C. de sententijs & interlocut. Accedit M.I.R. d. cap. de rebus iudicatis, reg. 1. Nisi Imperator sententiam tulerit. l. 11. C. de legib. vel Pontifex Maximus. c. in causis. 19. de sententia & re iudicata. vers. cum in similibus casibus. Plura de regula proposita vide in M.I. C. lib. 1. cap. 4.

DE RESCRIPTIS PRINcipum, & decretalibus epistolis. Cap. IV.

REscripta quoq; Principum vim legis obtinent, & actionem exceptionémve suppeditant tam in causa, in qua rescripta sunt, quàm in alijs similibus, per ea quæ habentur M.I.C. lib. 1. cap. 5. in prin. Idem de epistolis decretalibus cauetur distinct. 19. in princ. cum cc. sequentib. vsque ad c. secundum.

item distinct. 20. in prin. item c. si decreta. Concordant denique ea quæ habentur suprà cap. prox. de canonibus, reg. 4. item M. I. R. lib. 1. cap. 4. in prin. Planè propositæ regulæ exceptiones plures sunt.

I. Exceptio videtur: Nisi decretales epistolæ in Corpore iuris Pontificy non contineantur. Quæ tamen exceptio reprobatur distinct. 19. in princ. cum c. sequente. Planè si dubitetur, an sit decretalis epistola, eaque sit prætermissa: exceptioni propositæ locus est c. pastoralis. 8. de fide instrum.

II. Exceptio: Nisi quid prædecessorum decretis contrarium sit decretum: dist. 19. c. ita dominus. §. fin. cum tribus &c. sequentib. 25. q. 1. c. iustitiæ. c. satagendum. 25. q. 2. c. si ea. c. institutionis. c. quòd verò c. decessorum. c. posteaquam, in prin. Concordant ea quæ habentur suprà cap. 2. except. 4. Planè propositæ exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi ex causa contra decreta prædecessorum Papa dispensauerit, vel priuilegium alicui concesserit. Quæ replicatio approbatur simul & distinguitur suprà ca. 2. except. 10. Altera replicatio est: Nisi alius decretali epistolæ non lædatur. Quæ replicatio approbatur per ea quæ proposita sunt d. cap. 2. except. 15.

III. Exceptio: Nisi ab indisciplinato Pontifice quid sit decretum vel rescriptum. Quæ exceptio approbatur exemplo distinct. 19. c. vlt.

IV. Exceptio: Nisi excommunicatus rescriptum impetrauerit. Quæ exceptio approbatur c. 1. de rescriptis, in 6. Huius replicatio prima hæc est: Nisi de excom-

communicationis causa rescriptū impetrauerit.
ta replicatio approbatur d.c.1. vers. super alio
àm excōmunicationis articulo. Altera replicatio
: Nisi de appellatione persequenda rescriptū im-
rauerit.d.c.1.vers.appellat. & c.vlt.de excepr.
V. Exceptio: Nisi preces veritate non nitantur,
l quædam non dissimulanda in ys fuerint omissa.
q.2.c.dicenti,in princ.& §.rescripta.vers.men-
x enim. & §. prescriptione. item De rescriptis c.
parte.2. item De fide instrument. c.quo super.7.
m l.si quis obrepserit.29. ff. ad l.Cornel.de falsis.
: C si contra ius. Accedit M.I.R.d.cap.4.reg.1.
cept.2. Exemplum dissimulationis habetur c.ex
arte.12. vers. in quibus nulla. c. constitutus.19.c.
lectus.26. c. postulasti.27. de rescriptis. item c.
m olim.12. de sententia & re iudicata. c. oblatæ.
. de appellationib.c.bonæ memoriæ.3. de cōfirma-
one vtili. c. super eo. 5. de cohabitat.clericor. Exe-
mplum expressa falsitatis habetur c. ex insinua-
one.37. de rescriptis. Planè propositæ exceptionis
plicatio prima hæc est:Nisi id quod in iure, non in
cto consistit,in precibus sit omissum. Quæ replica-
o approbatur exemplo d.c.oblatæ.57. §. licet igi-
ur.vers. si verò non sit. Altera replicatio est: Nisi id
ierit omissum, quod intentioni supplicantis iure
on potuit esse impedimento. Hæc replicatio appro-
atur exemplo c.vlt. de exceptionib.c. super literis.
o. §. inter alios. de rescriptis. Cuius replicationis
uplicatio est: Nisi quis dolo malo falsum expresse-

rit.

rit, vel verum omiserit. Quæ duplicatio approbatur d.c. super literis. 20. §. nos igitur. item d.c. dicenti. §. etsi legibus, & l. 5. C. si contra ius. Tertia replicatio est: Nisi cognitio tantùm per rescriptum sit mandata. d.c. vlt. de exceptionibus. & l. 1. C. si contra ius. Quarta replicatio videtur: Nisi executio tantùm per rescriptum fuerit mandata. Quæ tamen replicatio reprobatur d.c. dicenti. §. etsi non cognitio. & l. 4. C. si contra ius. Quinta replicatio est: Nisi non dolo malo, sed per simplicitatem vel ignorantiam falsum expresserit, aut verùm omiserit. Quæ replicatio approbatur simul & distinguitur c. super literis. 20. de rescriptis. Accedit M.I.R.d. except. 2. repl. 1. Huius replicationis duplicatio est: Nisi id in precibus positum vel omissum fuerit, quod si in veritate rescribens sciuisset, non rescripsisset. Quæ duplicatio approbatur d.c. super literis. vers. si verò per huiusmodi falsitatis. Ex his patet, propositam replicationem tantùm locum habere in casu superioris secundæ replicationis; ideoq; cum ea concurrere. Sexta replicatio videtur: Nisi iudex nolit preces falsas argui. Quæ tamen reprobatur 25. q. 2. c. dicenti. §. puniri iubemus. & §. rescripta, in fine. l. 3. C. si contra ius.

VI. Exceptio: Nisi conditio hæc, Si preces veritate nitantur: rescripto non sit inserta. d. §. rescripta. & d.c. dicenti. §. vniuersa. l. vlt. in prin. C. de diuersis rescriptis. Contradicit c. ex parte. 2. §. verùm quoniam. vers. & in huiusmodi. De

rescri-

rescriptis. Vide M. I. R. d. reg. 1. except. 9.

VII. Exceptio: Nisi dies aut consul rescripto non sit adiectus. d. c. dicenti. §. si qua beneficia. l. 4. C. de diuersis rescriptis.

VIII. Exceptio: Nisi exemplum rescripti, non ipsum rescriptum authenticum fuerit insinuatum. d. c. dicenti. §. sancimus. l. 3. C. d. tt.

IX. Exceptio: Nisi rescriptum manu Principis non fuerit subscriptum. d. §. sancimus. vers. nostra etiam manu subscripta. & d. l. 3.

X. Exceptio: Nisi sine scripto mandatum Principis adferatur, de quo dubitetur. c. cum in iure. 31. de officio delegati. l. vnica. C. de mandatis Principum. De hac exceptione vide M. I. C. lib. 1. cap. 5. quæst. 1. except. 16.

XI. Exceptio: Nisi rescriptum contra ius sit, vel vtilitatem publicam. 16. q. 3. c. iubemus. §. rescripta. item 25. q. 1. c. vlt. §. illud verò. §. item constitutio. item 25. q. 2. c. rescripta. c. nec damnosa. c dicenti, in prin. & §. omnes cuiuscunq;. item De fide instru. c. pastoralis. 8. item l. 3. & l. 7. C. de precib. Imp. offerendis. l. vlt. C. si contra ius vel vtilit. publ. l. vnica. C. de senatusconsultis. Nouell. 82. §. omnis denique. Huius exemplum proponitur c. cum teneamur. 6. de præbēdis. Planè propositæ exceptionis replicatio est: Nisi rescriptum contra ius nemini obsit, & prosit impetrāti. d. §. illud verò. vers. nisi fortè aliquid. Cuius exemplū proponitur d. c. cum teneamur. ver. nisi fortè in literis. item c. in nostra. 32. in fin. de rescript.

XII. Ex-

XII. *Exceptio: Nisi ius alterius per rescriptum sine causa laedatur. approbatur exemplo c. si propter. 10. de rescriptis, in 6. Accedit M. I. R. d. reg. 1. except. 12. Cuius replicatio est: Nisi exceptiones alicuius non admittendas esse Papa rescripserit. Quæ replicatio videtur approbari c. ex parte. 13. vers. nisi exprimatur. de officio delegati. Contradicit l. 2. C. de precibus Imp. offerendis.*

XIII. *Exceptio: Nisi idem diuersa rescripta eadem de re impetrauerit. Quæ exceptio approbatur exemplo c. ex tenore. 16. & in nostra. 32. de rescriptis.*

XIIII. *Exceptio: Nisi aliud rescriptum in contrarium ab aduersario sit impetratum: hoc enim casu posterius derogat priori. c. bonæ memoriæ. 3. de confirmat. vtili. c. cæterùm. 3. §. si verò in secundis. & c. cum contingat. 24. §. sed si postea. de rescriptis. c. pastoralis. 28. §. præterea. de officio delegati. Accedit M. I. R. d. reg. 1. except. 16. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi in rescripto posteriore non fuit mentio prioris. d. c. bonæ memoriæ vers. dummodo nil diceretur de literis confirmationis expressè. item c. ex parte. 2. §. fin. vers. & in literis. item c. cæterùm. 3. & c. cum dilecta. 22. in princ. item c. cum contingat. 24. §. si verò ex literarum. & c. capitulum. 30. de rescriptis. item c. ex parte. 12. c. ex literis. 29. de officio delegati. c. ex literis. 2. de dolo & contumacia. c. oblatæ. 57. §. & alia pars alias. item §. fin. de appellationib. item c. cum olim. 12. de*

12. de sententia & re iudicata. Accedit M. I. R. d. except. 16. repl. 1. Planè propositæ replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi prior impetrans dolo vel negligentia suo rescripto intra annum non sit vsus. c. si autem. 9. c. ex parte. 12. & c. plerunq; 23. de rescriptis. Altera duplicatio est: Nisi prius rescriptum tacita veritate vel expressa falsitate sit impetratum. d. c. ex parte. 12. vers. in quib. nulla mentio. & c. cæterùm. 3. §. fin. eod. tt. Tertia duplicatio est: Nisi prius rescriptum sit generale, posterius speciale: tunc enim posterius in specie expressa derogat generali, quamuis eius mentio facta non sit. c. 1. & c. pastoralis. 14. §. quoniam autem. de rescriptis. Quarta duplicatio est: Nisi prius rescriptum falsum vel vitiosum dicatur, vt meritò de vi vel fide eius dubitari possit: tunc enim consulendus est Papa qui rescripsit, suspensa iurisdictione delegati. c. sanè. 2. de officio delegati. vel per arbitros lis dirimenda. d. c. pastoralis. 14. in princ. Hæc de prima replicatione sint dicta. Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi posterius rescriptum falsum vel vitiosum dicatur, vt meritò de vi vel fide eius dubitari possit: tunc enim cognitio vtriusq; suspenditur. d. c. pastoralis. 14. in princ. Hæc de decimaquarta exceptione sint dicta, de qua tamen plura dicentur 3. lib. 3. cap. 7. de præbend. adquir.

XV. Exceptio: Nisi cum aduersus Cisternensem ordinem rescriptum esset impetratum, in eo nõ fiat ordinis mentio. c. cum ordinem. 6. de rescriptis.

XVI. Exce-

XVI. Exceptio: Nisi rescripto alicui potestas sit data aliquem in causis suis eligendi quem velit. c. ad hec. o. de rescriptis.

XVII. Exceptio: Nisi rescriptum malè fuerit conceptum, vel non congruum Latinæ linguæ. c. ad audientiam eod. de rescriptis.

XVIII. Exceptio Nisi alterius nomine sine speciali mandato, vel reuocato mandato rescriptum sit impetratum. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur l. nonnulli. 28. §. non valent. & c. ex parte. 33. de rescriptis. Accedit M. I. R. d. reg. 1. except. 17.

XIX. Exceptio: Nisi erratum sit in rescripto. approbatur exemplo c. significante. 34. de rescriptis.

XX. Exceptio: Nisi impetrans fraudulenter rescripto abutatur. approbatur simul & exemplis declaratur c. vlt. de rescriptis.

XXI. Exceptio: Nisi falsum sit rescriptum. c. super eo. 2. de crimine falsi. Accedit M. I. R. de reg. 1. except. 22.

XXII. Exceptio: Nisi ad diuersos delegatos aduersus eundem, quamuis ex diuersis causis, rescriptum quis impetrauerit. c. dispendia. 3. de rescriptis, in 6. & c. vltim. eod. tt. in antiquis. Accedit M. I. R. d. reg. 1. exc. 18 Hactenus exceptiones aduersus rescripta enumerauimus, quarum tamen plures vide infrà cap. prox. de iurisdictione, quæst. 1. reg. 1. item infrà De præbendis, De confirmatione, & in

aliis

alijs locis. item sup. cap. 2. item M. I. C. lib. 1. cap. 5.

Nunc reliquos rescriptorum locos persequemur.

II. QVIBVS EX RESCRIPTO actio vel exceptio competat?

Rescriptum in communi causa ab vno impetratum, cæteris quoq; prodest. l. 1. C. de rescriptis.

III. ADVERSVS QVOS EX RESCRIPTO actio vel exceptio datur?

I. Regula: Per clausulam rescripti hanc, Quidam alij, non plures quàm quatuor in primo citatorio exprimendi conueniri possunt. c. cum in multis. 2. de rescriptis, in 6.

II. Regula: Successoribus eius aduersus quem rescriptum impetratum est, illud non nocet. c. significauit. 36. de rescriptis. Nisi scientes successerint in vitium. c. quia. 11. de iudicijs. & ibi Panormitanus.

III. Regula: Si vacante sede capitulo sit mandatum, episcopus postea electus exequi tenetur. c. eam te. 7. de rescriptis. Accedit M. I. R. lib. 1. cap. 4. reg. 2.

IIII. ADIVNCTA ET EVENTVS actionis & exceptionis ex rescripto competentis.

I. Regula: Rescripto impetrato, conceditur ei, aduersus quem impetratum est, exceptionem illi opponere, & causam rationabilem, quare illud obseruare non teneatur, allegare. c. si quando. 5. de rescriptis.

ptis. Plures huiusmodi regulas vide M.1 C.lib.1.cap. 5.quæst 3.

V. APVD QVEM DE VI RE-scripti est disceptandum?

I. Regula: De rescripto absoluendi excommunicatum, si contra concilium fuerit excommunicatus, eius ij conditione, non excommunicator, sed executores dati cognoscunt. c. ab excommunicato. 41. de rescriptis.

II. Regula: De meritis appellationis non iudex causæ principalis, sed cui commissa est appellationis causa, cognoscere debet. c. dilectus. 29. eod. tt.

III. Regula: In quæstione reuocationis rescriptorum recurritur ad arbitros. c. pastoralis. 14. in prin. de rescriptis. Item hoc casu Papa consulitur. c sanè. 2. de officio delegati. Hac de rescriptu & decretalibus epistolis sint dicta. Plura de rescriptis vide M.1. C. lib. 1. cap. 5.

DE MAGISTRATIBVS. Cap. V.

HActenus de iure & legibus dictum est: nunc de magistratu legum custode dicendum.

I. RATIO magistratus habetur 23. q. 5. c. non frustrà. c. principes. c. res autem. c. administratores. in prin. Concordant ea quæ habentur infr. quæst. 3. reg. 1.

II. DE

II. DE ORDINANDIS MAGIstratibus.

QVI ET QVALES ORdinandi.

I. Regula, De infantibus non ordinandis c. penul. de reg. iuris, in 6. Plura de regula proposita vide M. I. C. lib. 1. cap. 6. quæst. 1. reg. 2.

II. Regula: De hæreticis, eorumq; fautoribus, receptoribus, liberis, &c. cauetur c. quicunq;. 2. §. hæretici. & c. statutum. 15. de hæreticis, in 6. Plura de regula proposita vide M. I. C. d. quæst. 1. reg. 9.

III. Regula: De Iudæis non ordinandis cauetur 17. q. 4. c. nemini, in fine, cum c. sequente. l. 17. C. de Iudæis. Concordant item ea quæ habentur infrà cap. 48. specie 1. reg. 6. Contradicit l 3. §. fin. ff. de decurionib.

IIII. Regula: Ne alicui patriæ suæ administratio committatur, cauetur 17. q. 4. c. si quis suadente. §. committunt, in fine. l. vlt. C. de crimine sacrilegij. l. vlt. C. de officio Rectoris.

V. Regula: De potentibus externis, horumúe cognatis in magistratum vrbis Romæ non eligendis, cauetur c. fundamenta. 17. de electione, in 6.

ANTECEDENTIA, ADIVNCTA & consequentia ordinationem.

VI. Regula: De consensu & confirmatione Papæ adhibenda cauetur c. vnico, de maioritate & obedientia, in extrauag. Ioann. XXII. Idem iuris

olim habebat Imperator. l. 1. in prin. ff. ad l. Iul. de ambitu. Nouell. 82. § si quis verò.

VII. Regula, Ne per seditionem aut ambitum magistratus ordinetur, 1. q. 1. c. principatus.

VIII. Regula, De iureiurando ab ordinato præstando, habetur 1. q. 7. c. sancimus. l. 6. C. ad l. Iul. repetundar. Nouell. 8. § . ad eum itaq;. De qua re plura dicentur in accusatione Simoniæ. Aliud iuramentum de hæresi cauenda præscribitur c. vt officium. 11. § . statuimus. de hæreticis, in 6. Concordant ea quæ habentur infr. cap. 17. quæst. 4. reg. 4.

III. DE OFFICIO MAGISTRATVS: & actionibus, si contra officium fecerit.

I. Regula: De coercendis delictis cauetur 23. q. 5. c. incestuosi. c. regum. c. non solum. c. non est. c. qui malos. c. sunt quædam. c. rex debet. Concordant item ea quæ habentur supra. eod. cap. in prin.

II. Regula: De ecclesia per magistratum defendenda cauetur d. q. 5. c. dicat. § . fin. cum c. sequente. & c. res autem.

III. Regula: De malis ad bonum cogendis cauetur 23. q. 6. per totum: in cuius fine ponitur obiectio, nimirum c. vlt. § sed obijcitur. item Solutio ibidem § . his ita.

IIII. Regula: Minor magistratus maiori cedere debet. c. quæ contra. § . fin. distinct. 8. c. volentes. 3. de officio delegati. 11. q. 3. c. qui resistit. l. 3. C. de metatis.

DE ACCVSATIONE EX LEGE Iulia Repetundarum.

V. Regula: Si à subditis vltra quantitatem legitimam definitam magistratus vel in officio positus quid acceperit, aut alio modo contra officium fecerit, accusatio aduersus eũ datur. l. q. l. c. iubemus. c. penul. & vlt. item c. cum ab omni. 10. de vita & honestate clericor. l. 3. l. 6. & l. 7. in prin. ff. ad l. Iul. repetund. 4. C. eod. tt. Planè propositæ accusationis exceptio prima hac videtur: Nisi is, à quo illicitum accepit, remissionem ei remiserit. Sed hac exceptio reprobatur per statutum. 11. §. si quid autem. de rescriptis, in 6. Altera exceptio est; Nisi esculentum vel potulentũ quid acceperit. Hac exceptio approbatur certo modo d. c. statutum. 11. §. insuper vt gratis. Tertia exceptio est: Nisi expensarum nomine acceperit. d. §. insuper. vers. vel nisi cum ipsum prop.

V I. Regula: Quid veniat in accusatione iam diffinitur l. q. 1. c. vlt. §. hodie. item l. 7. § fin ff. ad l. Iul. repetundar. Sed & de simplo restituendo agetur d. § si quid autem.

V I I. Regula: Euentus propositæ accusationis est damnatio damnati. d. c. vlt. §. fin. & l. 6. §. hac lege. ff. ad l. Iul. repetundar. Hac de lege Iulia repetundarum, de cuius tamen accusatione vide plura M. l. C. lib. 1. cap. 7.

V I I I. Regula: Si iudex litem suam fecerit, & male iudicauerit, punitur. c. 1. de sententia & re iudicata. 11. q. 3. c. temerarium. c. si quis dixerit. c. nec

lite. § fin. cum c. sequente. Concordant item ea quæ habentur infr. cap. 15. VII. quæst. 1. causa 6. Plura de actione proposita vide M. I. C. lib. 1. cap. 7. in fin.

IIII. DE IVRISDICTIONE, præsertim delegata.

CAVSAE EX QVIBVS IVrisdictio competit.

1. Regula: Si iurisdictio alicui mandata sit, vel delegata, is etiam exercere potest. M. I. R. lib. 1. cap. 5. reg. 46. Cuius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi ab eo mãdata sit iurisdictio, qui eam non suo iure, sed alieno beneficio habet, puta ipse delegatus iudex: hoc enim casu secundus delegatus iudex iurisdictionem exercere non potest. c. cum causam. 62. § fin. de appellationib. Concordat M. I. C. lib. 1. ca. 8. quæst. 2. except. 2. in princ. M. I. R. d. reg. 46. except. 1. Huius exceptionu replicatio prima hæc est: Nisi à principe alicui iurisdictio mandata sit: hic enim eam alij delegare non prohibetur. d. § fin. item c. pastoralis. 28. in princ. de officio delegati. l. si in fine. C. de iudicijs. Accedit M. I. R. d. reg. 46. except. 1. repl. 1. Altera replicatio est: Nisi à Papa alicui iurisdictio mandata sit. nam & hic eam alij delegare potest. c. si propter debilitatem. 3. & c. vlt. in princ. de officio delegati. Clement. vnica, eod. tt. Huius replicationis duplicatio prima est: Nisi ita iurisdictio à Papa mandata sit, vt eam personaliter exerceat. Quæ duplicatio approbatur simul & distinguitur d. c. vlt. § is autem. Altera duplicatio est: Nisi is cui iurisdictio à

Papa

Papa mandata est, tanquam suspectus fuerit recusatus. Quæ duplicatio approbatur simul & distinguitur c. iudex 5. de officio delegati, in 6. Tertia duplicatio est: Nisi mandatum alicui sit, vt ecclesiæ de persona idonea prouideat. Quæ duplicatio approbatur simul & distinguitur c. is cui. 12. d. tt. Quarta duplicatio est: Nisi conseruator aliquis alicui à Papa sit datus: hic enim vices suas alteri committere sequit. Quæ duplicatio approbatur simul & distinguitur c. hac constitutione. 15. §. vices quoq; d. tt. Quinta duplicatio videtur: Nisi cùm duobus iurisdictio à Papa esset mandata, vnus ex ijs vices suas alij delegauerit. Hæc duplicatio reprobatur c. quamuis 6. de officio delegati. Sexta duplicatio est: Nisi causa ita grauis delegata sit à Papa, vt sine delegato commodè non possit expediri. c. si pro debilitate. 3. in fine. d. tt. Septima duplicatio videtur: Nisi delegatus Papæ non totum negocium alteri committerit, sed principium saltem, medium, vel finem. Hæc duplicatio reprobatur c. super. 27. in prin. eod. tt. Cures huiusmodi duplicationes vide in exceptionibus sequentibus. Nam ex quibus causis ordinarius delegare iurisdictionem nõ potest, ex ijsdem nec delegatus Papæ subdelegare poterit. Hæc de secunda duplicatione. Tertia propositæ exceptionis replicatio est: Nisi per alterutrã partẽ factum sit, vt iudex delegatus die ad procedendũ statuto fuerit auocatus: hic enim casu alteri causam subdelegare potest. c. Pastoralis. 28. §. cum autem. de officio delegati. Hæc prima exceptione.

II. Exceptio: Nisi suspectus recusatus iurisdictionem alteri mandauerit. Quæ tamen exceptio reprobatur certo modo c. si quis. 4. de foro competenti. Approbatur M.I.R. lib. 1. cap. 5. reg. 46. except. 2. Admittitur in delegato Papæ subdelegante: de quo dictum supra prox. dupl. 2.

III. Exceptio: Nisi ei mandata sit iurisdictio causæ, qui nec dignitatem habet, nec cathedralis Ecclesiæ canonicus est. c. statutum. 11. in prin. & §. in nullo, in fine. de rescriptis, in 6. l. qui neq; 82 ff. de iudicijs. Huius exemplum proponitur Clement. & si principalis. 2. de rescriptis. & c. hac constitutione, 15. in prin. de officio delegati, in 6.

IIII. Exceptio: Nisi quis conseruatoris sui conseruator sit delegatus. d. c. hac constitutione, in prin. vers. nullus q; deputati sibi conseruatoris esse valeat conseruator.

V. Exceptio: Nisi subdito eius, cuius est negociũ, iurisdictio sit mandata. d. c. hac constitutione. §. 1.

VI. Exceptio: Nisi ei qui similem causam habet, iurisdictio sit mandata. c. causam. 18. de iudicijs.

VII. Exceptio: nisi ei delegetur causa, à quo in eadem causa est appellatum. 2. q. 6. c. placuit. §. fin. cum c. sequente. c. vlt. §. fin. item l. 6. in prin. vers. quapropter. C. de appellationib. Concordat item M.I.C. lib 2. cap. 27. quæst. 9. reg. 8. cum sequentibus. Huius exceptionis replicatio est: Nisi appellans causam remitti petat. de qua re vide infr. libro prox. cap. 18. quæst. 7. reg. 20. except. 1. repl. 1.

VIII. Ex-

VIII. Exceptio: Nisi ei delegata sit causa, quem tera pars nominatim petijt. c. ad hæc. 10. de rescri- u. l. obseruandum. 47. ff. de iudicijs. Contradicit q. 1. c. iudices. 3. q. 3. c. 1. in fine. 3. q. 8. c. accusato- . §. iudices. item c. cum R. 35. de officio delegati. d & contradicunt ea qua habentur infr. lib. 3. p. 8. quæst. 10. reg. 7. Planè si episcopus ab alteruira rte fuerit petitus vel electus iudex, ab aduersario cusari non potest, per ea qua habentur. infr. lib. ox. cap. 2. quæst. 2. except. 25.

IX. Exceptio: Nisi extraneo alicui causa sit de- gata. c. statutum. 11. cum verò eiusdem. de rescri- is, in 6. Huius replicatio prima hæc est: Nisi inter agistratū & subditum lis sit. d. §. cum verò. vers. si ab episcopo contra aliquem. Altera replicatio : Nisi actori non satis tutum sit ad locum seu do- icilium rei venire. d. §. cum verò. vers. vel nisi actor ndem ciuitatem. Tertia replicatio est: Nisi actor uersarij sui potentiam metuat. d. §. cum verò. rs. aut sui aduersarij potentiam meritò perhor- scens. Quarta replicatio est: Nisi actor & reus sint uersarum ciuitatum vel regionum. d. c. statutum. §. cum autem. Huius replicationis duplicatio est: si actor eius nomine, qui est eiusdem ciuitatis vel xcessis, cum reo agat: tunc enim proposita repli- tione nō iuuatur, exēplo Clement. 1. de rescriptis.

Duplicationes generales.

Planè replicationum iam enumeratarum dupli- tio communis prima hæc est: Nisi vltra vnam die-

tam reus à limite suæ diœcesis in ius vocetur. d. §. cum verò. vers. nullus tamen eorum. item. d. §. cum autem. vers. dummodo locus ad quem. item c. nonnulli. 28. in prin. de rescriptis. Concordant item ea quæ habentur 3. lib. prox. cap. 6. quæst. 4. in fin. except. general. 2. Altera duplicatio est: Nisi actor de timore, quem prætendit, per iusiurandum fidem non fecerit. d. §. cum verò. vers. sed & in duobus vltimis casibus. Hæc de nona exceptione.

X. Exceptio: Nisi is qui iurisdictionem mandauit, vel causam delegauit, decesserit. c. licet vndiq. 30 de officio delegati c. hac constitutione. 15. §. officium eod. tt. in 6 l. 6. ff. de iurisdictione. Propositæ exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi tempore mortis delegantis res non sit integra. d. c. licet. vers. si verò ante mortem. c. si delegatus. 7. in prin. de officio delegati, in 6. Exemplum habetur c. relatum. 19. & c gratum. 29. de officio delegati. Planè huius replicationis duplicatio videtur: Nisi cùm pluribus causa esset delegata, in quorundam personis res adhuc sit integra. Sed reprobatur c. cum plures. 8. §. fin. de officio delegati, in 6. Altera replicatio est: Nisi de gratia facta executor sit datus. hic enim etiam mortuo Papa qui dedit, perdurat. c. si super. 9. d. tt. Tertia replicatio est: Nisi legationis officium alicui sit demandatum: hoc enim morte mandantis non expirat. c. legatos. 2. d. tt. Quarta replicatio est: Nisi inquisitio hæreticæ prauitatis alicui sit demandata. c. ne aliqui. 10. de hæreticis, in 6. Quinta replicatio

est:

est: Nisi non opposita exceptione de morte delegantis, coram delegato sit processum. c. cum venisset. 25. in prin. de testibus. Hæc de decima exceptione.

XI. Exceptio: Nisi mandans mandatam iurisdictionem reuocauerit. c. vt nostram. 56. de appellationib. l. 58. in prin. ff. de iudicijs. Accedit M. I. R. lib. 1. cap. 5. reg. 46. except. 18. Huius replicatio est: Nisi re non integra mãdatum sit reuocatum. c. venerabili. 37. de officio delegati. Huius replicationis duplicatio est: Nisi non totum negocium sit mãdatum, sed principiũ saltem, vel medium: tunc enim eo expleto nihilominus potest mandatum reuocari. c. super. 27. in prin. de officio delegati. Aliã propositæ exceptionis replicationem vide M. I. C. lib. 1. cap. 8. q. 2. excep. 13.

XII. Exceptio: Nisi cum iurisdictio ad tempus esset mãdata, tempus illud fuerit finitum. hoc enim casu expirat iurisdictio delegata. c. de causis. 4. in prin. de officio delegati. Accedit M. I. R. d. reg. 46. except. 21. Huius replicatio prima hac est: Nisi tempus consensu partium sit prorogatum. d. c. de causis. 4. in prin. vers. nisi dies præfixus. & l. 2. §. si & iudex. ff. de iudicijs. Accedit M. I. R. d. except. 21. repl. 1. Altera replicatio est: Nisi ab eo die, quo delegatus mandatũ accepit, dinumeratione facta, tẽpus nondũ sit elapsum. c. super eo. 12. §. fin. de appell. Plura de exceptione apposita vide M. I. C. d. q. 2. excep. 14.

XIII. Exceptio: Nisi iurisdictio eius qui delegauit, sit finita: tunc enim delegati quoque iurisdictio expirat. c. vlt. in fine. de officio legati. Huius

replica-

replicatio est: Nisi res non sit integra. Quæ replicatio approbatur argumento eorum, quæ sup. except. 10. repl. 1. proposita sunt. Concordat l. 49. §. fin ff. de iudicijs.

XIIII. Exceptio: Nisi eadem causa antea alij fuerit delegata. c. venerabili. 37. de officio delegati. l. vbi cœptum. 30. ff. de iudicijs. Accedit M. I. R. d. reg. 46. except. 22. Huius replicationes vide M. I. C. lib. 1. cap. 8. quæst. 2. except. 16.

XV. Exceptio: Nisi is cui iurisdictio mandata est, eam suscipere nolit. reprobatur c. pastoralis. 28. in prin. de officio delegati.

XVI. Exceptio: Nisi is cui iurisdictio mandata est, decesserit. Hac exceptio ipso quidem iure subsistit, verùm eius replicatio prima hæc est: Nisi iudex in delegatione non proprio, sed officij nomine sit appellatus: tunc enim ad successorem eius iurisdictio delegata transit. c. quoniam. 14. de officio delegati. Accedit M. I. R. d. reg. 46. except. 23. repl. 1. vbi distinguitur. Altera replicatio videtur: Nisi cùm pluribus iurisdictio mandata esset, vno ex ijs mortuo, alij superfint. Sed hæc reprobatur, sub conditione tamen, c. vno. 42. eod. tt.

XVII. Exceptio: Nisi iudex delegatus causam alij subdelegauerit: hoc enim casu delegatus recusari potest: nisi aliquid sibi de iurisdictione reseruauerit. c. super quæstionum. 27. §. porrò. vers. vnde si forsan. de officio delegati.

XVIII. Exceptio: Nisi ciuitas seu diœcesis, in

qua

qua causa delegata est, medio tempore sit diuisa, reprobatur c.1. §. idem etiam. de officio delegati, in extrauag. communib.

XIX. Exceptio: Nisi sententia dicta sit, & executioni mandata. c. in literis. 9. de officio delegati. l. iudex. 55. ff. de re iudicata. Cuius replicatio est: Nisi executor datus exequi nolit, vel non possit. c. significasti. 7. & c. quaerenti. 26. de officio delegati. Haec de prima causa iurisdictionis, hoc est de mandato seu delegatione specialis causae, sint dicta. Adquiritur insuper iurisdictio per ordinationem. Nam in magistratum ordinatus eo ipso adquirit iurisdictionem ordinariam: ad quam pertinet titulus de officio iudicis ordinarij: deq; ea dicetur infr. lib. 3. cap. 9. Nunc effectus delegatae iurisdictionis videamus.

EFFECTVS DELEGATAE IVRISdictionis, & iura eius, cui mandata est iurisdictio.

II. Regula: Iudex delegatus fungitur vice eius qui delegauit, non sua. Ideoq; superiores etiam coercendi potestatem habet. c. sanè quia. 11. de officio delegati. Cōcordat M.I.C. lib. 1. cap. 8. quaest. 3. reg. 1.

III. Regula: Mandata iurisdictione, ea quoque concessa esse videntur, sine quibus iurisdictio explicari non potest: vtputa modica coercitio. c. praeterea. 5. c. pastoralis. 28. in prin. & §. 1. item c. ex literis. 29. & c. suspicionis. 39. vers. cui sicut. de officio delegati. l. 2. ff. de iurisdictione. l. 1. §. verius est. & l. 5. ff. de officio eius cui mandata est iurisdictio.

IIII. Re-

III. Regula: Modus coercendi ac defendenda iurisdictionis præscribitur c. quia pontificali. 2. de officio delegati, in 6. c. sanè. 11. & c. pastoralis. 28. in prin. eod. tit. in antiquis. De districtione ecclesiastica seu excommunicatione adhibenda cauetur etiã c. 1. de officio delegati. 2. q. 6. c. quisquis. De arbitraria pœna cauetur c. dilectus. 11. de pœnis.

V. Regula: Ne delegatus mandati fines excedat, néue extra locum sibi deputatum iurisdictionem exerceat, cauetur c. vlt. §. conseruatores. de officio delegati, in 6. Pœna, si contrà fiat, statuitur d. c. vlt. §. vt autem. Accedit M. I. R. lib. 1. cap. 5. reg. 47. Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi iusta subsit causa excedendi fines. c. statuimus. 13. eodem tit.

VI. Regula: De officio conseruatorum cauetur c. 1. & c. vlt. in prin. & §. vt autem. de officio delegati, in 6. Aliud officium proponitur d. c. vlt. §. circa munera. vbi mentio fit c. statutũ. 11. de rescriptis, in 6. Hactenus de iurisdictione delegata sit dictum: de qua vide item M. I. C. lib. 1. cap. 8. De ecclesiastica verò iurisdictione ordinaria dicetur]. lib. 3. cap. 9.

V. DE DIGNITATE ET RELIquo iure magistratus.

I. Regula: Præferuntur cæteris eiusdem dignitatis hi qui prius ad eam dignitatem peruenerunt. c. 1. de maioritate & obedientia. Cuius exceptio est: Nisi maior sit dignitatis gradus eius qui postea ordinatus est: tunc enim is præfertur ijs qui ante ipsum ad minorem dignitatis gradum sunt ordinati. c. statuimus.

tuimus.15.eod.tt. Plura de regula proposita, alijsq; similibus vide M.I.C.lib.1.cap.9.

II. Regula; De reuerentia & obsequio magistratui præstando, cauetur 23. q. 5. c. si apud c. dicat. item l.2. & l.5. C. de officio Rectoris. l.2. & l.3. C. de officio diuers. iud. Concordant item ea quæ habentur j. cap. 8. quæst. 5. causa 1. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi iniustum quid iubeat magistratus, vel contrarium ei quod alius magistratus superior iusserat: tunc enim impunè ei obsequium non præstatur. 11. q. 3. c. qui resistit, cum c. sequente. item 2. q. 7. c. admonendi. Concordant item ea quæ habentur j. lib. 3. cap. 5. reg 40. except. 3. Altera exceptio videtur: Nisi magistratus excommunicandi potestatem non habeat. Quæ tamen exceptio reprobatur exemplo c. dilecta. 12. de maioritate & obedientia.

III. Regula: De mitra pontificali vsurpanda cauetur c. vt apostolicæ. 6. de priuileg. in 6. Plura de dignitate & reliquo iure magistratus vide M.I.C.d.cap.9.

IIII. Regula: Exemplum superioris inferiores sequuntur. c. magnæ. 7. §. præterea. de voto.

VI. DE IMPERATORE specialia.

I. Regula: De Imperatoris electione cauetur c. venerabilem. 34. de electione. & Clement. 1. de iurando.

II. Regu-

II. Regula: De iuramento quod præstat Imperator Papæ, cauetur d. Clement. 1.

III. Regula: Imperator subest Papæ. de qua re dicetur infr. lib. 3. cap. 11. in iure Papæ.

IIII. Regula: De iudicio Imperatoris disputari non oportet. 17. q. 4. c. si quis suadente. §. committunt. l. 2. C. de crimine sacrilegij. Concordant ea quæ proposita sunt sup. cap. prox. in princ. item cap. 3. de constit. prin. reg. 2. item cap. 2. in prin. & cap. 1. q. 9.

V. Regula: Mortuo Imperatore, iurisdictio Imperij vacantis ad Papam pertinet. c. vnico, ne sede vacante aliquid innouetur.

VI. Regula: Imperator vel Rex iura Imperij vel regni, etiam præstito iureiurando, nequit alienare. c. intellecto. 33. de iureiurando. Plura de iure Imperatoris vide M. I. C. lib. 1. cap. 10. Hactenus de magistratibus dictum est, de quibus tamen vide plura d. lib. 1. Nunc de iudicijs publicis primùm in genere, deinde in specie tractabitur.

DE PVBLICIS IVDICIIS in genere. Cap. VI.

PRIMO: An publica iudicia sint iusta, seu Christiano homini licita? Disseritur 23. q. 4. De qua vide infr. cap. 7. in prin. item ca. 8. quæst. 2. reg. 3. item M. I. R. lib. 1. cap. 8. in prin.

II. RATIO publicorum iudiciorum est emendatio delinquentium. 21. q. 2. c. placuit. §. fin. 23. q. 4. c. est iniusta. §. fin. in fin. l. si pœna. 20. vers. quia pœna.

pœna. ff. de pœnis. l. si à reo. 71. §. id quod vulgò. vers. nam pœnas. ff. de fideiusſoribus. l. si ita vulneratus. 51. §. quod si quis abſurdè. vers. neq; enim. ff. ad l. Aquiliam.

III. CAVSAE EX QVIBVS COMPETUNT PUBLICA IUDICIA CUM SUIS EXCEPTIONIBUS.

Huius loci regula eſt, quòd ſine culpa, niſi ſubſit cauſa, non eſt aliquis puniendus. l. ſine culpa. 23. de reg. iur. in 6. Sanè cauſæ publicorum iudiciorum generales enumerantur De pœnitent. diſtin. 1. c. aut facta. l. aut facta. 16. in princip ff. de pœnis. Accedit M. I R. lib. 1. cap. 6. reg. 5. Iſtarum cauſarum exceptiones generales hæ ſunt.

I. Exceptio: Niſi ſine dolo malo factum ſit, & non iniuriæ gratia. 15. q. 1. in prin. item §. cui ſententiæ. item c. non eſt. item de pœnitent. diſtin. 2. c. ſciendum. Concordat item M. I. C. lib. 1. cap. 13. except. 1. & 2. Accedit M. I. R. lib. 1. cap. 7. except. 3. Huius exemplum proponitur, ſi ratione officij fecit, 23. q. 5. c. cum homo, in princ. & d. c. & d. l. aut facta. §. cauſa. Alia exempla vide §. in exceptionibus ſequentibus. Sed & plura de exceptione propoſita vide M. I. C. d. except. 1. & 2.

II. Exceptio: Niſi furioſus commiſerit. 3. q. 9. c. indicas. 15. q. 1. in prin. & c. illud. §. furor. §. meas verò. item c. aliquos. c. illa cauenda. vers. neq; enim ſi per. c. nec is qui. §. ſin.

III. Exceptio: Niſi per infirmitatem vel igno-

d ran-

rantiam commiserit. Reprobatur hæc exceptio d.q. 1.in prin. §.1.c.illud. §.itaq; vt ex promissis. Contradicit d.q.1.c.illa cauenda. §. quinetiam ipsius. Item contradicunt ea quæ habentur M.I.C. d. except.2. item M.I.R.d.cap.7. except.6.

IIII. Exceptio: Nisi per cæcitatem commiserit. approbatur simul & distinguitur d.c. illud. §. sed obijcitur.

V. Exceptio: Nisi per ebrietatem commiserit.15. q.1.c. sanè diximus. & c.inebriauerunt. Accedit M. I.R d.cap.7.except.4.

VI. Exceptio: Nisi coactus commiserit. reprobatur d.q.1.c.meritò. Contradicit M.I.R.d.cap.7.except.9.

VII. Exceptio: Nisi iussu eius cui parêre necesse fuit, commiserit. c. quod quis.24. de reg. iuris, in 6. item de consecrat. distinct.4.c.quæris à me, in prin. Contradicere videtur d.c.meritò. Sed plura de hac exceptione vide M.I.C.lib.1.cap.13. except.4. & M. I.R.d.cap.7. except.7.

VIII. Exceptio: Nisi minor ætate commiserit. 15.q.1.c.illud. §.fin.c.firmissimè, in prin. item c. intelleximus.2.de delictis puerorum. Accedit M.I.R.d. reg.7.except.13. Huius replicatio est: Nisi minor doli sit capax. d. §.fin. vers. nisi rationis sit capax. item c.1.de delictis puerorum. Accedit M.I.R.d.except.13. replic.1. Huius duplicatio est, quòd quamuis minor doli sit capax, mitius tamẽ propter ætatem punitur. d.c.1.vers.quamuis in eis non ita. & l.auxilium.38.

§.in

§. in delictis. vers. nisi quatenus. ff. de minor. 25. annis. M.I.R.d. except. 13. in fine. Plura de exceptione proposita vide M.I.C. lib. 1. cap. 13. except. 5. & M.I.R.d. except. 13.

IX. Exceptio: Nisi animal brutum commiserit. 15. q. 1. c. firmissimè. §. animalia enim. Plura de hac re vide M.I.C. lib. 23. cap. 1. & M.I.R. d. cap. 7. except. 24.

X. Exceptio: Nisi crimen propositum non fuerit perfectum, reprobatur De pœnitent. distin. 1. c. quisquis, in prin. & c. aut facta. §. euentus. l. 5. in princ. vers. eadem enim. C. ad l. Iul. maiestatis. l. aut facta. 16. §. euentus. ff. de pœnis. Accedit M.I.R.d. cap. 7. except. 29. Planè admittitur exceptio proposita, si crimen ad actum non peruenerit. Nam cogitationis pœnam nemo patitur. d. distin. 1. c. cogitatio. & c. cogitationis. item l. cogitationis. 18. ff. de pœnis. Accedit M.I.R. lib. 1. cap. 6. reg. 5. in fine. Hæc quoad hominem. Nam apud Deum distinctio iam dicta non admittitur, à quo etiam cogitatio punitur. d. dist. 1. c. nunquid. item 17. q. 1. c. vouentibus. 32. q. 5. c. sicut enim. c. si Paulus. c. nec solo. c. qui vident. item 32. q. 7. c. non solùm.

XI. Exceptio: Nisi reus mortuus sit. 33. q. 2. c. admonere. §. & nunc post mortem. vers. nec à te post. Accedit M.I.R.d. cap. 7. except. 43. Cuius replicatio est: Nisi de hæresi quis accusetur. 24. q. 2. c. penul. §. fin. cum c. sequēte. Accedit M.I.R.d. except. 43. repl. 2. Plura de exceptione proposita vide M.I.C. li. c. 13. except. 10.

XII. Exceptio: Nisi accusator mortuus sit, vel ex alia causa impediatur accusationem prosequi. 2.q.8.c.vlt.§.fin.l.3.§.fin.ff. de accusationib. Plura de hac exceptione vide M.I.C.d.cap.13.except.13.& M.I.R.d.c.7.except.45.

XIII. Exceptio: Nisi accusator destiterit. reprobatur c.1.& 2. de collusione detegend. Plura de hac exceptione vide M.I.C.d.cap.13.in fine, replic. general. 2.

XIIII. Exceptio: Nisi eadem accusatio antea quoq; in iudicium fuerit deducta, vel eiusdem criminis nomine actum. c. de his. 6. de accusationibus. Accedit M.I.R.d.cap.7. except.41. Huius replicatio prima est: Nisi prior accusator fuerit prævaricatus, vel per collusionem reus absolutus. c. vlt. de collusione deteg. Concordant ea quæ proposita sunt §. except.prox. Sed & concordat M.I.C. lib.1. cap.13. except.15.repl.2. Altera replicatio est: Nisi crimen sit iteratum, de quo postea accusatio instituitur. c.1. de pœnis.l.9.§. si tamen. C. de accusationib. Plura de exceptione proposita vide d.except.15.

XV. Exceptio: Nisi abolitio criminis interuenerit. 2.q.3.c.vlt.§.destitisse. vers. abolitio enim. Plura de hac exceptione vide M.I.C.d.cap.13.exceptione 16.& M.I.R.d.c.7. except. 35.

XVI. Exceptio: Nisi episcopus commiserit. hic enim accusari nequit, nec damnari. 11. q.3.c. irrita. 6.q.1.c.qui crimen.§.fin.cum c.sequente. 2.q.7.c. accusatio.§. vnde liquet. Contradicit d.q.7.c. præ-

sumunt.

sumunt. c. si hæreticus. §. item quod dicitur.

XVII. Exceptio: Nisi crimen commissum sit vulgare & vsitatum. 23. q. 4. c. si quis potestatem. §. fin. cum c. sequēte. Accedit M. I. R d. cap. 7. excep. 28.

Replicatio præcedentium exceptionum generalis.

Hactenus exceptiones aduersus crimina enumerauimus, quarum tamen plures vide M. I. C. d. cap. 13. Istarum autem exceptionum replicatio generalis est: Nisi reus accusatorem corruperit: hoc enim casu pro conuicto habetur, 2. q. 3. c. vlt. §. in omnibus. l. vlt. ff. de prævaricatoribus. De qua replicatione cum alijs pluribus vide M. I. C. d. cap 13. in fine. & M. I. R. d. cap. 7. except. 36.

IIII. QVIBVS COMPETANT accusationes seu iudicia publica?

Sine legitimo accusatore nemo inter reos est recipiendus. c. 1. de accusationibus. 2. q. 1. c. nihil. c. in primis. §. sed & de personis accusantium. 3. q. 9 6. dignum, in fine. 6. q. 1. c. nos sequentes. Concordant item ea quæ proponuntur j. ead. quæst. in fin. Planè regulariter quilibet accusator præsumitur legitimus, nisi legibus specialiter prohibeatur accusare. Accedit M. I. R. lib. 1. cap. 6. reg. 7. in prin. Qui autem specialiter accusare prohibeantur, patet ex sequentibus exceptionibus, quarum prima hæc est: Si mulier accusare velit: hæc enim ab accusando repelliter. 2. q. 1. c. prohibentur. 15. q. 3. in prin. & c. de crimine.

mine. item l. 8. ff. de accusationibus. l. 12. C. qui accusare nõ possunt. M. I. R. d. reg. 7. except. 1. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi mulier suam suorúmue iniuriam persequatur. d. q. 3. in prin. vers. nisi fortè suas. & c. ex eo quod. §. fin. c. certis de causis, in prin. & §. vxor tua. item l 1. & l. 2. ff. de accusationib. l. 4. & l. 12. vers. nisi certis ex causis. C. qui accusare non poss. M. I. R. d. except. 1. repl. 1. Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi mulier maritum vel adulteram adulterij velit accusare: hanc enim suam iniuriam persequi non permittitur. 32. q. 1. c. apud misericordem. §. publico. item l. 1. C. ad l. Iul. de adulterijs. Huius ratio proponitur 32. q. 5. c. penult. §. sed quaritur. cum c sequente. Hæc de prima replicatione. Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi crimen læsæ maiestatis mulier deferat. 15. q. 3. c. certis de causis. §. in quæstionibus. c. sanè. §. vnde aut l. 8. ff. ad l. Iul. maiestatis. Tertia replicatio est: Nisi ex lege Iulia de annona mulier accuset. 2. q. 1. c. prohibentur. §. mulierem. & l. 13. ff. de accusationibus. Hæc de prima exceptione, de qua vide item M. I. C. lib. 1. cap. 12. quæst. 5. except. 1.

II. Exceptio: Nisi pupillus accusare velit: nam & huic specialiter ius accusandi denegatur. d. c. prohibentur, in prin. & l. 8. ff. de accusationibus. Accedit M. I. R. d. reg. 7. except. 2. Cuius replicatio est: Nisi pupillus patris vel aui iniuriam persequatur. 15. q. 3. c. certis de causis. §. pupillis. l. 2. §. fin. ff. de accusationibus. M. I. R. d. except. 2. repl. 2.

III. Ex-

III. *Exceptio: Nisi seruus accusare velit.3.q.5. c.canonica.vers.aut libertas. c. accusatores. §. fin. c. nullus.item l.26. C. ad l.Iul. de adulterijs.M I.R.d. reg.7.except.3.Huius replicatio prima est: Nisi seruus ex lege Iulia de annona velit accusare. 2.q 1.c. prohibentur. §. mulierem. l.13. §. serui quoque. ff. de accusationib. Altera replicatio est: Nisi seruus mulierem, quæ cum proprijs seruis rem habuit, deferat. 12.q.2.c.episcopus. §. in criminali. vers. quo casu, cũ sequentibus. l. vnica. §. sit etiam seruo. C. de mulieribus quæ se proprijs seruis, &c. Plura de exceptione proposita vide M.I.C. lib.1.cap.12.q.5. except.3.*

IIII. *Exceptio: Nisi pauper accusare uelit 2.q.1. c.prohibentur. §. nonnulli. & c. in primis. §. sed & de personis. & l.10. ff. de accusationib. M.I.R.d.reg.7. exception.5.*

V. *Exceptio: Nisi quæstus causa accuset. c. significante. 5. qui matrimon. accusare poss. Plura de hac exceptione uidẽ. quæst.8.reg.2.*

VI. *Exceptio: Nisi miles accuset. d.c. prohibentur, in prin. & l.8. ff. de accusation. M.I.R. d.reg.7. except.6. Huius replicatio est: Nisi miles ex lege Iulia de annona accuset. d.c. prohibentur. §. mulierem. vers. milites quoq;. l.13. §. milites. ff. de accusationibus. Plura de exceptione proposita vide M.I.C. lib.1.cap.12.quæst.5.except.5.*

VII. *Exceptio: Nisi is qui in magistratu positus est, accusare velit. d.c. prohibentur, in prin. & d.l.8. §. alij propter magistratum.*

VIII. Exceptio: Nisi infamis accusare velit. d. c. prohibentur. §. alij propter delictum. 3. q. 4. in prin. cum c. sequente. 3. q. 5. c. canonica. c. accusatores, in fin. c. constituimus. c. similiter. c. nullus. item 4. q. 1. c. 1. §. omnes etiam. 6. q. 1. in princ. cum c. sequente. c. beatus. item l. 8. §. alij propter delictum. ff. de accusationibus. Declaratur exceptio proposita definitione infamium, 6. q. 1. c. omnes. c. illi qui. c. summa. §. fin. cum c. sequente. Planè proposita exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi ex lege Iulia de annona infamis accuset. 2. q. 1. c. prohibentur. §. mulierem. vers. famosi quoq;. l. 13. §. famosi quoq;. ff. de accusationibus. Altera replicatio est: Nisi de hæresi vel symonia infamis accusare velit. 6. q. 1. c. nos sequentes. §. sed licet. Contradicere videtur d. q. 1. c. quæro ergo. Vbi Gratianus subijcit solutionem, vers. vtrum hoc Augustini. Plura de proposita exceptione vide M. I. C. lib. 1. cap. 12. quæst. 5. except. 7.

IX. Exceptio: Nisi accusator ipse sit culpabilis, & in crimine constitutus. 6. q. 1. in prin. cum c. sequente. & c. beatus, in prin. item c. qui crimen. item 3. q. 5. c. suspectos. c. canonica. c. similiter. c. nullus. M. I. R. d. reg. 7. except. 9. & 21. Huius exemplum habetur c. cum ecclesiastica. 3. de exceptionibus. Plura exempla vide ibi except. prox. & except. 17. cum seq.

X. Exceptio: Nisi excommunicatus vel anathematizatus accuset. 4. q. 1. c. 1. in prin. c. quod autem. 2. q. 7. c. in sancta. 6. q. 1. c. illi qui. §. similiter. c. omnes. 3. q. 4. c. conspiratores. c. nullus. c. omnes. M. I. R. d. reg.

d.reg.7.except.8.Huius replicatio videtur: Nisi reus accusatori excommunicato communicauerit. Sed reprobatur c.2.de exceptionibus. Plura de hac replicatione vide ibi.ead.quæst.4.replic.gener.3.

XI. Exceptio: Nisi inferior superiorem, vel minor maiorem accuset.2.q.7.c.qualis. § fin.cum c.sequēte.item c.maiorum.c.quærendum. c.in sancta.vers. & sicut maior. item 6.q.1.c. beatus, in prin.vers. & qui eis coæquales. & § fin.c.omnes verò, in fine.item 3.q.5.6.accusationes, in fin.M.I.R. d.reg.7.except.10. Huius replicatio prima hæc est: Nisi maior sit hæreticus, & minor catholicus.d.q.1.c. cum maiores. Altera replicatio est: Nisi maior exemplo suo ad interitum trahat iuniores. 2.q.7.c. Paulus dicit. Tertia replicatio est: Nisi maior vita & moribus minore sit deterior.d.q 7.c.qui nos. § fin. cum c.sequente. c.quanquam.c.puto.c.quæritur. Duplicatio præcedentium replicationum generalis hæc est: Nisi minor non sit irreprehensibilis.d.q.7.c. criminationes, in prin.Plura de exceptione proposita eiusq; replicationibus vide ibi.except.prox.

XII. Exceptio: Nisi subditus prælatum vel magistratum suum accuset. 2.q.7.c.1.c. sacerdotes. c. qualis.c.sententia.c.oues.c.sunt nonnulli c.si hæreticus, §. item quod dicitur.3.q.4.c.hi qui. 6.q.1. c.oues.c. deteriores.8.q.2.c.vlt. in fin. Contradicit 2.q.7.c.plerunq;.c.testes.§. ecce ostensum, cum sequentibus, vsq; ad c.clericos aut laicos.Item contradicit d.q.7.c. criminationes. §. colligitur, & c.ad-

monendi. Ex his patet, exceptionem propositam cõtrouersam esse, & non minus reprobari quàm approbari. Sed posito quòd ipso iure sit approbata: tũc notãdæ sunt eius replicationes, quarũ prima hæc est: Nisi prælatus à fide exorbitauerit: tunc enim à subditis suis accusari potest. 2. q. 7. c. sacerdotes, in fine. c. oues. vers. nisi à fide. & c. præsumunt. Altera replicatio est: Nisi prælatus nomine tantùm sit, non vita. d. q. 7. c. non omnes. c. non omnis. c. secuti. c. qui nec. c. plerunq; § fin. c. Paulus. item 8. q. 1. c. vereor. Tertia replicatio videtur: Nisi clericus subditus prælatum accuset, verùm hæc replicatio reprobatur 2. q. 7. c. sacerdotes. c. oues. §. his authoritatibus. c. plerunq;. §. item probatur. item 3. q. 4. c. clericus. Quarta replicatio est: Nisi accusator vir sit probus, minimè criminosus. d. §. his authoritatibus, cum c. sequente. & d. q. 7. c. accusatio, in prin. c. sunt nonnulli. §. fin. cum c. sequente. item c. si hæreticus. §. item quod dicitur.

XIII. Exceptio: Nisi is qui clericus non est, nec esse potest, clericum accuset. 2. q. 7. c. beati. §. fin. cum c. sequente. c. testes, in prin. & §. sic & illud. c. sacerdotes. item 6. q. 1. c. omnes verò. vers. indignum est enim. c. infames. §. hi nimirum omnes. item 15. q. 3. in prin. vers generaliter enim. Huc item pertinet j. except. prox.

XIIII. Exceptio: Nisi laicus clericum accuset. 2. q. 7. in prin. cum c. sequente. c. nullus. c. laico. c. in sancta. c. laicos. c. sicut. c. laici. item 6. q. 1. c. beatus. c. sa-

& sacerdotes. c. sunt plurimi. c. quiescite. item 11. q. 1. c. clericum, in fine. item c. cum P. 10. de accusationib. & c. de catero. 14. de testibus. Accedit M. I. R. d. reg. 7. except. 13.

XX. Exceptio: Nisi clericus laicum accuset. 2. q. 7. c. sicut. Accedit M. I. R. d. reg. 7. except. 14. Huius replicatio est: Nisi presbyter suum plebeium accuset. d. q. 7. c. decretum.

XXI. Exceptio: Nisi monachus clericum accuset. 2. q. 7. c. placuit. c. nullus, in prin. 3. q. 4 c. hi qui. §. fin. 3. q. 5. c. canonica. §. fin. Contradicit d. q. 7. c. vlt. §. item Ioannes. Huic obiectioni respondetur per distinctionem d. c. nullus. §. sed aliud. & d. q. 7. c. negligere. c. sancta. itē De accusationib. c. ex parte. 11.

XXII. Exceptio: Nisi hæreticus, apostata vel aliàs vilis homo velit accusare. 2. q. 7. c. quærendū. c. alieni. c. pagani. item 3. q. 4. c. 1. c. beatus. c. si quis. item 3. q. 5. c. suspectos. c. canonica. c. nullus. item 4. q. 1. c. 1. §. omnes etiam. c. quod autē. Huius replicatio hæc est: Nisi hæreticus hæreticum velit accusare. d. c. pagani. §. in hoc. & d. q. 7. c. si hæreticus, in princip.

XXIII. Exceptio: Nisi is qui sortilegos & magos consulit, accuset. 2. q. 8. c. quisquis. §. fin. item 3. q. 5. c. constituimus. vers. seu qui ad.

XIX. Exceptio: Nisi is qui Papæ inobediens est, velit accusare. 3. q. 4. c. 1. & c. si quis.

XX. Exceptio: Nisi in illegitimo matrimonio constitutus accuset, vel ei consentiens. d. q. 4. c. consanguineorum.

XXI. Ex-

XXI. Exceptio: Nisi raptor velit accusare. d.c. consanguineorum. vers. similiter de raptoribus.

XXII. Exceptio: Nisi conspirator velit accusare. d.q 4. c. conspiratores.

XXIII. Exceptio: Nisi detractor vel actor inimicorum episcopum accuset. d.q. 4. c. detractores. item 6. q. 1. c. deteriores.

XXIIII. Exceptio: Nisi sacrilegus accuset. 5. q. 4 c. nulli.

XXV. Exceptio: Nisi accusator suspectus sit. 3. q. 5. c. suspectos. c. canonica. c. accusatores. §. fin. c. similiter. c. accusatores. c. omnes, in fine. item 3. q. 8. c. 1. in prin.

XXVI. Exceptio: Nisi accusator sit homo contentiosus. d. c. suspectos. & d. c. similiter, & d. q. 5. c. nullus. vers. nullus frequenter litigans.

XXVII. Exceptio: Nisi accusator inimicus sit accusati. d. c. suspectos. & d. c. canonica, & d. c. nullus. vers. nullus qui inimicitijs studet. & d. c. omnes, in fine. item 3. q 5. c. accusatores. c. accusatoribus. c. nulli. §. quod verò. c. vlt. §. fin. item 23. q. 4. c. ea vindicta. §. sed huic vindictæ. & c. vltim. item De accusationibus c. cum P. 10. & c. meminimus. 13. Accedit M. I. R. d. reg. 7. except. 15. Declaratur exceptio proposita definitione inimici, simul & obiectioni respõdetur 5. q. 5. in prin. cum c. sequente. c. non omnis. c. non osculatur. Obiectio alia proponitur d. c. nõ osculatur. §. fin. eiq; respondetur d. q. 5. c. vlt. §. sed aliud.

XXVIII. Exceptio: Nisi accusator domesticus sit

sit inimici accusati, vel ei cohabitet. c. repellantur. 7. de accusationib. itẽ 3. q. 5. c. accusatoribus, in prin.

XXIX. Exceptio: Nisi exterus & ignotus accuset. d. q. 5. c. canonica. vers. & eos qui non sunt eorum gentis. item c. accusatores. vers. nullus alienigenæ.

XXX. Exceptio: Nisi libertus episcopum accuset. d. q. 5. c. accusatores. § fin. & c. nullus.

XXXI. Exceptio: Nisi accusator antea fuerit calumniatus vel prævaricatus. 2. q. 1. c. prohibentur. § alij propter suspicionem. item 2. q. 3. c. vlt. § accusator. l. 9. ff. de accusationibus. l. accusator. 5. ff. de prævaricatoribus. Plura de hac exceptione vide M. I. C. lib. 1. cap. 12. quæst. 5. except. 8.

XXXII. Exceptio: Nisi accusator antea ab accusandum vel non accusandum pecuniam acceperit. d. c. prohibentur. & l. 4. in fine. item l. qui accusare. 8. § alij propter turpem. vers. nummósue. ff. de accusationib.

XXXIII. Exceptio: Nisi accusator plures reos habeat. d. c. prohibẽtur. & d. § alij propter turpem. De qua exceptione vide plura M. I. C. d. quæst. 5. except. 10. & M. I. R. d. reg. 7. except. 18.

XXXIIII. Exceptio: Nisi accusator cognatus sit, ad finis, familiaris vel domesticus accusati. 3. q. 5. c. similiter. vers. vel ad fines. c. accusatores. vers. nec familiares. item 3. q. 11. c. vlt. § si quis enim. l. si quis. 20. C. qui accusare non possunt. Plura de hac exceptione vide M. I. C. lib. 1. ca. 12. quæst. 5. except. 12. Sed & eius species sunt exceptiones proximè sequentes.

Repli-

Replicationes vide j. except. 37.

XXXV. Exceptio: Nisi seruus dominum accuset. d. §. si quis enim. & d.c. vltim. §. causa verò. 2. q. 1. c. in primis. §. quod autem dicitur. d. l. si quis. 20. & l. 1. §. quod autem ff. de officio præfecti vrbi. Plura de hac exceptione vide M. I. C. d. except. 12.

XXXVI. Exceptio: Nisi liberi parentes accusent. 2. q. 1. c. prohibentur. l. qui accusare. 8. §. alij propter conditionem. ff. de accusationibus. Huius replicationes vide j. except. prox.

XXXVII. Exceptio: Nisi libertus patronum accuset. 3. q. 11. c. vlt. §. fin. 12. q. 2. c. episcopus. §. huiusmodi autem. & §. in criminali. d. §. alij per conditionem. & l. vlt. C. qui accusare non poss. Huius & superioris proximè exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi ex lege Iulia maiestatis accuset. d. §. in criminali, vers. crimen verò. & d. l. 20. vers. maiestatis iamen. & d. §. si quis enim, in fine. Altera replicatio est: Nisi ciuiliter, non criminaliter agatur. 2. q. 1. c. prohibentur. §. liberi. & l. 11. §. 1. ff. de accusationib.

XXXVIII. Exceptio: Nisi domesticus vel familiaris iudicis accuset. 3. q. 5. c. similiter, in verbo Gratioſi. & 4. q. 4. c. penult. §. fin. cum c. sequente.

XXXIX. Exceptio: Nisi accusator prior à reo sit accusatus, quæ accusatio nondum sit finita. 3. q. 11. in prin. cum c. sequente. c. non est, in prin. c. neganda. 4. q. 1. c. vlt. §. fin. 6. q. 1. c. qui crimen. l. neganda. 19. C. qui accusare non poss. Accedit M. I. R. d. reg. 7. except. 17. Huius exceptionis replicatio prima hæc

est;

est: Nisi accusator de maiori crimine accusetur. d. c. non est. §. hoc autem. l. 1. C. qui accusare nõ poss. Altera replicatio est: Nisi reus contra accusatorẽ priorem inscriptiones tantùm pendẽte accusatione deponat: hoc enim facere non prohibetur. d. c. neganda, in fine. & d. l. neganda. Tertia replicatio est: Nisi prior reus suam suorúmue iniuriam persequatur. d. c. & d. l. neganda. in prin. Plura de exceptione proposita vide M. I. C. lib. 1. cap. 12. quæst. 5. except. 14.

XL. Exceptio: Nisi accusator aduersus eundem vel alium accusatione instituta non probauerit. 3. q. 10. in prin. cum c. sequente. & c. vlt. item 4. q. 6. c. 1. c. si accusatorum. & c. vlt. item l. 7. §. si tamen. ff. de accusationib. Huius replicatio est: Nisi accusator propriam causam, non tamen criminalem vel ecclesiasticã, persequatur. d. q. 6. c. vlt. vers. nisi proprias. de quare dicetur. inter replicat. generales.

XLI. Exceptio: Nisi accusator ab instituta accusatione semel destitit. c. licet. 14. de accusationib. De qua exceptione vide M. I. C. li. 1. cap. 12. q. 5. except. 16.

XLII. Exceptio: Nisi accusator antea præstito iureiurando accusationi renunciauit. c. veniens. 15. de accusationibus.

XLIII. Exceptio: Nisi accusatoris nihil interfit. approbatur (teste glossa) c. illa præpositor. 3. de accusationib.

XLIIII. Exceptio: Nisi ecclesia vel ecclesiastica persona accuset. his enim videtur accusatio deneganda: quia mali ab ijs tolerandi videntur,

per

per ea quæ dicentur j. cap. 8. quæst. 2. reg. 3.

XLV. Exceptio: Nisi plures eundem de eodem crimine accusent. d. c. illa. 3. de accusationib. & l. 16. ff. eod. tit. Accedit M. I. R. d. reg. 7. except. 19. Huius replicatio est: Nisi priore accusatore desistēte, alius eundem reum repetat. 2. q. 1. c. prohibentur. §. ab alio. l. 11. §. fin. ff. de accusationibus. Plura de exceptione proposita vide M. I. C. d. quæst. 5. except. 17. Sed & plures propositæ regulæ exceptiones vide d. quæst. 5.

Replicationes præcedentium exceptionum generales.

Planè exceptionum hactenus enumeratarum replicationes aliquot restant generales siue communes, quarum prima hæc est: Nisi accusare prohibitus suam suorúmue iniuriam persequatur: hoc enim casu accusatio ei non deneganda. d. c. prohibentur. §. hi tamen omnes. 4. q. 6. c. omnibus. & c. illud verò. vers. nisi proprias. item c. si accusatorum. vers. nisi proprias. & c. vlt. vers. nisi proprias. itē l. 11. in prin. ff. de accusationib. Accedit M. I. R. d. reg. 7. in fine, repl. 1. Altera replicatio videtur: Nisi clericus accusetur. reprobatur 3. q. 5. c. de accusationib. c. accusationes. c. accusatores, in prin. c. nullus, in fine. Cōcordant item ea quæ habētur §. cap. 2. except. 14. Tertia replicatio est: Nisi reus accusatorē propter crimē, q illi obijcit, à sua familiaritate antea nō repulerit. c. nulli. 5. de accusationib. 3. q. 5. c. nulli, in prin. Huius duplicatio est in reo, qui excōmunicato accusatori

antea

antea communicauit : hic enim nihilominus eum propter excommunicationem ab accusatione poterit repellere. c.2.de exceptionib. Aliam duplicationem vide M.I.R. d.reg.7. in fine.repl.5. Quarta replicatio est : Nisi par parem, vel superior inferiorem accuset.2.q.7.c.pagani. Quinta replicatio est : Nisi hæreticus accusetur.d.q.7.c.præsumunt.§. huic oppositioni.vers.cæterùm si à fide.item 6.q.1.c.nos sequentes.§.sed licet.& c.cum maiores.c.quæro. Huius duplicatio est : Nisi hæreticus de alio crimine, quàm de hæresi , accusetur ab eo qui est inferior in conuersatione vitæ. d.q.7.c.si hæreticus.§.sed quæritur. Sexta replicatio est : Nisi accusator testis in reum produci posit. d.q.7.c. testes.§.nunc demonstrandum.vers.at quicunq;. Septima replicatio videtur : Nisi seruus accusetur. Sed reprobatur 3.q.4. c.nulli.l.5.in princ.ff. de accusationib. Hactenus, quibus accusatio publica competat , ostensum est. nunc aduersus quos competat, videndum.

V. ADVERSVS QVOS ACCVSATIO publica competit?

Regulariter quidem alius quam qui crimẽ commisit, accusari ac puniri non debet.i. q.4. in princ. cum sequẽtibus.vsq; ad c.quia præsulatus.c.crimen. c.Iudæi.c.iam itaq;. c.non imputantur. item 24. q. 3.in prin. §. vnde per Ezechielem. & §. quia verò. item c.1.c. certum. §. illicita. item c.2. §. fin. de his quæ fiunt à maiore parte. & de consecrat. distin.4. t.quæris,in princ. item l.26.ff. de pœnis. Nouell.134.

§. cum verò contigerit. Accedit M.I.R. lib.1. cap.6. reg.10. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi mandatu vel consilio alterius crimẽ sit commissum. hoc enim casu vterq; potest accusari. De pœnitent. distinct.1.c. si quis iratus, cum c. sequente. l.5.C. de accusationib. Concordant item ea quæ habentur j. cap.8.quæst.6.except.1.M.I.R.d.reg 10.except.1. Altera exceptio est: Nisi alius in crimen consensit: nam & hic propter suum consensum tenetur.11.q.3. c.qui consentit.17.q.4.c. omnes.22.q.5. in princ.27. q.1.c.vidnas. §. fin.item distinct.86.c.facientis. Accedit glossa in c.1. de officio delegati. M.I.R. d.reg. 10. except.3. Tertia exceptio est: Nisi alius crimen defendat: nam & hic ob suam defensionem tenetur. d.c.qui consentit.vers.& defendit alium. item vers. si quis peccantem defendit. Exemplum habetur d.q. 3.c.ita corporis. & 14.q.6.c.1. §. illud verò fidentissimè. Quarta exceptio est: Nisi alius coëgit ad crimen faciendum: nam & hic tenetur.22.q.5.in prin. cum c.sequente. Quinta exceptio est: Nisi alius, cum posset, non propulsauit iniuriam: nam & hic tenetur.distinct.83.in prin. cum cc. sequentibus. item c. consentire. item distinct.86.c.facientis. item 23.q.3. c.non in ferenda. c.qui potest. c. ab Imperatorib. & c.vlt. item 23.q.5.c.non putes. c.non est. c.qui vitijs. item 23.q.8.c. præterea. item De sentent. excom. in 6.c.dilecto.6. §.& quidem. Vide item j. cap.8.quæst. 6.except.3.& M.I.R.d.reg.10.except.6. Sexta exceptio est: Nisi pœna non solùm crimen committenti,

sed

sed etiam eius posteris lege specialiter imposita sit: hoc enim casu posteri quoque puniuntur, exemplo criminis læsæ maiestatis, l. 5. §. filij verò eius. C. ad l. Iul. maiestatis. Cuius replicatio est: Nisi posteri per fœmininam, non masculinam lineam descendant. c. vbicunque. 4. de pœnis, in 6. Plura de regula proposita vide M. I. C. lib. 1. cap. 12. quæst. 6. item 1. cap. 8. quæst. 6.

VI. PER QVOS IVDICIA publica competant?

1. Regula: Per alium accusatio institui non potest, neq; per epistolam. 2. q. 6. c. si quando. 2. q. 7. c. criminationes. 2. q. 8. c. perscripta, in princ. 3. q. 9. c. absente. c. non oportet. c. habetur. c. qui accusare. c. dignum. c. absens. c. vlt. item 5. q. 2. c. relatum. 5. q. 3. c. in criminalibus. Accedit M. I. R. lib. 1. cap. 6. reg. 13. Proposita regula exceptio prima hæc est: Nisi absentiæ causa per procuratorem reddatur. 5. q. 3. in princ. cum c. sequente. item De accusationib. c. veniens. 15. §. idem verò ad suum. & l. 71. ff. de procuratoribus. Altera exceptio est: Nisi accusator in illustri dignitate sit constitutus. 3. q. 9. c. absens. l. vlt. C. de iurijs. Hæc exceptio in causis tantùm iniuriarum locum habet, in cæteris causis criminalibus publicis non item. l. 15. C. de accusation. Tertia exceptio est: Nisi ciuiliter ex crimine agatur: puta si maritus vxorē de adulterio accuset, vt ab ea separetur. c. tuæ fraternitati. 5. de procurat. Quarta exceptio est: Nisi per modum exceptionis crimen obijciatur. c. super

his.16.§.fin.de accusationibus. Plura de regula proposita eiusq; exceptionibus vide in glossa 2.q.6.c.si quando, in verbo Per exploratores. item M.I.C. lib. 1. cap 12. quæst.7. reg 1.

II. *Regula: Per alium reus se in criminalibus defendere non potest, nec per epistolam. 3.q.9.c.vlt.5. q.3.c. in criminalibus, in fine & c.vlt.vers. excepto publico & l.13 ff. de publ. iud. M.I.R. d. cap.6.reg. 14. Huius exceptio prima hæc est: Nisi absens sit damnandus ad pœnam: hoc enim casu quilibet potius pro eo verba faciens admittendus est, quàm absens damnandus. d.q.3.c.1.c.si ægrotans.§.reos. item De accusationibus c.veniens.15.§. idem verò.l.reos. 3.C.eod.tit. M.I.R. d.reg.14. except.1. Altera exceptio est: Nisi illustris persona de iniurijs accusetur: hæc enim per procuratorem se defendere potest. 3.q. 9.c.absens. & l.vlt.C. de iniurijs. De qua re dictum quoq; s. reg.prox.except.2. Tertia exceptio est: Nisi absentia causa per procuratorem reddatur. De hac re dictum s. reg.prox.except.1. Plura de regula proposita vide j. de sententia ferenda. item M.I.C.d.q. 7. reg.2.*

VII. VBI ET APVD QVEM accusatio competat?

I. *Regula, De loco in quo crimen commissum est. Ibi regulariter reus accusandus ac puniendus est. c.1.de raptoribus.2.q.3.c.Paulum.§.reuera.3.q.6.in prin.cum c.sequente. & c.vlt.3.q.9.c.nec extra.6.q. 3.c.placuit.c.vlt.M.I.R.d.cap.6.reg.15. Huius regu-*

la

la exceptio prima hæc est: Nisi Papa permiserit alibi accusari. d. c. nec extra. vers. salua tamen. Altera exceptio est: Nisi alibi de crimine constare possit. Tertia exceptio est: Nisi per appellationem vel recusationem iudicis causa aliò deuoluatur. Hæ duæ exceptiones approbantur d. q. 6. c. pulsatus. §. hoc autem. Quarta exceptio est: Nisi episcopus accusetur. d. q. 6. c. si quis, in princ. 3. q. 5. c. accusatores. §. nullus. Plura de hac exceptione dicentur ꝯ. lib. 3 cap. 8. quæst. 10. reg. 6. Quinta exceptio est: Nisi reus alibi deprehendatur. c. 1. §. contrahentes. de foro competenti.

II. Regula, De stationarijs. Apud hos accusatio non competit. 4. q. 4. c. nullus. §. si quis se. l. 8. C. de accusationibus.

III. Regula: De eo cuius interest. Apud hunc quoq; accusatio institui potest. c. illa. 3. de accusationibus.

IV. Regula: In templis, cœmeterijs & alijs locis Ecclesia, causæ sanguinis agi non debent. c. cum ecclesia. 5. de immunitate eccles.

V. Regula, De ecclesiastico magistratu. Apud hunc accusatio publica non competit. Quæ regula approbatur simul & distinguitur c. in archiepiscopatu. 4. de raptoribus. Plura de quæstione propositæ eiusq; regulis vide M. I. C. lib. 1. cap. 12. quæst. 8. item ꝯ. cap. 12. in princ.

VIII. ANTECEDENTIA ACcusationem.

I. Regula: De admonitione præmittenda accusationi prælatorum cauetur 2.q.7. accusatio. §. sed si quis, c. si quis erga. Concordant ea quæ habentur 3. c.8. q.9. reg.1. vbi de hac regula vide plura.

II. Regula: De causæ cognitione circa personam accusatoris & accusandi causam præmittenda, cauetur d.q.7.c. si qui sunt. c. quærendum. c. accusatio. c. clericos, c. criminationes, in prin. item 3.q.4.c. si quis à vero, in fine. 3.q.9.c. habetur. & c. dignum. Hac de antecedentibus publicorum iudiciorum. Adiuncta, consequentia & affinia remedia proponemus infrà, si prius de pœnis, quæ in iudicia publica veniunt, dictum fuerit.

QVID VENIAT IN IVdicia publica, seu de pœnis. Cap. VII.

I. SPECIES POENARVM.

PRIMA regula, De vltimo supplicio. An vltimo supplicio crimina punienda sint? quæritur 23.q.4.c. vlt. §. fin. Quòd hæc sit illicita pœna, probatur 23.q.5. in prin. c. circumcelliones. c. pœna. c. vnum. c. prodest. c. reos, in prin. Cõtrà, quòd sit licita pœna mortis, probatur d.c. reos. §. sed obijcitur. itẽ d.q.5.c. de occidendis, in prin. c. si non licet. §. & ideo nequaquam. c. qui malos. c. homicidas. c. si audieris, c. hoc tamen. & c. vlt. §. fin.

II. Re-

II. Regula, De pœna carceris. Hæc pœna approbatur c. quamuis 3. de pœnis, in 6. Contradicit l. 8. §. solent præsides. ff. de pœnis.

III. Regula, De perpetuis vinculis seu perpetuo carcere. Hæc pœna approbatur d. c. quamuis 3. Contradicit l. 35. ff. de pœnis. & l. 6. C. eod. tt. nisi in seruis, l. 10. C. eod. tt.

IV. Regula, De mulcta. Quibus debeatur, definitur 17. q. 4. c. si quis in atrio. c. si quis contumax. §. fin. cum c. sequente. c. omnes. item De pœnis c. 2. Hæc de iure pontificio. Iure autem ciuili mulcta fisco applicatur l. 5. C. de modo mulctarum. Vide M. I. R. lib. 1. cap. 8. de mulcta, reg. 7. cum trib. seqq. Hæc de speciebus pœnarum: quarum tamen plures vide M. I. C. li. 1. cap. 14. Sed & de excommunicatione aliisq; pœnis ecclesiasticis tractabitur]. in capitib. sequentib.

II. QVAE POENA CVIQVE sit irroganda?

I. Regula: Non omnia crimina eadem pœna sunt punienda. De pœnitent. distinct. 1. c. pœna. §. fin. l. 9. §. istæ ferè sunt. ff. de pœnis. Contradicere videtur c. desleat. 9. de reg. iuris.

II. Regula: Si crimini certa pœna est à legibus vel canonibus constituta: eam sequi debet iudex. c. de causis. 4. §. illis etiam. de officio delegati. c. licet. 3. de pœnis. 16. q. 6. c. cognouimus. c. vlt. in prin. item 24 q. 1. c. non afferamus. 2. q. 3. c. vlt. §. accusatorum temeritas. l. 1. §. calumniatorib. vers. nam vt Papinianus. ff. ad S. C. Turpillianum. l. aliud est fraus, 131.

§. pœna non irrogatur. & l. si qua fraus. 241. §. fin. vers. nisi cùm lege. ff. de verb signif. M. I. R. lib. 1. cap. 8. quæst. 6. reg. 1. in prin. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi reus ad ecclesiam confugerit; tunc enim mitius punitur. c. inter alia. 6. vers. nec inde damnari. de immunitate ecclesiar. Accedit M. I. R. d. reg. 1. except. 2. Altera exceptio est: Nisi reus qui pecuniaria pœna est puniendus, non sit soluendo: tunc enim arbitrio iudicis corporali pœna punitur. c. finem. 5. §. etsi soluendo. de dolo & contumacia. 14. q. 6. c. si res aliena. §. huic certæ. vers. verum quidem. Concordat M. I. C. lib. 1. cap. 14. quæst. 5. de pauperibus. Tertia exceptio est: Nisi episcopus cum reo dispensauerit. approbatur sub conditione c. at si. 4. §. de adulteriis. de iudicijs. Accedit M. I. R. d. reg. 1. except. 3. Quarta exceptio est: Nisi per modum inquisitionis crimen probatum fuerit: hoc enim casu arbitraria, non ordinaria pœna locum habet, per ea quæ proponentur ꝯ. cap. 14. de inquisitionib. quæst. 6. reg. 12. Plures propositæ regulæ exceptiones vide à sequentibus regulis.

III. Regula: Si crimini certa pœna constituta non est: ea permittitur arbitrio iudicis irroganda. c. de causis. 4. §. illis etiam. vers. alioquin ipsos pro delicti qualitate. de officio delegati. l. 1. §. expilatores. vers. quibus quia. ff. de effractoribus. l. hodie. 13. ff. de pœnis. M. I. R. d. quæst. 6. reg. 5. Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi iudex modum excedat. 23. q. 5. c. prodest. d. l. 13. vers. ita tamen vt in vtroque.

l. respi-

l. respiciendum. 11. in princ. ff. de pœnis. M. I. R. d. reg. 5. except. 1. Pro declaratione propositæ exceptionis sciendum est, modum quo iudicis arbitrium in pœnis decernendis restringitur, variè definiri pro varietate circumstantiarum, & qualitate criminis, c. sicut. 6. in princ. de homicidio. c. aut facta. §. 1 de pœnitentia. distin. 1. l. aut facta. 16. §. sed hæc quatuor. ff. de pœnis. l. 4. §. penult. ff. de incendio, ruina, &c. Quis ergo modus pœnarum arbitrio iudicis à legib. & canonib. constituatur, per singulas circumstantias ordine videamus: & primùm in persona delinquentis seu crimen committentis.

DE PERSONA DELINquentis regulæ.

De prælatis puniendis. Grauius cæteris puniendi. 11. q. 3. c. præcipuè. 25. q. 1. c. nulli fas, in fine. item De iureiurando c. cum quidam. 12. in prin. Contradicit c. quia pontificali. 2. de officio delegati, in 6.

De clericis puniendis prima regula cauetur c. suæ discretionis. 6. de pœnis. distin. 50. c. si episcopus. c. si quis viduam. 16. q. 6. c. de lapsis.

Secundæ regula, De clericis suspendendis ac deponendis, c. at si clerici. 4. §. si verò coràm. de iudicijs.

Tertia regula: De clerico incorrigibili perpetuæ custodiæ seu incarcerationi mancipando, cauetur c. vt famæ. 35. de sentent. excomm. item c. nouimus. 27. §. fin. de verb. signif.

Quarta regula: De clerico seculari magistratui

tradendo cauetur d.c.nouimus, in princ. M.I.R.d.q. 6.reg.16. Quæ tamen regula non est perpetuò vera. 6.at si clerici.4.§. fin. de iudicijs.

Quinta regula: De modo degradandi clerici cauetur d.c. nouimus.vers. seculari potestate præsente.item c.2.de pœnis, in 6.c.1.de hæreticis, in 6. Accedit M.I.R.d.quæst.6.reg.17.

De monachis puniendis cauetur 16.q.1.c. Probinum. item c. relatum.7. ne clerici vel monachi secularibus. M.I.R. d.quæst.6.reg.20.

De abbate puniendo cauetur 16.q.6.c.episcopo.

De minoribus ætate mitius puniendis vide s. cap. prox.quæst.3.except.8.in fine.

DE PERSONIS EORVM, IN quos crimen commissum est, regulæ.

Hüius loci regula proponitur De pœnitent. distinct.1.c.aut facta.§.persona.l.aut facta.16.§. persona.ff. de pœnis.

Si in cardinalem crimen sit commissum, pœna definitur c.fœlicis.5.de pœnis, in 6. Accedit M.I.R. d.quæst.6.reg.27.

Si in episcopum crimen sit commissum, pœna definitur Clement. 1. de pœnis. 17. q. 4. c. si quis deinceps.

Si in clericum crimen commissum sit, pœna definitur d.c. si quis. vers. si verò in presbyterum, &c. De huius criminis pœna plura dicentur j. cap. prox. quæst.5. causa.6.

DE

DE QVANTITATE ET qualitate criminis regulæ.

Ne pœna maior sit delicto. c. quæsiuit. 2. §. fin. de his quæ fiunt à maiore parte. d. c. aut facta. §. qualitate. & d. l. aut facta. 16. §. qualitate. M. I. R. d. quæst. 6. reg. 30.

De re circa quam crimen commissum est, regula proponitur d. c. & d. l. aut facta. §. quantitas.

De loco in quo crimen commissum est, cauetur ibidem. §. locus facit. & d. l. aut facta. §. euenit.

De tempore quo crimen commissum est, cauetur d. c. & d. l. aut facta. §. tempus.

DE RELIQVIS CIRCVMstantijs regulæ.

Si lex qua crimini pœna cõstituta est, obscurior sit: interpretatione pœna mollienda potius quàm exasperanda. c. pœna, in prin. de pœnitent. distinct. 1. l. 42. ff. de pœnis.

Si nimium multis grassantibus exemplo est opus, pœnæ sunt augendæ. l. 16. §. fin. ff. de pœnis. Contradicit 23. q. 2. c. si quis potestatem. §. fin. cum c. sequente.

Si iudex ecclesiastica sit personæ, pœna singulariu ab ea irroganda non est. c. in archiepiscopatu. 4. in fine. de raptoribus.

Si reus crimen facilè confessus sit, mitius cum eo agendum est. c. presbyterum, in fine. dist. 50. item 11. q 3. c. iniustũ. §. fin. M. I. R. d. quæst. 6 reg. 36. Hactenus de eo, qua quisq; pœna sit puniendus, dictum est.

Pluret

Plures eiusmodi regulas vide M. I. C. lib. 1. cap. 14. quæst. 5. Nunc sequitur de pœnis ecclesiasticis.

DE EXCOMNVNICATIONE.

Cap. VIII.

PRIMO: *Definitio excommunicationis proponitur 11. quæst. 3. c. ad mensam. §. vel sententia.*

II. GENVS ET QVALITAS huius pœnæ.

I. Regula: Excommunicatione nulla maior pœna est in ecclesia. 24. q. 3. c. corripiantur, vers. qua pœna. M. I. R. lib. 1. cap. 8. de excom. reg. 1.

II. Regula: Medicinalis, non mortalis est pœna. c. 1. in princ. de sentent. excommunicat. in 6. 24. q. 3. c. notandum, in fine.

III. Regula: An sit licita pœna? Videtur quòd non: hac ratione, quòd mali sunt tolerandi. 23. q. 4. in prin. cum c sequente. c. tu bonus. c. quid ergo, cum pluribus sequentibus, vsque ad c. cum in lege. §. his itaq; respondetur. Huic argumento respondetur per distinctionem, si mali non sint nostri iuris vel iurisdictionis, vel eorum delicta latent, aut salua pace ecclesiæ puniri non possunt: aliâs contrà. d. §. his itaque respondetur, vsq; ad c. cum quisq. item d. c. cum quisq. in prin. & d. q. 4. c. duo ista. §. fin. cum sequen-

quentibus, vsq; ad c. displicet. item d. q. 4. c. qui peccat. c. si ecclesia. c. quæsitum. c. si quos igitur. c. si non ex. §. breuiter, cum sequentibus. vsq; ad c. debet homo. c. vlt. in prin. item 23. q. 8. c. legi. 24. q. 1. c. quisquis. 24. q. 3. c. tam sacerdotes. c. de excõmunicationis. c. resecanda. c. corripiantur. c. ecce autem. c. illud sanè. c. notandum. 11. q. 3. c. audi. §. fin. cum c. sequente. M. I. R. d. cap. 8. in princ.

Alia ratio, qua videtur illicita pœna excommunicationis, & omnis alia, quia inutilis vel superflua, proponitur 23. q. 4. c. cum quisq; §. est & alia. Huic respondetur d. q. 4. c. sicut non est, cum sequentibus, vsq; ad c. ipsa pietas. Plura de regula proposita vide 1. cap. 17. in princ.

III. DIVISIO excommunicationis in eam quæ fit ipso iure, & in eam quæ fit per sententiam: item in eam quæ fit à corpore Christi, & in eam quæ fit à communione fidelium, proponitur 11. q. 3. c. cura sit. §. fin. cum c. sequente. c. ad mensam. §. euidenter. vers. sed ipsius sententiæ, cum sequentibus. Accedit M. I. R. d. cap. 8. de excomm. reg. 3. Eius excommunicationis, quæ fit ipso iure, exemplum est 24. q. 3. c. de illis. c. cum aliquis. c. certum, in princ.

IV. DIFFERENTIA excommunicationis & anathematizationis proponitur 3. q. 4. c. penult. §. fin. cum c. sequente. Alia differentia proponitur 11. q. 3. c. nemo.

V. EX

V. EX QVIBVS CAVSIS EXcommunicationis pœna est irroganda?

Non nisi ex certa & manifesta causa quis excommunicandus. d. c. nemo. item De sentent. excom. c. sacro. 48. §. Caueat. Concordant item ea quæ proponentur ĵ. except. generali 3. & 4. Ex quibus igitur causis excommunicandus quis sit, videndum.

I. Causa: Si quis decreto vel constitutioni prælati sui non obtemperauit. c. si quis. 2. c. quod super. 9. & c. cum in ecclesiis. 10. de maioritate & obedientia. 11. q. 3. c. si episcopus. §. fi. 24. q. 3. c. si quis de. vers. & mandauerit. Accedit M. I. R. d. cap. 8. de excom. reg. 4. Vide insuper ĵ. lib. prox. cap. 6. quæst. 4. reg. 5. Planè propositæ causæ exceptio prima hæc est: Nisi is qui non obtemperat, appellauit. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur c. licet. 14. de sentent. excomm. in 6. Concordant ea quæ proponentur ĵ. lib. prox. cap. 18. qu. 7. reg. 13. Contradicere videtur c. cum parati. 19. de appellationib. Altera exceptio est: Nisi contumax iter ad Papam est ingressus, ei causam expositurus. c. dilecti. 52. de appellationibus. Concordant ea quæ habentur ĵ. lib. prox. cap. 19. except. 6. replic. 1. duplic. 6.

II. Causa: Si admonitus sit incorrigibilis. 24. q. 3. c. tã sacerdotes. & c. ecce aũt. Vide item ĵ. q. 1. reg. 1.

III. Causa: Si magistratus ecclesiasticus vim patiatur, potest vim inferentẽ excõmunicare, vel terrã eius interdicto subijcere. c. dilecto. de sent. excomm. in 6.

IV. Cau-

IV. Causa: Si episcopus vel ecclesia accusetur, admonitione non premissa. 2.q.7.c. si quis erga. Huius exceptio est: Nisi de causa pecuniaria, non criminali agatur. d.q.7.c. si quis ab episcopo.

V. Causa: Si quis ecclesiam contra immunitatem uel libertatem suam grauauerit. c. non minus. 4. de immunit. ecclesiar. c. nouerit. 49. & c. grauem. 53. de sentent. excom. M.I.R. d. cap. 8. de excom. reg. 5.

VI. Causa: Si clericum vel alium religiosum percussit, vel vim ei intulit. 17.q.4.c. si quis suadente, in princ. c. si quis deinceps. c. de presbyterorum. item De sent. excom. c. non dubium. 5. M.I.R. d. cap. 8. de excom. reg. 6. Huius causa exceptio prima hac est: Nisi ratione officij ac disciplinæ quis clericum percussit. c. 1. §. neq; magister. & c. cum voluntate. 54. §. si quis verò. de sentent. excom. Huius replicatio est: Nisi prælatus non per se, sed per laicum clericum disciplinæ causa percusserit. c. vniuersitatis. 24. eod. tit. Contradicit c. vt famæ. 35. §. fin. eod. tit. item c. si clericos. 15. eod. tit. in 6. Altera exceptio est: Nisi iussu prælati quis clericum percusserit, vel vim ei intulerit. d. §. fin. & d. c. si clericos. 15. Contradicit d. c. vniuersitatis. Tertia exceptio est: Nisi impubes clericum percussit. c. 1. in prin. de sentent. excomm. Quarta exceptio est: Nisi ioco percussit. d. c. 1. §. 1. Quinta exceptio videtur: Nisi volentè percussit. Sed reprobatur c. contingit. 36. eod. tit. Sexta exceptio est: Nisi deprehensum in adulterio vel stupro percussit. approbatur simul & distinguitur c. si verò. 3.

§. nec

§. nec ille, cum sequente. de sentent. excom. M.I.R. d. reg. 6. except. 1. Septima exceptio est: Nisi ignorans clericum percussit. c. si verò. 4. eodem tit. M.I.R. d. reg. 6. except. 3. Octaua exceptio videtur: Nisi priuilegiatus clericum percussit. Sed reprobatur c. nulli. 8. eod. tit. Nona exceptio est Nisi quis eum, qui contempto habitu clericali, illicitus se immiscuit, percussit. c. cum non ab homine. 14. §. in articulo. c. perpendimus. 23. c. in audientia. 25 & c. contingit. 45. eod. tit. M.I.R. d. reg. 6. except. 9. Decima exceptio est: Nisi diuina officia turbantem è templo eiecerit. c. veniens. 16. & c. voluntate. 54. §. si qui verò. eod. tt. Vndecima exceptio est: Nisi non clericum, sed monachum, vel conuersum, aut nouitium percusserit, reprobatur c. parrochianos. 9. de sentent. excom. c. religioso. 21. §. fin. eod. tt. in 6. M.I.R. d. reg. 6. except. 10. cum seq. Duodecima exceptio videtur: Nisi cum eo quem percussit, transegit. Sed reprobatur. c. cum desideres. 15. §. tertio. de sentent. Decimatertia est: Nisi Iudæus clericum percusserit: hic enim cum sit excommunicatus, amplius excommunicari non potest. Ideoq; alia pœna punitur: de qua j. cap. 18. de Iudæis, reg. 14. Plura de causa proposita eius q; exceptionibus vide j. cap. 13. quæst. 3. reg. 1. except. 7.

VII. Causa: Si clericum vel alium religiosum in vinculis vel custodia detinet, c. nuper. 29. in prin. de sentent. excom. Huius causæ exceptiones eædem sunt, quæ superioris proximæ.

VIII. Cau-

VIII. Causa: Si quis ecclesiam effregerit ac spoliauerit. c. conquesti. 22. de sentent. excom. M. I. R. de excom. reg. 8.

IX. Causa si absolutio vel reuocatio per vim fuerit extorta. c. 1. in fine. de his quæ vi metúsve causa, in 6.

X. Causa: Si excommunicato communicauerit. c. cum desideres. 15. vers. quia qui com. c. significauit. 18. c. quod in dubijs. 30. §. 1. de sentent. excom. 11. q. 3. c. præcipuè. c. si quis episcopus. 3. vers. sed & communicantes. c. si quis. 4. vers. sed etiam eos. c. sicut. c. excommunicatos. c. cum excōmunicato. c. qui communicauerit. c. audi. §. cum ergo. c. quibus. c. si quis frater. c. qui meritò. c. qui verò. c. vlt. in prin. Apost. canon. Si quis. 10. M. I. R. de excom. Exemplū propositæ causæ habetur d. q. 3. c. Teugualdū. Aliud habetur c. ad certitudinem. 3. §. cæterùm vniuersis. de sententia excomm. in extrauag. com. Planè propositæ causæ exceptiones plures enumerantur 11. q. 3. c. quoniam multos. item c. quod in dubijs. 30. §. nullus autem. & c. inter alia. 31. de sentent. excom. Istarum exceptionum prima hæc est: Nisi familiares atq; domestici excōmunicato communicauerint. d. c. quoniam multos. item c. si verò. 34. de sentent. excomm. Altera exceptio est: Nisi ignorans excommunicato communicauerit. d. c. quoniam multos. vers. & eos qui ignorantes. item d. q. 3. c. si is qui potest. §. fin. cum c. sequente. item c. vltim. vers. seu ignorantia. Tertia exceptio est: Nisi ex necessitate excommunio-

cato communicauit. d.c. vltim. vers. seu necessitate cuiusquam. & d.q.3.c. excellentissimus. vers. aliud esse ex necessitate. Huius exemplum proponitur d.c. quoniam multos. vers. quicunque autem orator. Concordat c. si verò. 34. §. est autem. de sentent. excomm. Aliud exemplum habetur d.q.3.c. antecessor. & c. quod præcessor. Sed & eius exemplum est ſ. except. 1. Vide item ſ. except. 24. Quarta exceptio est: Nisi quis ei qui excommunicato communicat, communicauerit: hic enim ob id excommunicatus non est. d.c. quoniam multos. vers. siue illos qui communicant. Contradicere videtur d.q.3.c. rogo. c. si quis laicus. §. 1. Huic obiectioni respondet Gratianus. d. c. si quis laicus. §. sed hoc pertinet. Quinta exceptio est: Nisi quis humanitatis gratia excommunicato quid dare velit: hoc enim facere potest sine metu excommunicationis. d.c. quoniam multos. §. fin. Sexta exceptio est: Nisi communicans excommunicato simplex sit, vt ab eius conuersatione nihil mali sit metuendum. d.c. quoniam multos. vers. necnon & omnes alios. Septima exceptio est: Nisi excommunicato communicans animo non consentiat. 11.q.3.c. antecessor, cum c. sequente. Concordant ea quæ posita sunt ſ. quæst. 2. reg. 3. §. huic argumento. Octaua exceptio, sumpta ex specie excommunicationis, proponitur & approbatur 11.q.3.c. ad mensam. Nona exceptio est: Nisi occulta sit excommunicatio eius, cui quis communicauit, vel non nominatim facta, nec publicata. d.

q.3.c

q.3.c.cura sit.§.final.c.audi.c.si quis laicus.§.sed hoc specialiter. item 24 q.3.c.1. §.fin. Huius replicatio est: Nisi ob id, quòd clericum percussit, excommunicatus fuerit: in huius enim excommunicatione non est sententia opus.c.cum non ab 14. in princ. & c. cum desideres.15. §. secundæ quæstioni. de sentent.excom. Decima exceptio est: Nisi ei qui iniustè excommunicatus est, quis communicauerit.11.q 3 c. non debet. Contradicit d. c. non debet. §. cur ergo, cum c. sequente. Huic obiectioni respondet Gratianus ibidem §. ad hæc respondendum. Concordat d. q. 3. c. si episcopus. §. præmissis. Plura de hac re vide). quæst. 10. except. gener. 2. Vndecima exceptio est: Nisi is qui excommunicato communicauit, prius non fuerit admonitus.c. quod in dubijs.30. §. illi autem. & ibi glossæ. de sentent.excomm. Concordant ea quæ habentur). quæst.9. reg.1. Duodecima exceptio est: Nisi ad executionem contra hæreticos quis excommunicatis vtatur. c. præsidentes. 6. de hæreticis, in 6. Decimatertia exceptio est: Nisi quis vices tantùm excõmunicati officialis gerat, vel ei remoto succedat. c.1. de officio vicarij. in 6. Huius replicatio est: Nisi cum posset, non abroget id, ob quod prædecessor fuit excommunicatus.c.aduersus. 7. §. fin. de immunitate ecclesiar. Decimaquarta exceptio est: Nisi allocutus tantùm fuerit excommunicatum. c. cum voluntate. 54. in princ. de sent. excom. Decimaquinta exceptio videtur: Nisi priuilegiatus excõmunicato communicauerit. Reprobatur

c.nulli.8.d.tit. Decimasexta exceptio est: Nisi clericus excommunicato communicauerit. Videtur approbari 11.q.3.c.qui communicauerit. Contradicũt plures canones ſ. positi. Decimaseptima exceptio videtur: Nisi is qui excommunicato communicauit, postea eum impugnauerit. Sed reprobatur c.sacris. 38. de sentent.excom. Decimaoctaua exceptio videtur: Nisi pendente appellatione à sententia excommunicationis facta quis cum excommunicato communicauerit. Reprobatur hæc exceptio c. per tuas. 40. §. prius tamen quàm omnia. & §. sed donec de ipsis. eod.tt.11.q 3.c.si episcopus. §. fin. Decimanona exceptio est: Nisi excommunicatus fuit absolutus, cum ei communicatum est. Hæc exceptio approbatur quidem ipso iure, verùm eius replicatio prima hæc est: Nisi ex pluribus causis excommunicatus, ex vna tantùm fuerit absolutus. Quæ replicatio approbatur per ea quæ proponentur j. cap.13.quæst.2.causa 2. except.1. Plures huiusmodi replicationes vide j. in exceptionibus aduersus absolutionem. Viceſima exceptio videtur: Nisi summus Pontifex excommunicato communicauerit, vel eum honoris titulo appellauerit. Reprobatur c.si aliquando.41.de sentent. excom. Clement. si summus. 4. eod.tt. Viceſimaprima exceptio videtur: Nisi excommunicatus iuraverit parêre mandatis ecclesiæ. Sed reprobatur c. cum desideres. 15. in prin. & c.quod in dubijs. 30. in prin. de sentent. excom. Viceſimasecunda exceptio videtur: Nisi excommunicatus cum eo, quem læsit,

transe-

transegit. Sed reprobatur d. c. cum desideres. 15. §. tertio loco. Vicesimatertia exceptio videtur: Nisi diu fuerit excommunicatus, postquam cum eo communicatum est. Sed reprobatur c. sicut nobis. 39. d. tt. Vicesimaquarta exceptio est: Nisi vi metúsve causa coactus excommunicato communicauerit. Hæc exceptio approbatur simul & distinguitur c. sacris. 5. de his quæ vi metúsve. Vicesimaquinta exceptio videtur: Nisi is qui excommunicantis iurisdictioni subiectus non est, excommunicato communicauerit. Sed reprobatur c. ad reprimendam. 8. de officio ordinarij. 11. q. 3. c. si quis à proprio. c seruetur. Vicesimasexta exceptio est: Nisi quis excommunicato fuerit concionatus. c. responso. 43. in princ. de sentent. excom. Hæc de decima causa excommunicationis, eius q̃ exceptionibus sint dicta.

XI. Causa: Si quis contra excommunicationem aliquid fuerit molitus. c. quicunq; 11. de sentent. excom. in 6.

XII. Causa: Si clericum ad secularem iudicem in ius vocauerit. 11. q. 1. c. inolita. q 2. c. vnico.

XIII. Causa: Si alium quàm fidei catholicæ iudicem appellauerit. 2. q. 6. c. catholicus.

XIIII. Causa: Si ad transmarina appellauerit. d. q. 6. c placuit. §. ad transmarina 11. q. 3. c. presbyteri. §. fin.

XV. Causa: Si quis promissis fidem non præstet. Hæc causa approbatur exemplo c. 1. de iudicijs.

XVI. Causa: Si falsum testimonium dixit. 24. q.3.c.itaq; censuimus.

XVII. Causa: Si homicidium commiserit. d.c. itaque.

XVIII. Causa: Si quis duas vxores simul habeat. d.q.3.c.annón.

XIX. Causa: Si quis clericum, aut alium religiosum, vel pauperem spoliauerit. d.q.3.c. si quis de potentib. c.illi qui, in prin.

XX. Causa: Si quis Romipetas, peregrinos vel mercatores molestet. d.q.3.c. si quis Romipet. c. illi qui, in prin. M.I.R. de excom. reg. 10.

XXI. Causa: Si quis oratores, ecclesias, bonaq; & personas earum infestet. d.q.3.c.paternarum. & d.c.illi qui, in princ.

XXII. Causa: Si quis pacem fregerit, d. c. illi qui. §. pax verò.

XXIII. Causa: Si ad synodum vocatus non venerit, vel veniens præceptis sacerdotalibus non obtemperauerit, vel ante finem à synodo abierit. 11.q.3. c. certum est.

XXIV. Causa: Si ecclesiastica prædia inuadit. 12.q.2.c nulli c. quicunq;.

XXV. Causa: Si quis periurium confiteri nolit. 22.q.1.c penult. §. fin. cum c. sequente.

XXVI. Causa: Si sortilegus, diuinator, incantator sit, vel similis. 26.q.5. in princ. c. non oportet. c. aliquanti. c. si quis clericus. c. augurijs. c. episcopi, in princ. & c. quicunq;. §. fin.

XXVII.

XXVII. Causa: Si quis ariolos, cæteroſq; similes conſuluerit vel obſeruauerit. d.q.5.c.1. aliquanti.verſ. vel conſulere. & c. ſi quis clericus. verſ. cum his qui cum eis.

XXVIII. Causa: Si vxorem ſine cauſa dimiſerit.32.q.5.c. præceptum.

XXIX. Causa: Si cum matre ſpirituali, vel cum ea quam è ſacro ſuſcepit baptiſmate, aut quam ante epiſcopum propter chriſma tenuit, fuerit fornicatus.33.q.2.c. ſi quis cum.

XXX. Causa: Si hæreticus ſit vel fautor hæretici, receptator vel defenſor.c.nouerit.49. in princ.de ſentent.excom.

XXXI. Causa: Si ſeipſum mutilauit. Apoſtol. canon.23.

XXXII. Causa: Si in fornicatione, periurio aut furto deprehenſus fuerit. Quæ cauſa ipſo quidem iure ſubſiſtit, verùm eius exceptio eſt: Niſi epiſcopus, presbyter aut diaconus deprehenſus ſit: hic enim deponitur, non excommunicatur. Apoſtol. canon.24. Vide 3. excep. gener.8.

XXXIII. Causa: Si quis cum epiſcopo fauore ciuilis magiſtratus ordinato, & rurſus depoſito, communionem habuerit. Apoſtol. canon.29.

XXXIV. Causa: Si clericus presbyterum aut diaconum contumelia affecerit. Apoſtol. canon.55.

XXXV. Causa: Si quis mancum, mutum, ſurdum aut ſimilem ſubſannauerit. Apoſt. canon.56.

De exceptionibus præcedentium causarum generalibus.

Hactenus causas excommunicationis enumeraquimus: quarum tamen plures colligi possunt. Nunc istarum causarum exceptiones aliquot generales restant exponendæ.

I. Exceptio: Nisi is qui deliquit, iurisdictioni excommunicantis non sit subiectus. c. à nobis. 21. de sentent. excom. c. Romana. 5. §. 1. eod. tt. in 6. Exemplum huius habetur] . except. 5.

II. Exceptio: Nisi delinquens sit priuilegiatus. c. quanto amplius. 26. de priuilegijs. Huius replicatio prima hæc est: Nisi ordinarius excommunicet: contra huius enim excommunicationem nullum valet priuilegium. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur c. ne aliqui. 5. de priuilegijs, in 6. Altera replicatio est: Nisi priuilegiatus clericum percusserit, vel excommunicato communicauerit: hoc enim casu priuilegium ei non prodest. c. nulli. 8. de sentent. excom.

III. Exceptio: Nisi nō manifesta causa excommunicationis, nec satis probata. c. sacro. 48. §. caueat. d. tt. 2. q. 1. c. nemo. 11. q. 3. c. nemo. Concordant item ea quæ habentur] . lib. prox. cap. 12. reg. 25.

IV. Exceptio: Nisi lenis sit causa, & canonibus non approbata. d. q. 3. c. nullus. c. plerunque. §. causa ergo.

V. Exceptio: Nisi delinquens non sit catholicus. 24. q. 1. c. audiuimus. §. vnde Apostol. cum sequentib.

VI. Excep-

VI. Exceptio: Nisi delinquens mortuus sit. 24. q. 2. in princ. c. damnationis. § his authoritatibus. Huius replicatio est: Nisi ob haresin quis sit excommunicandus: hic enim etiam post mortem damnari atque excommunicari potest. d. § his authoritatibus. vers. sunt enim quædam crimina. & d. q. 2. c. vlt.

VII. Exceptio: Nisi in ipsum excommunicantem tantùm delictum sit commissum, non in alium. 23. q. 4. c. quod Christus. § fin. cum c. sequente.

VIII. Exceptio: Nisi delinquens depositus sit, vel alia pœna punitus. Apostol. canon. 24. Huius prima replicatio est: Nisi depositioni non paruerit. Apostol. canon. 27. Altera replicatio est: Nisi propter Simoniam sit depositus. Apost. canon. 28. Plura de hac exceptione vide ī. in peccatis corrigendis.

VI. QVI EXCOMMVnicandi?

Regulariter is qui deliquit, non alius, est excommunicandus, per ea quæ proposita sunt c̄. cap. 6. q. 5. in princ. Cuius regulæ exceptio prima hæc est: Si mandatu alterius crimen sit commissum: hoc enim casu is quoque qui mandauit, est excommunicandus. c. mulieres. 6. § fin. & c. vniuersitatis. 24. de sentent. excom. Concordat ea quæ proposita sunt c̄. cap. 6. quæst. 5. except. 1. Altera exceptio est: Si alius delictum ratum habuit: tunc enim & hic excommunicandus est. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur c. cum quis. 23. de sent. excom. in 6. Tertia exceptio est: Nisi cum quis posset pro-

bibere, non prohibuit: nam & hic tenetur. c. quanta. 47. de sentent. excom. Plura de hac exceptione vide d. quæst 5. except. 5. Quarta exceptio est: Nisi familia eius qui crimen commisit. 24. q. 3. in prin. Contradicit tamen d. princ. §. spiritualiter. & §. final. Item contradicunt ea quæ proposita sunt d. quæst 5. in princ. Quinta exceptio est: Nisi maior pars vniuersitatis deliquerit: hoc enim casu tota vniuersitas est excommunicanda. c. Romana. 5. §. fin. de sentent. excom. in 6. Sexta exceptio videtur: Nisi occasione alterius crimẽ fit commissum: hoc enim casu is quoque cuius occasione crimen commissum est, excommunicandus videtur. Sed hæc exceptio reprobatur 1. q. 4. c. quia præsulatus. Plura de regula hac vide S. cap. 6. quæst. 5.

VII. A QVO EXCOMMVNICANDI: seu, Quibus excommunicandi ius competit?

I. Regula, De ijs qui sunt extra ecclesiam. Hi excommunicandi ius non habent. de pœnitent. distin. 1. c. verbum. 24. q. 1. c. audiuimus, cum sequentibus. Plura de hac regula vide 7. reg. prox.

II. Regula, De hæreticis & excommunicatis. Hi excommunicandi ius nõ competit. d. c. verbum. & d. c. audiuimus, cum duobus cc. sequentib. item d. q. 1. in prin. cum c. sequente. c. Achatius. §. fin. c. ait Celestinus. c. apertè. c. miramur. Accedit M. I. R. lib. 1. c. 8. de excom. reg. 24. except. 1. Contradicit tamen d. c. miramur. §. obijcitur. Cui obiectioni respondet Gratianus

Gratianus d. c. miramur. §. sed aliud. Alia solutio adfertur d. q. 1. c. subdiaconus. §. potest tamen. Plane propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi hæreticus hæreticum excommunicauerit. d. c. miramur. §. fin. cum c. sequente. Altera exceptio est: Nisi in detestationem criminis, ob quod ab hæreticis fuit excommunicatus. d. c. subdiaconus, in princ. vsq; ad §. potest tamen.

III. Regula, De laicis. His quoq; ius excommunicandi non competit. d. §. potest tamen. vers. vel catholico non sacerdote. item c. vlt. de immunit. eccles. in 6. c. quanto amplius. 26. de priuilegijs.

IV. Regula, De prælatis. His excommunicandi ius competit. c. cum ab. 3. de officio ordinarij. Huius exceptio est: Nisi fœmina sit prælata. c. dilecta. 12. de maior. & obed. Plures exceptiones vide in regulis sequentibus.

V. Regula: Officialis archiepiscopi vel metropolitani suffraganeum excommunicare nō potest, archiepiscopo vel metropolitano non absente. c. 1. §. fi. de officio ordinar. in 6.

VI. Regula: Non nisi à sui loci prælato quis excommunicādus. 6 q. 3. in prin. cum. c sequente. Huius exceptio est: Nisi alibi crimen sit commissum: tunc enim ab eius loci, quo crimen commissum est, prælato potest excommunicari. d. q. 3. c. placuit. & c. vlt. Concordant ea quæ proposita sunt s̄. cap. 6. quæst. 7. in princ.

VII. Regula: Anathematizare prælatus solus

sine

fine consensu archiepiscopi & coëpiscoporum non potest. ii. q. 3. c. nemo.

VII. QVANDO EXCOMmunicandum?

I. Regula: Post delictum commissum, non antè, excommunicationis sententia ferenda. c. Romana. 5. §. caueant. de sentent. excom. in 6. Cuius exceptio est: Nisi sententia generalis sit, habens vim statuti. c. à nobis. 21. de sentent. excom.

II. Regula: Post appellationem interpositam nemo est excommunicandus. Qua regula approbatur simul & distinguitur per ea quæ proposita sunt S. q. 5. causa 1. except. 1. Plures huiusmodi regulas vide 3. quæst. prox.

IX. ANTECEDENTIA EXcommunicationem, item modus & adiuncta.

I. Regula: De monitione præmittenda cauetur c. sacro. 48. in prin. de sentent. excomm. c. reprehensibilis. 26. in princ. c. cum speciali. 61. in prin. de appellationib. c. statuimus. 3. & c. Romana. 5. §. sed nec in specie. de sentent. excom. in 6. Apostol. canon. 30. in fine. Concordant item ea quæ habentur S. cap. 6. quæst. 8. reg. 1. & M. I. R. de excom. reg. 26. Declaratur regula proposita modo monitionis præmittendæ definito c. constitutionem. 9. d. tt. Exemplum huius monitionis habetur c. vnico, de furtis, in extrauag. com. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi facti necessitas celeritatem flagitet. d. c. 9. vers. nisi facti

facti necessitas. Altera exceptio est: Nisi tale sit crimen, quod ipso iure excommunicationem meretur sine sententia. d. c. reprehensibilis. 26. vers. nisi fortè talis sit culpa. Tertia exceptio videtur: Nisi non excommunicationis, sed suspensionis vel interdicti sententia sit ferenda. Quæ tamen exceptio reprobatur c. statutum. 13. de sentent. excom. in 6.

II. Regula: De ordine iudiciario præmittendo cauetur c. 1. vers. nec aliquem excommunicare. de excessib. prælatorum.

III. Regula: De officio excommunicantis, ne affectibus indulgeat, & vt sit irreprehensibilis, cauetur c. 1. in prin. de sentent. excom. in 6. 11. q. 3. c. si episcopus, in princ. c. ridiculum. c. epistli. c. plerunq;

IV. Regula: De sententia excommunicationis in scriptis proferenda cauetur c. 1. §. quisquis igitur. de sentent. excom. in 6.

V. Regula: De causa excommunicationis sententiæ inferendæ cauetur d. §. quisquis. vers. & causam excommunicationis.

VI. Regula: Ne sub conditione satisfactionis sententia proferatur, cauetur c. Romana. 5. §. caueant etiam. d. tt.

VII. Regula: De verbis excommunicationis cauetur 11. q. 3. c. canonica.

VIII. Regula: De modo & forma promulgandæ sententiæ cauetur d. q. 3. c. debent.

X. EVEN-

X. EVENTVS ET CONSEQUENTIA excommunicationem.

I. Regula: De nominibus excommunicatorum publicandis cauetur 11. q. 3. c. cura sit. Huius exemplum proponitur c. ad certitudinem. 3. de sentent. excom. in extrauag. com.

II. Regula: De exemplo sententiæ excommunicatis exhibendæ cauetur c. 1. §. exemplum. de sentent. excom. in 6.

III. Regula: De prouocatione ab excommunicationis sententia permittenda cauetur 11. q. 3. c. si episcopus. item De sentent. excom. c. sacro. 48. §. cauetur. Accedit M. I. R. de excom. reg. 27. & lib. 2. cap. 17. reg. 1. extept. 21. vbi contradicitur.

IV. Regula, Qui prouocandi? Episcopi finitimi prouocari possunt. d. c. si episcopus. vers. vt episcopos finitimos. & d. q. 3. c. si quis presbyter. c. clericus.

V. Regula: Ne omisso medio prouocetur, cauetur c. Romana. 5. in princ. & c. venerabilibus. 7. in princ. de sentent. excom. in 6.

VI. Regula: Qui dicit excommunicationis sententiam nullam: præstita cautela est absoluendus, posteaq; causa appellationis vel nullitatis cognoscenda. Quæ regula approbatur simul & distinguitur c. cum contingat. 36. de officio delegati. c. solet. 2. de sentent. excom. in 6. M. I. R. de excom. reg. 28. Plura de hac re vide j. cap. 13. quæst. 4. reg. 1. except. 1. cum sequentib.

VII.

VII. Regula: Excommunicatus intra annum suam innocentiam potest purgare, postea non. 11.q. 3.c.rursus. & c. quicunque.

VIII. Regula: De sententia excommunicationis retractanda cauetur d.q.3.c.si episcopus. vers. ille verò episcopus.

IX. Regula: Si sententia excommunicationis iniusta pronuncietur, quomodo restituatur iniustè excommunicatus, definitur d.q.3.c.episcopus, in prin.

X. Regula: De pœna iudicis iniuste excommunicantis cauetur d.q.3.c.episcopi. item 24.q.3.c.si habes.2.§.fin. item c.non in perpetuum. c.de illicita, in prin. vsq; ad §.de conuentione. c.cum aliquis. c.si quis non recto. c.certum.§.illicita. Alia pœna proponitur c.sacro.48. in prin. & §. caueat etiam. de sentent. excom. c. venerabilibus.7.§. sed si excommunicatus. eod. tt. in 6. Huius regulæ exceptio est: Nisi excommunicator ipse sententiam reuocauerit. d.c.48.§. si verò iudex.

DE IVSTA EXCOMMVNICATIONE EVENTUS.

XI. Regula; Anathematizatus à Deo separatus est, & diabolo traditus. d.c.certum, in princ. 11.q.3. c.omnis. & c.nihil sic. M.I.R. de excom. reg.30.

XII. Regula: Excommunicatus in cœlo ligatus est. 24.q.1.c.quodcunq;.

XIII. Regula: Excommunicatus non habet vitã, & ira Dei manet super eũ. 23.q.4.c.si quis à cathol.

XIV. Regula: Excommunicatus spiritum tenere

non potest. 23. q. 7. c. vlt. in prin. Concordant ea quæ habentur ĵ. *cap. 17. quæst. 8. reg. 9.*

XV. Regula: Excommunicatio à fraterna societate separat: anathematizatio à corpore Christi seu Ecclesia. 3. q. 4. c. vlt.

XVI. Regula: Excommunicatus sacra ministeria peragere non potest. 11. q. 3. c. si quis episcopus. 3. & c. si quis episcopus. 4.

XVII. Regula: Pœna non obtemperantis excommunicationi patet ex d. c. si quis. Sed & alia pœna proponitur d. q. 3. c. placuit. & c. qui iubẽte, in prin. vsq; ad §. sed quæritur. Huius regulæ exceptio est: Nisi pendente appellatione fuerit excommunicatus. c. ad præsentiam. 16. de appellation.

XVIII. Regula: Oblationes pro excommunicato factæ recipi non debent, nec orationes pro eo habendæ. c. sacris. 38. §. nec si occumbat. de sentent. excom. Huius exceptio est: Nisi non propter schisma, sed ob aliud crimen fuerit excõmunicatus. 24. q. 2. c. sanè. Alias exceptiones videĵ. lib. 3. cap. 13. reg. 41. & lib. 4. cap. 7. de eleemosynis, reg. 7.

XIX. Regula: Domino excommunicato, subditi & vasalli ab eius seruitio & obedientia liberantur. c. vlt. de pœnis. 15. q. 6. c. penult. & vlt.

XX. Regula: Excommunicatus feudis ecclesiæ priuatur. c. grauem. 53. §. fin. de sentent. excom.

XXI. Regula: Excommunicatus ecclesiasticum ordinem accipere nequit. Quæ regula approbatur simul & distinguitur c. cum illorum. 32. d. tt.

XXII. Re-

XXII. *Regula: Excommunicatus ad actus diuinos non est admittendus. c. cum & plantare. 3. §. excommunicatos. & ibi Panormit. de priuilegijs. Huius exceptio prima hæc est: Nisi pendente appellatione sit excommunicatus. c. ad præsentium. 16. de appellat. Concordant ea quæ habentur j. lib. prox. cap. 18. quæst. 7. reg. 13. Altera exceptio est: Nisi ad prædicationem verbi diuini audiendam. c. responso. 43. in prin. de sentent. excom.*

XXIII. *Regula: Excommunicatus vitandus, nec illi communicãdum est. d. §. excommunicatos. item c. parrochianos. 9. vers. ipsosq; faciatis. de sentent. excom. 27. q. 1. c. deuotam. §. prius autem quàm. Cõcordant item ea quæ proposita sunt ẽ. quæst. 5. causa 10.*

XXIIII. *Regula: Si excommunicatus prouocans non obtinuerit: hoc nomine peculiariter punitur. c. sacro. 48. §. verùm si contra. de sentent. excom.*

XXV. *Regula: Excommunicatus agere in iudicio non potest, per ea quæ præponentur j. lib. prox. cap. 9. de exceptione excommunicationis.*

XXVI. *Regula: Excommunicatus in aliam ciuitatem profectus sine commendaticijs literis recipi non debet: alioquin recipiens & receptus punitur. Apostol. canon. 12.*

De exceptionibus præcedentium regularum generalibus.

Planè regularum hactenus à regula decima enumeratarum exceptiones quædam sunt generales,

quarum prima hæc est: Nisi sententia excommunicationis non præcesserit. Hæc exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt 5. *quæst.5 causa 10. excep. 9 item quæst.2.reg.3. in prin. Altera exceptio est: Nisi illicitè sit excommunicatus.24.q.3.c.comperimus.c.si quis non.c.si habes.§.fin.c.nõ in perpetuũ. c.de illicita,in prin.c.certum est.§.illicita. item 11. q.3.c.quomodo. Contradicit 11.q.3. in prin.cum c. sequente.c.si episcopus.§.præmissis. Tertia exceptio videtur: Nisi simpliciter hoc verbum Excommunico,in sententia sit positum, non Anathematizo, vel simile quiddam. Reprobatur hæc exceptio c penult. de sentent.excom. Quarta exceptio est: Nisi ob id tantùm fuerit excommunicatus, quòd excommunicato communicauerit.c.à nobis.2.in fine.de exceptionib. Cuius replicatio est: Nisi ei qui ex crimine damnabili excommunicatus est, communicauerit. c.si concubina.55.de sentent.excom. Quinta exceptio est: Nisi excommunicatus pœnitentiam egerit, vel absolutus sit.24.q.3.c.itaq; censuimus. Plura de hac exceptione vide j.cap.13.de absolutione. Sed & plures huiusmodi exceptiones licet colligere ex præcedentibus quæstionibus, ex causa videlicet excommunicationis, ex persona excommunicantis, ex persona excommunicati, ex tempore, &c.*

XXVII. Regula: Qui excommunicati censeantur, & prædictis pœnis subiaceant, definitur primùm in eo qui iurisdictioni excommunicantis non est subiectus, per ea quæ proposita sunt 5. *quæst.5. excep.*

except.generali 1. Deinde in successore magistratus excommunicati, c.aduersus.7.§.fin.de immunitate ecclesiarum.

XXVIII. Regula: Per excommunicationem non probatur quasi possessio iurisdictionis. c.olim.17. de restitut.spoliator. Hactenus de euentis & consequentibus.

XI. ADFINE remedium excommunicationis est, pœna pecuniaria, quæ pro ea potest infligi. c.venerabilibus.7.§.denique de sentent.excom.in 6. Est item adfine excommunicationis remedium, interdictum ecclesiasticum: de quo sequitur. Hac de excommunicatione.

DE INTERDICTO Ecclesiastico. Cap. IX.

I. CAVSAE EX QVIBVS interdicendum.

EAedem videntur causæ interdicti, quæ & excommunicationis, quas cum suis exceptionibus §. cap.prox. enumerauimus. Sanè ob non solutum debitum pecuniariũ interdicti pœna infligi prohibetur c.2.de sentent.excom.in extrauag.com.

II. QVIBVS COMPETIT IVS interdicendi?

Episcopo cum capitulo, non singulis separatim competit.c.super eo.2.de his quæ fiunt à maiore parte. Plures propositæ quæstionis regulas vide §. cap. prox.quæst.7.

III. ANTECEDENTIA, MODUS & adiuncta interdictionis.

I. Regula: De monitione præmittenda cauetur c. statutum. 13. de sentent. excom. in 6.

II. Regula: De sententia interdicti in scriptis proferenda, causa interdicti inserta, cauetur c. 1. §. & hæc eadem. d. tt.

IIII. EVENTVS ET CONSEquentia interdicti.

I. Regula: In locis interdictis diuina officia non sunt celebranda, & interdicti ad diuina officia non sunt admittendi. Clement. 1. cum sequente. de sentent. excom. c. is qui. 18. §. is verò. eod. tt. in 6. item c. cum & plantare. 3. §. excommunicatos. de priuilegijs. Huius regulæ exceptio prima hæc videtur: Nisi fratres minores primi ordinis, fratres tertij ordinis admiserint. Sed reprobatur Clement. cum ex eo. 3. de sentent. excomm. Altera exceptio est: Nisi hospitalarij & templarij in locis interdictis diuina celebrauerint. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur d. c. cum & plantare. 3. §. quòd si templarij. de priuilegijs. Huius replicatio prima est: Nisi plus quàm semel in anno diuina in locis interdictis celebrent. d. §. quòd si templarij. vers. non nisi semel in anno. Altera replicatio est: Nisi in pluribus quàm in vna ecclesia celebrent. c. vt priuilegia. 24. §. illud etiam. eod. tt. Tertia replicatio est: Nisi defunctos in ecclesijs interdictis sepeliant. d. §. quòd si templa-

rijs

ÿÿ.vers.nec tunc ibi sepeliantur. Huius duplicatio est: Nisi confratres suos ibi sepeliant. hoc enim eis permittitur. Quæ duplicatio approbatur simul & distinguitur d.c.vt priuilegia.24.in prin. Planè iure nouo exceptio proposita videtur mutata, nempe c.vlt.§.fin.de sentent.excom.in 6. Hæc de secunda exceptione. Tertia exceptio est: Nisi ianuis clausis, & non pulsatu campanis suppressa voce diuina officia in locis interdictis celebrentur. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur c. quod nonnulli. 25.de priuilegijs.c.quod in te.11.§.& in conuentualibus. de pœnitent. item c. permittimus. 57. de sentent.excom.c.vlt.§.adijcimus præterea.eod.tt.in 6. Planè proposita exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi aliquos ad audiendum admittant. Quæ replicatio approbatur simul & distinguitur c.licet. 11.de priuilegijs,in 6. Quarta exceptio est: Nisi in festiuitatibus diuina officia palàm celebrentur. Quæ exceptio approbatur certis conditionibus d.c.vltim. §.in festiuitatibus. Quinta exceptio est: Nisi pœnitentia & viaticum in locis interdictis ministrentur: hoc enim permissum est.c.quod in te.11.in prin. de pœnitent.c.responso.43.§.fin.vers.& pœnitentias. de sentent.excom. Huius replicatio est: Nisi sanis,non morientibus pœnitentia concedatur. Quæ replicatio elicitur ex iam propositis: sed tollitur & reprobatur certis cõditionibus.c.vlt.in prin. de sentent.excom.in 6. Sexta exceptio est: Nisi sepultura clericorum morientium in cœmeterio celebretur.d.

.c.quod in te.11.§.1.Septima exceptio est: Nisi pœnitentia cruce signatis & peregrinis concedatur. d.c. 11.§.fin.Hæc exceptio hodie videtur esse superuacua: cùm omnibus generaliter pœnitentia conceditur,vt dictum ſ.except.5.repl.vnica,in fine. Octaua exceptio videtur: Nisi particulare, non vniuersale sit interdictum. Sed reprobatur c.cum in partibus.17. de verb.signif. Nona exceptio est: Nisi baptisma & chrisma in loco interdicto celebretur. c. respõso.43. §.fin.de sentent. excom. c.quoniam.19.eod.tt. in 6. Decima exceptio est: Nisi conciones fiant in loco interdicto.d.c.responso.43.in prin. Vndecima exceptio est: Nisi episcopus transiens in loco interdicto missam celebrauerit,vel celebrari sibi fecerit in altari viatico.c. vlt. de priuilegijs, in 6. Duodecima exceptio est: Nisi ij propter quos interdictum positum est,illud non seruent. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur c. petijstis.20. de priuilegijs. Hæc de prima regula.

II. Regula: De pœna eius qui in locis interdictis diuina officia celebrauerit, cauetur c. postulastis.7. §.quasiuistis. de clerico excom. Alia pœna statuitur c.episcoporum.8.de priuilegijs, in 6.

QVI INTERDICTI CENseantur?

III. Regula: Interdicto clero,non est interdictus populus: item è conuerso.c.si sententia.16. in prin. de sentent.excom.in 6.

IIII. Regula: Interdicta ciuitate vel populo, singuli

singuli ciues censentur esse interdicti. d. c. si sententia. 16. §. cum verò. Huius exceptio est: Nisi ob delictum domini ciuitas sit interdicta: tunc enim singuli ciues alibi ad diuina officia nihilominus admittuntur. d. c. 16. §. caterùm.

V. Regula: Interdicta ciuitate, suburbia quoque & continentia ædificia interdicta censentur: item interdicta ecclesia, capella quoque contigua & cœmeterium contiguum censetur interdictum. c. si ciuitas. 17. de sententia excom. in 6.

VI. Regula: Episcopi & superiores prælati interdicto generali non continentur. c. quia periculosum. 4. d. tt.

V. ADFINE remedium interdicti est, cessatio à diuinis, quæ sine manifesta & rationabili causa fieri non debet. c. irrefragabili. 13. §. caterùm. de officio ordinarij. Cessationis autem forma & modus præscribitur c. si canonici. 2. & c. quamuis. 8. eod. tt. in 6. Hæc de excommunicatione & interdicto tanquam pœnis ecclesiasticis sint dicta. De suspensione & depositione, quæ & ipsæ ecclesiasticæ pœnæ sunt, tractabitur j. lib. 3. in iure clericorum. Sed & ad pœnas ecclesiasticas pertinet degradatio clericorū: de qua §. cap. 7. vbi de clericis puniendis actum est, diximus. Nunc ad actus & adiuncta publicorum iudiciorum transeundum.

DE ACTIBVS ET ADIVNctis publicorum iudiciorum.

Cap. X.

I. DE ACTIBVS ACcusatoris.

ACtus & adiuncta publicorum iudiciorum partim sunt accusatoris, partim rei conuenti, partim denique ipsius iudicis. M. I. R. lib. 1. cap. 9. in prin. Accusatoris actus seu officia sunt libelli inscriptio, & alia, de quibus sequitur.

I. Regula: De libelli inscriptione ab accusatore facienda cauetur 2. q. 8. c. quisquis ille. 3. q. 9. c. qui accusare. vers. inscriptione videlicet. 4. q. 4. c. nullus. §. inscriptio semper. §. in alijs. & §. inscriptio verò. l. 7. in prin. ff. de accusationibus. l. 16. & l. 17. vers. sed quisquis. C. de. de accusationib. l. 3. in prin. & l. 10. C. qui accusare non possunt. M. I. R. d. cap. 9. reg. 1. Planè proposita regula exceptio prima hac est: Nisi maritus vxorem de adulterio accuset: hic enim inscribere in crimen non tenetur. d. c. nullus. §. si maritus. l. 30. §. in primis. C. de adulteris. Contradicit Nouell. 117. §. si de adulterio. Altera exceptio est: Nisi de abigeatu accusatio instituatur. d. c. nullus. §. ab acti. l. vnica. C. de abigeis. Tertia exceptio est: Nisi per officiales crimen Præsidi nuncietur. d. c. nullus. §. aliquando. l. 7. C. de accusationib. Quarta exceptio huic similis hæc est: Nisi non per accusationem, sed per denunciationem crimen deferatur.

deferatur. c. super his. 16. in prin. de accusationibus. Quinta exceptio est: Nisi per modum exceptionis crimen obijciatur. Approbatur simul & distinguitur d. c. super his. §. cum autem excipiendo. Sextam exceptionem vide M. I. C. lib. 1. cap. 15. de libelli inscriptione, reg. 1. except. 1.

II. Regula; De modo & forma inscriptionis, item ijs quæ designanda vel inscribenda sunt, cauetur 2. q. 3. c. Paulum. §. omnis igitur. q. 8. c. penult. item c. vltim. §. quæ verò. & §. sed etsi aliud. l. 3. in prin. & §. sed etsi aliud ff. de accusationibus. Ad formam etiam inscriptionis pertinet, vt accusator subscribat, vel alius pro eo, si literas nesciat. d. c. vlt. §. item subscribere. & d. l. 3. §. item subscribere.

III. Regula; Si in crimen inscriptum non sit, vel non rectè: rei nomen aboletur, & ex integro repetendi reum potestas fiet. d. c. vlt. §. quod si libelli. & d. l. 3. §. quod si libelli. Plura de regula proposita vide M. I. C. li. 1. cap. 15. de libelli inscriptione, quæst. 4.

IIII. Regula: Accusator custodiæ similitudinem patietur 2. q. 8. c. quisquis. l. 17. in prin. vers. custodia similitudinem. C. de accusationibus. l. 2. §. fin. C. de exhibendis reis. M. I. R. lib. 1. cap. 9. reg. 6.

V. Regula: Accusatio in scriptis producenda est, ac legenda. 2. q. 8. in prin. cum c. sequente. Contradicit d. q. 8 c. vlt. in prin. Cui respondet Gratianus ibidē §. sed Calixtus. Accedit M. I. R. d. cap. 9. reg. 7.

VI. Regula: Accusatori probandi onus incumbit. 2. q. 7. c. si quis episcopus. & 3. q. 6. c. vlt. Quibus

autem rationibus crimen probandum sit, paulo inferius inter officia iudicis reg. 4. cum sequentibus docebitur.

II. DE ACTIBVS ET OFficijs circa reum.

I. Regula: De contumacia rei coercenda per excommunicationem cauetur 4. q. 5. in prin. cum c. sequente. Ad finia remedia contumaciæ rei coercendæ vide M.I.C. li. 1. ca. 15. de actibus & officijs circa reū.

II. Regula: De reis non recipiendis nec occultandis cauetur d. cap. 6. quæst. 3. M.I.R. d. cap. 9. reg. 17. Verùm eius exceptio videtur: Nisi recipientes sint priuilegiati ab recipiendum. Sed reprobatur c. vnico, de priuilegijs, in extrauag. Ioann. XXII. Plura de reis non recipiendis vide d. quæst. 3.

III. Regula: De reis apprehensis custodiendis cauetur l. 2. § fin. C. de exhib. reis. & l. 2. in prin. ff. de custod. reor. M.I.R. d. cap. 9. reg. 12. & 23. Verùm eius exceptio hæc est: Nisi reus iudicio sisti, vel de parendo iuri satisdare sit paratus. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur c. si clericos. 15. §. fin. de sentent. excommun. in 6. M.I.R. d. reg. 23. excepti. 3.

IIII. Regula: Reus interim ab officio suo est suspendendus. 2. q. 4. c. accusatum.

III. DE ACTIBVS ET OFficijs iudicis.

I. Regula: Absente reo, nec causam cognoscere, nec sententiam ferre debet iudex. 2. q. 8. c. accusatorum.

torum.2.& c.vltim.in prin.item 3.q.9.in prin.cum sequentibus, vsq; ad c.non oportet. item c. absente aduersario, cum sequentibus vsq; ad c.testes.item c. charta. Concordant item ea quæ habentur M.I.C. lib.1. cap.15. de sententia ferenda, quæst.1.reg 2.in prin.M.I.R.d.cap.9.reg.41. Huius regulæ exceptio est: Nisi reus contumaciter absit. d.q.9.c.absens. vers.nisi fuerit.& c.decernimus. Plura de exceptione proposita vide M.I.C.d.reg.2.except.1. Sed & plures huiusmodi exceptiones vide d.reg.2.

II. Regula: Ne sententia contra episcopum inconsulto Papa feratur, cauetur per ea quæ habentur ī.lib.3.cap.8.quæst 10.reg.10. Nec contra clericum sine synodo vel senioribus sententia ferenda, per ea quæ habentur ī.cap.12.de executione, quæst. 1.except.2.

III. Regula: Ne sine accusatore aliquis damnetur, cauetur 23.q.4.c.si quis potestatem. Concordant ea quæ habentur 5.cap.6.quæst.4.in prin.

IIII. Regula: Non nisi euidenter crimen fuerit probatum, reus est damnandus.c.literas.14.de præsumptionibus.2.q.8.c.sciant.l.25. C. de probationibus. M.I.R.d.cap.9.reg.47.

V. Regula: Socij criminis de se confessi, de alijs fidem non faciunt.c.1.de confessis.c.veniens, 10.de testibus 4 q 3.c.vlt.§.liberi.15.q.3.c.penult.§.fin. cum c.sequente.Concordant item ea quæ habentur M.I.C.lib.1.cap.15.in fin.reg.2.M.I.R.d.cap.9. reg.48. Planè proposita regulæ exceptio prima est in ca-

in crimine læsæ maiestatis, d. c. vlt. vers. præterquam de crimine. & d. c. 1. de confessis. vers. crimine læsæ maiestatis excepto. Altera exceptio est in crimine hæreseos, c. in fidei 5. de hæreticis, in 6. Tertia exceptio est in crimine Simoniæ. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur c. 1. de testibus, in 6. item dist. 79. c. si quis Papa. §. propter occultas.

VI. Regula: Iudicium vulgi seu adstantium inferenda sententia non attendendum. c. ad audientiam 3. de consuetudine. l. 12. C. de pœnis.

VII. Regula: Confessio cruciatibus non est exorquenda. 15. q. 6. in prin. cum. c. sequente. Contradicunt ea quæ habentur M. I. C. lib. 1. cap. 16. quæst. 1. in prin. Planè si reus nullis alijs argumentis vrgeatur, nec iure ciuili torquendus est. d. quæst. 1. excep. 1. Cui concordat c. cum in. 6. de reg. iuris. M. I. R. lib. 1. cap. 10 reg. 1. except. 1.

VIII. Regula: Seruus contra dominum suum non est torquendus. 12. q. 2. c. quæstionem, in prin. l. 1. in prin. C. de quæstionib. Huius exceptio prima hæc est: Quòd si alijs probationibus dominus conuictus sit, ijs per hoc, quòd seruus contra dominum tortus sit, non derogatur. d. c. quæstionem. §. in cæteris. & d. l. 1. §. in cæteris. Altera exceptio est: Nisi causa sit pecuniaria, & aliæ probationes deficiant. d. c. quæstionem. §. fin. & d. l. 1. §. fin. De qua exceptione vide plura M. I. C. lib. 1. cap. 16 quæst. 2. reg. 1. except. 4. repl. 15. Tertia exceptio est in crimine læsæ maiestatis, d. c. quæstionem, in prin. vers. & crimine. & d. l. 1.

in prin.

in prin. vers. & crimine. Quarta exceptio est in crimine fraudati census, ibidem vers. item fraudati. Quinta exceptio est in crimine adulterij, d. c. quæstionem, in prin. & d. l. 1. in prin. Sexta exceptio est in infidijs marito ab vxore, vel contrà, structis. de pœniten. distinct 1. c si fortè mulier. l. 9. C. ad l. Cornel. de sicarijs. Plura de regula proposita eiusq; exceptionib. vide M. I. C. d. except. 4.

IX. Regula: Humilibus & abiectis testibus sine tormentis fides habenda non est. 2. q. 1. c. in primis. §. testes autem. 4. q. 2. c. vlt. § si autem ea rei. l 21. §. si ea rei. ff. de testibus. Accedit M. I. R. d. c. 16. reg. 23. except. 2. repl. 1. Excipiuntur presbyteri testes, 5. q. 6. c. quia iuxta. §. presbyteri. l. 8. C. de episcopis & clericis. Plura de regula proposita vide M. I. C. d. quæst. 2. reg. 2. Hæc de adiunctis publicorum iudiciorum, de quibus tamen vide plura d. lib. 3. cap. 5. cum tribus sequentib.

EVENTVS ET CONSEQVENtia iudiciorum publicorum reo absoluto. Cap. XI.

POst adiuncta iudiciorum publicorum sequuntur eorundem euentus & consequentia, quorum alia sunt reo absoluto, alia reo damnato, alia denique reo restituto & à pœna liberato: de quibus singulis ordine dispiciendum. Euentus itaq; & consequentia reo absoluto enumerantur 2. q. 3. c. vltim.

tim. §. notandum. l. 1. in princ. ff. ad S. C. Turpillian.

I. DE POENA CALVMniatorum.

1. CAVSAE EX QVIBVS CAlumniæ pœna irrogandа eſt.

Principalis cauſa eſt, ſi accuſator fuerit calumniatus, nec probauit quod intendit. Quid autem ſit calumniari, definitur d. §. notandum. Concordat huic cauſa 5. q. 6. in prin. cum c. ſequente. M. I. R. lib. 1. cap. 11. reg. 1. cum ſeq. Alia cauſa videtur; Si temerè accuſauit. Quæ tamen reprobatur d. c. vlt. §. ſi autem interloquendo. & d. l. 1. §. quari poteſt. Plures huiuſmodi cauſas vide M. I. C lib. 1. cap. 17. in prin. quæſt. 2 Planè propoſitæ cauſæ exceptiones plures ſunt: quarum prima hæc eſt: Niſi iuſto errore ſine euidenti calumnia quis ad accuſandum proceſſit. d. c. vlt. §. ſed non vtiq;. & d. l. 1. §. ſed non vtiq; item l. 3. C. de calumniator.

II. Exceptio: Niſi per modum exceptionis crimen obiecit. Hæc exceptio approbatur ſimul & diſtinguitur c. ſuper his. 16. §. cum autem excipiendo. de accuſatoribus.

III. Exceptio: Niſi calumniator obtinuerit, & reus fuerit condemnatus. Hæc exceptio reprobatur c. accuſaſti. 8. eod. tt. 5. q. 6. c. delator. Plures huiuſmodi exceptiones vide M. I. C. d. quæſt. 2.

2. QVO iure calumnia puniatur? definitur 2. q. 3. c. vlt. §. calumniatoribus. l. 1. §. calumniatoribus. ff. ad S. C. Turpill.

3. QVAE

3. QVAE POENA CALVMNIAtoribus irroganda?

I. Regula: Eadem pœna calumniator puniendus, qua puniretur reus, si fuisset damnatus. d.q.3.c.calumniator. c. qui non. c. Paulum. §. fin. item 2.q.8. c. quisquis. vers. cum calumniantes. 3.q.6.c.1. in fin. 5.q.6.c. qui calumniam. 33. q. 5. c. satis hinc. §. fin. Concordat item M.I.C. lib.1.cap.17. in prin. q.6. M. I.R. d. cap.11. reg.4. Planè excipitur maritus vxorem accusans, d.c. satis hinc.

II. Regula: Calumnia punitur etiam depositione, verberibus & exilio. c.1. de calùmniatoribus. 5. q.6.c. quia iuxta, in prin.

III. Regula: De infamia calumniatoris cauetur 2.q 3. in prin. cum c. sequente. item c. si quis iratus. §. ifin.

IIII. Regula: De pœna excommunicationis cauetur. d.q.3.c. si quis episcopum, in prin. vsq; ad §. aliud est. item 3.q.10. c. eos qui. c. vlt. §. cum ergo. 5. q. 6. c. Epiphanium. c. delator. c. vlt. item distinct. 46. c. accusatores.

V. Regula: De pœnitentia calumniatori iniungenda cauetur d.q. 6.c. penult. item c. accusasti. 8. de accusationibus.

VI. Regula: Vt calumniatori lingua capuletur, aut conuicto caput amputetur, cauetur 5.q.6.c. delatori. Plures pœnas calumniæ vide M.I.C. d.q. 6.

4. ADIVNCTA HVIVS IVDICII de calumniatoribus.

De reo ab officio & beneficio interim suspendendo, donec innocentiam suam probauerit, cauetur c. cum dilectus. 2. de calumniatoribus. Hæc de calumniatoribus, de quibus vide plura M. I. C. d. cap. 17. in prin.

II. DE POENA PRAEVARICATORUM.

1. CAVSA EX QVA POENA præuaricationis irroganda?

Si accusator fuerit præuaricatus, punitur, per ea quæ §. eod. cap. in prin. sunt proposita. Declaratur hæc causa definitione præuarications ibidem annotata. Concordat 2. q. 3. c. vlt. §. præuaricator est. & §. præuaricatorem. l. 1 ff. de præuaricatorib. l. 1. §. præuaricatorem. ff. ad S. C. Turpill. Huius causæ exceptio prima est: Nisi in priuato, non in publico iudicio fuerit præuaricatus. d. c. vlt. §. is autem præuaricator. l. 1. §. is autem ff. de præuaricat. Altera exceptio est: Nisi non accusator, sed aduocatus fuerit præuaricatus. d. c. vlt. §. cæterum aduocatus. & d. l. 1. §. fin. Aliam exceptionẽ, sed reprobatam. vide M. I. C. lib. 1. cap. 17. de præuaricat. quæst. 2. except. 2.

2. QVAE POENA PRAEVARICATORIBUS irroganda?

Extraordinaria illis hodie iniungitur. 2. q. 3. c. vlt. §. sciendum. l. 2. ff. de præuaricatoribus. Plura de præ-

de prauaricatorib. vide M.I.C. d.cap.17.§. secundò.

III. DE POENA TERGIuersatorum.

1. CAVSA EX QVA HAEC pœna competit.

Si accusator fuerit tergiuersatus. Approbatur hac causa simul & declaratur per ea quæ proposita sunt ſ. eod.cap.in prin. Concordat 2.q.3.c. vlt.§. si quis autem. l.1. §. si quis. ff. ad S. C. Turpill. Huius causæ exceptio prima est: Nisi accusator distulit saltem, non in totum deseruit accusationem. d.c.vltim.§. destitisse. & l.13.ff. ad S.C.Turpill. Altera exceptio est: Nisi errore lapsus, postea cognita rei veritate noluit in improba lite perseuerare. Approbatur M.I.C. lib.1.cap.17. de tergiuersatione, quæst.2. except.2. Cuius exemplum habetur 2.q.3. c. si quis iratus.§ fin. & c.Paulum, in prin. Tertia exceptio est: Nisi permissu Imperatoris destitit. d.§. destitisse. vers. sed qui permissu. & d.l.13. Quarta exceptio est: Nisi abolitione interueniente destitit. d.§. destitisse. vers. abolitio enim. Concordat M.I.C. d.quæst.2. except.22. Huius replicatio prima est: Nisi pluribus criminibus illatis, non omnium abolitio interuenerit. 2.q.3.c.vlt.§. si plura. l.1.§. si plura. ff. ad S.C. Turpill. l.39.§. duos ff. ad l.Iul. de adult. Altera replicatio est: Nisi non pro tribunali, sed de plano abolitio interuenerit. d.c.vlt.§. abolitio. & d.l.1.§. abolitio. Plures replicationes vide d. except. 22. Quinta exceptio est: Nisi ante inscriptionem crimi-

minis destitit. c.licet.14. de accusationibus. 2.q.3.c. si quis episcopum. § fin. cum c. sequente. Hac de exceptionibus propositæ regulæ, quarum tamen plures vide M.I.C.d.quæst.2.

2. QVID VENIAT IN IVDIcium tergiuersationis?

Reuocatur id quod accusator ob tergiuersationẽ consecutus est 2.q.3. c. Euphemium. Plures huius loci regulas vide M.I.C.d.cap.17. in fine, quæst.5.

3. ADFINE REMEDIVM ACCVSAtionis propositæ, & euentus tergiuersationis.

Non solùm per accusationem tergiuersatio punitur, sed etiam per inquisitionem officio iudicis faciendam de crimine tum illato, tum tergiuersationis.c.1.cum c.sequente. & c. vlt. de collusione detegenda. Hac de tergiuersatorum pœna, de qua tamen vide plura M.I.C.d.c.17. § postremò. Hactenus de euentis & consequentibus publicorum iudiciorum reo absoluto sit dictum. Euentus autem & consequentia reo damnato, sunt executio sententia, publicatio bonorum, infamia & absolutio, de quibus sequitur.

EVEN-

EVENTVS ET CONSEquentia iudiciorum publicorum reo damnato.

Cap. XII.

I. DE EXECVTIONE sententiæ.

1. AN ET QVANDO EXEcutio facienda?

SI sententia dicta est statim ea executioni manda. l. 5. in prin. C. de custodia reorum M. I. R lib. 1. cap. 11. reg. 11. Cuius exceptio prima hæc est: Nisi is damnauit, cui ius damnandi non est. Quæ exceptio approbatur simul & declaratur M. I. C. libro 1. cap. 18. quæst. 1. except. 1. in prin. quò pertinet c. in archiepiscopum. 4. de raptoribus. M. I. R. d. reg. 11. except. 1.

II. Exceptio: Nisi episcopus clericum absq; synodo & senioribus damnauerit. 15. q. 7. in prin. cum c. sequẽte. c. si quid. c. si autem. §. fin. cum c. sequente. & c. vlt.

III. Exceptio: Nisi à sententia fuerit prouocatum. approbatur M. I. C. d. quæst. 1. except. 2. in prin. M. I. R. d. reg. 11. except. 2. Cuius replicatio prima est: Nisi reus crimen confessus sit: tunc enim appellatio non permittitur, nec executio per eam differtur, per ea quæ d. except. 2. repl. 1. proposita sunt. Quibus concordat 2. q. 6. c. vltim. §. nullus etiam l. 2. C. quorum appellat. non recipiuntur. M. I. R. d. except. 2.

repl.1.Huius duplicatio est: Nisi tormentis confessio sit extorta. d. §. nullus etiam. Altera replicatio est: Nisi crimen sit notorium. c. cum sit Romana. 5. §. qui de crimine. & §. fin. item c. peruenit. 13. c. cõsuluit. 14. in prin. vsq; ad §. illos autem. & c. cum speciali. 61. §. porrò. de appellationibus. M.I.R.d. except. 2. repl. 4. Plura de hac exceptione vide M.I.C. d. except. 2. item j. lib. prox. cap. 18. quæst. 2. except. 19. item M.I.R.d. except. 2.

IIII. Exceptio: Nisi Princeps rescripserit reum damnandum vel puniendum esse: hoc enim casu executio per triginta dies differri debet. 11. q. 3. c. cũ apud l. 20. C. de pœnis. M.I.R.d. reg 11. except. 20.

V. Exceptio: Nisi clericus damnatus nondum sit degradatus. 11. q. 1. c. si quis cum. §. non autem. Nouell. 83. §. illud palàm est. Concordant ea quæ proposita sunt S. cap. 7. q. 2. de clericis puniendis.

2. EVENTVS EXECVtionis.

De mulcta exacta, ad quos pertineat, definitur per ea quæ proposita sunt d. cap. 7. quæst. 1. reg. 4. Plura de executione vide M.I.C. d. cap. 18.

II. DE PVBLICATIONE BOnorum damnati.

Bona damnati publicatis, vxor dotem saluam habet. Quæ regula approbatur simul & distinguitur c. decreuit. 14. de hæreticis, in 6. Plura de hac regula, nec non de publicatione bonorum, vide M.I.C. lib. 1. cap. 19.

III. DE

III. DE INFAMIA damnati.

1. CAVSAE EX QVIBVS QVIS infamia notatur.

Huiusmodi causæ enumerantur 3.q.7.c.infames. §.porrò infamia. De singulis hisce causis, aliisq; similibus vide M.I.C.lib.1.cap.20. Planè quod de muliere dicitur, quæ intra annum luctus nuptias iterat: id mutatur c.penult. & vlt. de secundis nuptijs. Accedit M.I.R.lib.1. cap.11. reg.40. Hoc loco item notandum, quòd carcer non infamet. c. super his. 8. de pœnis. l.1. C. de causis ex quibus infamia. Plures aliæ causæ infamiæ enumerantur 6.q.1.c. summa. §. fin. cum c. sequente.

Exceptio præcedentium causarum generalis, præsertim eius, quæ consistit in condemnatione ex causa famosa.

Istarum causarum exceptio generalis hæc est: Nisi nulla vel minima fuerit iniuria, propter quam quis est condemnatus. c. cum te ab. 23. de sententia & re iudicata. M.I.R.lib.5. cap.10. reg.95. except.1. vbi controuertitur. Plures huiusmodi exceptiones vide M.I.C.d.cap.20. quæst.1.

2. QVI NOTENTVR INfamia.

Huius loci regulas vide d.cap.20. quæst.2.

DE POENAE REMISSIONE & absolutione: item Euentus publicorum iudiciorum reo restituto & pœna liberato. Cap. XIII.

PRIMO: *Diuisio absolutionis in publicam & priuatam habetur 26.q.6.c.ministrare. § sed notandum.*

II. CAVSAE EX QVIBVS ABsolutio indulgenda, & pœna remittenda est. 7

Sine causa pœna remittenda non est. c. cum ab. 3. de officio ordinarij. Concordant ea quæ proponentur j. quæst. 4. reg. 1.

I. Causa: Si damnatus pœnitentiam egerit. 11. q. 3. c. plerunq;. §. causa ergo. c. cum aliquis, in prin. 27. q. 1. c. deuotam. § etsi desinent. item distin. 50. c. domino. § fin. Sed & concordat d. quæst. 4. reg. 2. Vide item j. De pœnitentia.

II. Causa: Si satisfactum sit pro crimine. Hæc causa elicitur ex verbis d. c. 3. vers. vsq; ad dignam satisfactionem. Concordat c. ex literis. 11. de constitutionibus. M. I. R. lib. 1. cap. 11. reg. 59. vbi etiam distinguitur. Huius causæ exceptio hæc est: Nisi ex pluribus causis damnatus, non pro omnibus satisfecerit. Quæ exceptio approbatur exemplo. c. cum pro causa. 27. & c. officij. 42. de sentent. excom.

III. Causa: Si sententia sit iniusta. Approbatur hæc causa exemplo c. cum ad quorundam. 7. de excessib.

cessib. prælatorum. Plures huiusmodi causas vide M.I.C.lib.1.cap.21. quæst.1.

De exceptionibus præcedentium causarum generalibus.

Præcedentium causarum exceptio prima hæc est: Nisi pro delicto nondum satufecerit, nec ablata restituerit.c.peccatum.4.de regulu iuris,in 6.& M.I. R.d.cap.11.reg.48. except.2. Exemplum habetur c. quicunq;.2.in prin.vers.nec absolutionis.de hæreticis,in 6.Huius replicatio prima est: Nisi delictum, ob quod excommunicatus est, non fuerit manifestũ, deq; iure excommunicationis dubitetur: tunc enim cautione præstita, etiam ante satisfactionem absoluitur.c.ex parte.23. de verb.signif.c. quafronte.25. §.fin.de appellationibus.c.1.§.ideoq; mandamus.de his quæ vi metúsue causa.c.venerabilibus.7. §. porrò.& §.potest.de sentent. excom.in 6. Plura de hac replicatione vide] quæst.4. reg.1. except.1. Altera propositæ exceptionu replicatio est: Nisi periculum mortis instet: tunc enim præstita cautione de satisfaciendo absoluendus est.d.c. quafronte. 25. & d.c. venerabilibus. 7.§. sanè si certum. vers. nisi periculum. Plures replicationes vide M.I.R. d.except.2.

II. Exceptio: Nisi pœnitens vel satisfaciens ab errore seu peccato non recedat. 11. q.3.c. tunc vera. 24. q. 2. c.damnationis, in prin.c.legatur. 27.q.1.c. deuotam,in prin.

III. Exceptio: Nisi pœnitẽs vel satisfaciens ante

absolutionem mortuus sit. d. c. legatur. & d. q. 2. c. 1. nec quisquam. c. damnationis. §. his authoritatibus. c. de communione. item De pœnitent. distin. 1. c. si sacerdos. §. fin. cum c. sequente. Planè proposita exceptio in hæreticis duntaxat locum habet, non in alijs peccatoribus. c. à nobis. 28. & c. sacris. 38. in fine. de sentent. excom. 24. q. 2. c. sanè quod.

IIII. Exceptio: Nisi tempus pœnitentiæ nondum impleuerit. 27. q. 1. c. deuotam. vers. etsi desinens. Huius replicatio est: Nisi in periculo mortis constitutus sit. 26. q. 7. c. tempora, in fine. item q. 6. c. qui recedunt, in prin. & c. his qui.

V. Exceptio: Nisi absoluendus obmutuerit. Hæc exceptio reprobatur d. c. qui recedunt. §. similiter subito. & d. q. 6. c. is qui. c. his qui. §. quod si ita.

VI. Exceptio: Nisi absoluendus sit amens. Reprobatur d. c. qui recedunt. §. fin. & d. c. is qui. vers. vel in phreneſin conuersus fuerit.

VII. Exceptio: Nisi is qui cum moniali rem habuit, petat absolui. Reprobatur hæc exceptio 27. q. 1. c. eos autem.

VIII. Exceptio: Nisi virgo Deo dicata vel continentiam vouens, postea libidini seruiens petat absolui. Approbatur 27. q. 1. c. virgines. Huius replicatio prima hæc est: Nisi toto vitæ tempore pœnitentiã egerit, & à coitu abstinuerit. d. c. virgines. vers. quod si sibimet persuaserit. Altera replicatio est in sancta Maria Virgine, quæ propter diuinam voluntatem excipitur. 27. quæst. 2. c. sufficiat. §. fin. cum

c. se-

c. sequente, vsque ad §. consensus ergo.

IX. Exceptio: Nisi nupta propter illegitimum matrimonium pœniteat, absoluiq; petat, marito nondum mortuo. 27. q. 1. c. quæ Christo. c. de filia, in fine. c. deuotam. §. fin. Huius replicatio prima est: Nisi ante maritum decesserit: tunc enim in vltimo fine vitæ suæ potest absolui. d. c. de filia. vers. si autem viuente. Altera replicatio est: Nisi relicto marito ad votum redierit. d. q. 1. c. vlt. §. illud autem.

III. A' QVO ABSOLVTIO facienda?

I. Regula: Alij quàm qui excommunicauit vel damnauit, ius absoluendi non competit. Quæ regula approbatur simul & distinguitur c. cum ab ecclesiarum. 3. in fine. c. ad reprimendam. 8. in prin. & §. tu verò frater. c. pastoralis. 11. §. præterea. de officio ordinarij. c. venerabilibus. 7. in prin. de sentent. excom. in 6. 26. q. 6. c. 1. Apostol. canon. 31. Planè proposita regulæ exceptio prima hæc est; Nisi is qui excommunicauit, mortuus sit: tunc enim successori eius ius absoluendi competit. 11. q. 3. c. qui iubente. §. sed quæritur, cum c. sequente. & d. canon. 31. vers. nisi fortè. Altera exceptio est: Nisi excommunicatus appellauerit: tunc enim iudex appellationis eum absoluere potest. c. per tuas. 40. de sentent. excom. c. venerabilibus. 7. in princ. vers. excommunicatos autem. & §. sanè si certum. vers. si verò constet. eod. tit. in 6. 26. q. 6. c. 1. vers. nisi fortè per eius. & vers. atque ideo. Accedit glossa in d. vers. nisi fortè. Huius

exceptionis replicatio est: Nisi causa excommunicationis manifesta sit: tunc enim excommunicatus ad excommunicatorem est remittendus. d. §. sanè si certum. & d. c. 40. § fin. Huius duplicatio prima haec est: Nisi periculum sit in mora. d. §. sanè. vers. nisi periculum sit. Altera duplicatio est: Nisi excommunicator excommunicato iniustè absolutionem deneget. d. §. sanè. vers. nisi excommunicator. & d. c. 40. §. fin. Tertia duplicatio est: Nisi de hoc ipso dubitetur, an sententia excommunicationis sit iusta. d. §. sanè. vers. quod si dubitetur. Haec de secunda exceptione. Tertia propositae regulae exceptio est: Nisi sententia excommunicationis dicatur ipso iure nulla. Quae exceptio cum alijs pluribus approbatur d. c. per tuas. 40. de sentent. excommun. Quarta exceptio est: Nisi excommunicatus excommunicatorem propter iniustam excommunicationem petat puniri. Haec exceptio reprobatur c. sacro. 48. §. caueat etiam. vers. qui si absque. eod. tit. c. venerabilibus. 7. §. sed si excommunicatus. eod. tit. in 6. Quinta exceptio est: Nisi cognitio de causa excommunicationis quoquo modo deuoluta sit ad superiorem: tunc enim ante causae cognitionem ad cautelam excommunicatum superior absoluere potest, per ea quae proponentur j. quaest. prox. reg. 1. item per ea quae proposita sunt 5. except. 2. Sexta exceptio est in Papa, qui ab alio excommunicatos vel damnatos absoluere potest. 9. q. 3. c. fuit semper. 6. cuncta. §. sed nec illa. c. cuncta. c. fratres. Sanè

sunt

sunt nonnullæ causæ, ex quibus excommunicatos non nisi Papa potest absoluere, quæ in sequentibus exceptionibus proponentur. quod quidem iure ciuili fuit generale, vt damnatos non nisi Imperator absoluere seu pœna liberare posset, per ea quæ habentur M.I.C. lib.1. cap.21. quæst.2. Septima exceptio est: Nisi quis clericum percusserit: hic enim propterea excommunicatus non nisi à Papa potest absolui. 17.q.4.c. si quis suadente, in prin. item c.1.§. fin. & c. non dubium. 5. in fine. c. ea noscitur. 13.§. alios autem. de sentent. excom. 11.q 3.c. ad mensam. §. iuxta igitur hanc distinctionem, in fine. M.I.R.d. cap.11.reg.60. Planè propositæ exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi cohabitantes clerici vel monachi alter alterum percusserit. Quæ replicatio approbatur sub conditione c.quoniam.9.§ fin. de vita & honestate clericorum. c.cum illorum.32.§. qui si claustrales. c. de monialib. 33. & c. canonica. 50. de sentent. excom. M.I.R.d.reg 60. excep.1. Huius duplicatio est: Nisi enormis sit læsio. d.§. qui si claustrales. vers. nisi excessus ipsorum. & d.c 9. §. fin. vers. nisi fortè atrocitas. Altera replicatio est: Nisi religiosus clericum percusserit. c. religioso. 21. in prin. de sentent. excom. in 6. Contradicit d. §. qui si claustrales. vers. quod si clericum percusserit secularem. Tertia replicatio est: Nisi monachi vel canonici regulares se inuicē percusserint. c.2. de sentent. excom. Concordat S. repl.1. vbi duplicatio additur. Quarta replicatio est: Nisi frater hospitalis Hierpsolymitani

mitani clericum percusserit. c. canonica 50. d. tt. Quinta replicatio est: Nisi puer clericum percusserit. c. 1. in prin. c. quamuis. 58. vers. puerili. & c. vlt. d. tt. Sexta replicatio est: Nisi mulier clericum percusserit. c. mulieres. 6. in prin. c. ea noscitur. 13. c. de monialibus. 33. & c. quamuis. 58. vers. fragilitate sexus. de sentent. excomm. M. 1. R. d. reg. 60. except. 2. Septima replicatio est: Nisi senex, valetudinarius, aut alias infirmus corpore clericum percusserit. d. c. ea noscitur. 13. in prin. & c. non dubium. 5. in fine. c. quod de hu. 26. c. nuper. 29. §. fin. c. quamuis. 58. eod. tt. Huius duplicatio est, quòd istiusmodi personæ non aliter ab episcopo sunt absoluendi, quàm iuramento præstito, se impedimento cessante ad Papam ituros, eiusq; mandato obtemperaturos esse. d. c. quamuis. 58. vers. cæterùm quibusdam, & d. c. ea noscitur. 13. §. fin & d. c. quod de his. 26. §. fin. De hac duplicatione vide 3. quæst. 5. reg 2. Octaua replicatio est: Nisi pauper clericum percusserit. d. c. quamuis. 58. vers. aut inopia. & d. c. quod de his. 26. vers. vel paupertate. Contradicit d. c. ea noscitur. vers. alios autem siue pauperes. Nona replicatio est: Nisi is qui sui iuris non est, clericum percussit. c. mulieres. 6. in prin. & c. quamuis. 58. vers. nisi iuris beneficio. de sentent. excom. Huius duplicatio est: Nisi non in fraudem domini seruus clericum percusserit. c. relatum. 37. eod. tt. Decima replicatio est: Nisi is qui magnæ potentiæ, vel adeò delicatus est, quòd non sit ad Papam venturus, clericum percussit. d. c. mulieres.

res. 6. §. de his verò. Vndecima replicatio est: Nisi officialis, iudex vel apparitor clericum percusserit. Hæc replicatio reprobatur sub conditione c. si verò alicuius. 3. §. 1. de sentent. excom. Duodecima replicatio est: Nisi alicuius potestatis hostiarius prætextu sui officij clericum percusserit. Quæ replicatio approbatur simul & distinguitur d. c. 3. in prin. Decimatertia replicatio est: Nisi clericum, qui contempto habitu clericali enormiter deliquit, percusserit. c. perpendimus. 23. de sentent. excom. Decimaquarta replicatio est: Nisi clericum inuentum cum vxore vel propinqua sua percusserit. d. c. 3. §. nec ille. Decimaquinta replicatio est: Nisi clericum vim sibi inferentem percusserit. d. c. 3. §. si verò clericum. Decimasexta replicatio videtur: Nisi clericum in stupro vel adulterio deprehensum percusserit. reprobatur d. c. 3. §. fin. Decimaseptima replicatio est: Nisi leuiter clericum percusserit. c. peruenit. 17. de sentent. excom. M. I. R. d. reg 60. except. 3. Decimaoctaua replicatio est: Nisi sine periculo Papam adire non possit. Approbatur certo modo c. de catero. 11. & c. quamuis. 58. vers. nisi imminente d. tt. Decimanona replicatio est: Nisi non conuictus, sed priuatim confessus sit se clericum percussisse. Reprobatur c. porrò si aliqui. 7. d. tt. Viceſima replicatio videtur: Nisi clerico quem percussit, satisfecerit. Hæc replicatio reprobatur d. c. quamuis. 58. Viceſimaprima replicatio est: Nisi à legato de latere fuerit absolutus qui clericum percussit. c. ad eminentiam. 20.

& c.

& c. quod de his. 26. in prin. d. tt. M. I. R. d. reg. 61. excepi. 4. Plura de hac replicatione vide j. lib. 3. cap. 11. de legato Papæ. reg. 3. Hæc de septima exceptione eiusq; replicationib. sint dicta. Octaua propositæ regulæ exceptio est: Nisi clericus, quòd excommunicato communicauerit, fuerit excommunicatus: hic enim non nisi à Papa potest absolui. c. significauit. 18. de sentent. excom. Nona exceptio est: Nisi laicus ob id, quòd excommunicato communicauerit, fuerit excommunicatus: hic enim per simplicem sacerdotem potest absolui. si modò extra crimen illi communicauerit. c. nuper. 29. d. tt. Decima exceptio est: Nisi ob incendium fuerit excommunicatus: hic enim non nisi à Papa potest absolui. c tuæ nos. 19. d. tt. M. I. R. d. cap. 11. reg. 61. vbi distinguitur. Vndecima exceptio est: Nisi ob id quòd ecclesiam effregit & expoliauit, fuerit excommunicatus: nam & hic non nisi à Papa est absoluendus. c. conquesti. 22. d. tt. M. I. R. d. cap. 11. reg. 62. Duodecima exceptio est: Nisi ob hæresin fuerit excommunicatus: hic enim non nisi à concilio potest absolui c. d. his verò. §. fin. cum c. sequente, distinct. 50. 1 q. 7. c. si quis episcopus. Planè iure nouo exceptio proposita reprobatur c. ad abolendam. 9 §. præsenti. vers. ad arbitrium episcopi. de hæreticis. Accedit glossa in d. distinct. 50. c. de eo, in verbo Communicato. Decimatertia exceptio est: Nisi ob id quòd contra interdictum vel excommunicationẽ fecerit, fuerit excõmunicatus: hoc enim casu non nisi à Papa potest absolui. c. quicunq;

cunq;. ii. §. fin. & c. is qui in ecclesia. 18. §. ù verò. vers. à quo nequit. de sentent. excom. in 6. Huius exceptionis species est ſ. except. 8. Decimaquarta exceptio est: Nisi ob id, quòd iusticiam vel gratiam pecunia redemit, fuerit excõmunicatus: tunc enim non nisi à Papa potest absolui. c. 1. §. decernimus. de senten. excom. in extrauag. com. Decimaquinta exceptio est: Nisi excommunicatus ad agẽdum sit absoluendus: hoc enim casu à iudice apud quẽ acturus est, absolui potest. c. prudentiam. 21. §. sexta. vers. cæterùm si vel. de officio delegati. Decimasexta exceptio est: Nisi excõmunicatus ex iusta causa impediatur, quo minus excõmunicatorẽ accedere possit: tunc enim à suo episcopo vel proprio sacerdote potest absolui. c. nuper. 29. §. fin. de sentent. excom. Cõcordant ea quæ apposita sunt ſ. excep. 7. repl. 6. 7. 8. et 18. Hæc de prima regula eius q; exceptionibus sint dicta.

II. Regula: Episcopo, non alij ius absoluendi competit. 17. q. 4. c. omnes. 26. q. 6. c. 1. Huius exceptio prima hæc est: Nisi priuata sit absolutio, non publica. d. q. 6. c. ministrare. §. ecce quod. c. presbyteri. Altera exceptio est: Nisi episcopus sit absens, & periculum sit in mora. d. q. 6. c. Aurelius. c. si aliquis. §. ecce quod. Huius replicatio est: Nisi inconsulto episcopo alius in eius absentia aliquem absoluat. Elicitur hæc replicatio ex d. c. Aurelius. vers. debet presbyter vtiq; consulere. & d. q. 6. c. si quis de corpore, in fine. Huius replicationis duplicatio est: Nisi episcopus ita remotus sit, vt consuli non possit.

d. q. 6. c.

d.q.6.c.si aliquis. §. sed si necessitate. c.penult. §. fin. cum c. sequente. Tertia exceptio est: Nisi ecclesia vacet: hoc enim casu Capitulo ius absoluendi competit. c.vnico, de maior. & obed. in 6. Quarta exceptio est: Nisi ab alio quàm episcopo fuerit excommunicatus; hoc enim casu non nisi ab eo qui eum excommunicauit, absolui potest. Quæ regula approbatur simul & distinguitur per ea quæ proposita sunt S. reg. prox. eiusq; exemplum est in eo qui à delegato Papæ fuit excommunicatus: hunc enim episcopus etiam mortuo delegato absoluere nequit. Quod exemplum proponitur simul & distinguitur c. pastoralis. 11. §. præterea. de officio ordinarij.

III. Regula: De eo cui is qui ius absoluendi habet, causam commisit. Hic quoq; absoluere potest. c. vlt. de officio ordinarij. M.I.R. lib. 1. cap. 11. reg. 63.

IIII. Regula: De hæreticis & excommunicatis. His neq; ligandi neque soluendi ius competit, per ea quæ proposita sunt S. cap. 8. quæst. 7. reg. 2. præsertim 24. q. 1. c. audiuimus. §. fin. cum duobus cc. sequentibus. item De pœniten. distin. 1. c. verbum.

IIII. QVANDO ABSOLVENDUS, item antecedentia absolutionem.

I. Regula: Non nisi causa cognita absolutio indulgenda. c. Romana. 3. §. sententias. de appellationib. in 6. 11. q. 3. c. plerunq; contingit. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi causa excommunicationis dubia, non manifesta sit: tunc enim excommuni-

municatus causa etiam nondum cognita ad cautelam potest absolui. c. ex parte. 23. de verb. significat. Declaratur exceptio proposita definitione manifestæ causæ c. cum olim. 24. eod. tt. Sed & concordat exceptioni propositæ c. per tuas. 40. §. verùm ex verbis. & §. quod si absolutionis. c. venerabili. 52. de sentent. excom. c. venerabilibus. 7. §. porrò. vers. similiter si suffraganeos. eod. tit. in 6. item c. 1. §. ideoq; mandamus. de ijs quæ vi metúsve causa. c. prudentiam. 21. §. sexta. vers. cæterùm si vel. & c. cum contingat. 36. de officio delegati. Concordant item ea quæ proposita sunt §. quæst. 2. except. 1. repl. 1. Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi post appellationem interpositam quis sit excommunicatus: nam & hic causa nondum cognita ad cautelam potest absolui. d. §. porrò, in prin. & d. c. venerabilib. 7. §. sed si ex causa. §. fin. item d. c. per tuas. 40. §. nos igitur. vers. quanquam apostolica. item c. cum contingit. 36. §. ad quod taliter. de officio delegati. Huius replicatio est: Nisi causa talis sit, in qua appellare non liceat. d. §. porrò, in prin. vers. exceptis casibus in quibus. Tertia exceptio est: Nisi sententia excommunicationis intolerabilem contineat errorem. d. c. venerabilib. 7. §. potest quoq; item d. §. ad quod taliter. & d. §. nos igitur. vers. quanquam apostolica. Quarta exceptio est: Nisi excommunicationis sententia nulla dicatur. Qua exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt §. cap. 8. quæst. 16. reg. 6.

Replicationes præcedentium exceptionum generales.

Planè iam dictarum exceptionum replicatio generalis prima hæc est: Nisi absoluendus non caueat de parendo mandato ecclesiæ c. qua fronte. 25. §. sanè si quis vers. ab ipso tamen. de appellationib. Cuius autem mandato parêre hoc casu debeat absolutus, dicetur ꝛ. quæst. 6. reg. 5. Altera replicatio videtur: Nisi aduersarius, ne absoluatur, appellauerit. Sed reprobatur d. §. sanè si quis. Tertia replicatio est: Nisi generale sit interdictum. hoc enim ex causis prædictis ad cautelam relaxari non potest. c. præsenti. 10. de sentent. excom. in 6. Hæc de prima regula.

II. Regula: Non nisi peracta pœnitentia est absolutio indulgenda. dist. 50. c. absit. c. si quis præposterа. c. domino. item 11. q. 3. c. tunc vera. c. plerunque contingit. §. causæ ergo. item De pœnitent. dist. 1. c. nonnulli. Huius regulæ eadem sunt exceptiones, quæ superioris proximæ. Cum enim causa nondum cognita indulgeri absolutio potest, etiam pœnitentia nondum peracta potest. Ideoq; supradicta hic sunt repetenda. Sed & plura de regula proposita vide ſ. quæst. 2. except. 4. item plura de pœnitentia tum iniungenda tum peragenda dicentur ꝛ. lib. 4.

III. Regula: Non nisi læso satisfactum & ablatum restitutum sit, absolutio est indulgenda. c. ea noscitur. 13. vers. satisfacto iuxta facultates. de sentent. excom. Concordant ea quæ proposita sunt ſ. quæst. 2. causa 2. & except. generali 1.

IV. Re-

IV. Regula: *Post mortem quis absolui non potest. Quæ regula approbatur simul & distinguitur per ea quæ proposita sunt* S. *quæst. 2. except. 3.*

V. Regula: *De quinta feria ante Pascha absolutione facienda & peccatis remittendis cauetur c. de pœnitentib. de consecrat. distin. 3.*

V. MODVS ET ADIVNCTA absolutionis.

I. Regula: *De iuramento præstando ab eo qui absoluitur, de parendo ecclesiæ vel excommunicatoris mandato, & de non committendo tale quid in posterum, cauetur c. ex tenore. 10. c. ad hæc. 12. c. nuper. 29. §. fin. c. venerabili. 52. de sentent. excomm. 11. q. 3. c. cum aliquis. vers. & de futuris. M. I. R. lib. 1. cap. 11. reg 65. Planè propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi absoluendus ob id, quòd excommunicato extra crimen communicauerat, fuerit excommunicatus: hic enim sine iuramento absoluitur. d. c. nuper. 29. §. is autem qui. Altera exceptio est: Nisi sine scandalo iuramentum præstari non possit: tunc enim sufficit manualis promissio. c. super eo. 51. d. tt.*

II. Regula: *Qui impeditus, quo minus à Papa vt ordinario iudice absolutionem petat, ab alio absoluitur: iurare debet, cessante impedimento se Papam accessurum, & mandatum apostolicum suscepturũ. c. de cætero. 11. §. fin. & c. ea noscitur. 13. §. fin. de sentent. excom. Concordat item* S. *q. 3. reg. except. 7. repl. 7. dupl. 1.*

III. Regula: Negratia aliquid tribuat iudex in absoluendo, cauetur 11.q.3.c. plerunq;.

IV. Regula: De impositione manus ante atrium Ecclesiæ cauetur 26.q.6.c.vlt. in fine. c.ministrare. §. publica. Huius exceptio prima est in absoluendo clerico, dist.50. c.confirmandum. & c.illud quoq; in prin. distin.82.presbyter. §. finitis tribus. Altera exceptio est: Nisi in periculo mortis constitutus absoluatur. 26.q.6.c.qui receduat, in princ.

V. Regula: De reliqua forma & solennitate absolutionis cauetur 11.q.3.c.cum aliquis.

VI. Regula: De cautione eorum qui ob hæresin excommunicati absoluuntur, & ad Ecclesiam redeant, cauetur 1.q.7.c.conuenientibus. §. item Basilius. 6. si qui voluerint. c.quoties cordis. c.saluberrimum. c.si quis episcopus. item 26.q.6.c. his qui in tempore. §. fin.

VI. EVENTVS ET CONSEquentia absolutionis.

I. Regula: Absolutus pristinum statum recipit. Cuius tamen exceptio prima hæc est: Nisi ex pluribus causis excommunicatus, ex vna tantùm non omnibus fuerit absolutus. c.cum pro causa. 27. de sentent. excomm. Concordant ea quæ proposita sunt S. quæst. 2. causa 2. except. 1. Altera exceptio est: Nisi per vim absolutio sit extorta. c.1. de his quæ vi metúsve causa, in 6. Tertia exceptio est: Nisi suppressa veritate quis sit absolutus. Hæc exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt S. except. 1. item per ea

quæ

quæ proponentur j. reg. 6. Quarta exceptio videtur: Nisi iniusta sit absolutio. Quæ tamen exceptio reprobatur c. venerabilibus. 7. §. vbi autem de sentent. excom. in 6. Quinta exceptio est: Nisi ab alio, quàm à quo debuit propter impedimentum aliquod absolutus, cessante impedimento ei, à quo absolui debuit, se non præsentauit. c. eos qui. 22. de sentent. excom. in 6. Clement. 1. §. fin. de pœnis. Sexta exceptio est: Nisi pœnitentiæ tempore nondum impleto, propter mortis periculum absolutus, illud postquam conualuit non impleat. Hæc exceptio approbatur per ea quæ proponentur j. reg. 4. Septima exceptio est quoad infamiam, quæ per absolutionem non abolet ur, per ea quæ proponentur j. reg. 8. Ideo & pœnitens ad sacros ordines adspirare prohibetur. distinct. 50. c. illud quoq; de quæ re j. lib. 3. cap. 4: quæst. 2. reg. 15. plura dicentur.

II. Regula: Absolutus in terra, erit etiam in cœlo absolutus. 24. q. 1. c. quodcunq;.

III. Regula: De hæredibus eius qui post mortem absolutus est, ad satisfactionem cogendis, cauetur 6. à nobis. 28. §. fin. de sentent. excom.

IV. Regula: Qui in periculo mortis absolutus est pœnitentiæ tempore nondum peracto, si conualuerit, illud implere tenetur. 26. q. 6. c. si quis de corpore. c. qui recedunt. §. quod si superuixerit. 6. ù qui in. §. si superuixerit. & §. fin, item c. de his verò. §. quod si desperatus.

V. Regula: Quoniam ad cautelã absolutus iurat,

quòd mandato ecclesiæ sit pariturus: vt 5. q. 4. reg. 1. in fine, replic general. 1. ostensum est: cuius mandato parere ille absolutus debeat, vtrum delegati iudicis, an excommunicatoris, definitur c. prudentiam. 21. §. si verò de his. de officio delegati.

VI. Regula: De absolutione retractanda cauetur c. ex parte 5. & c. significauit. 6. de officio ordinarij.

VII. Regula: De pœna sacerdotis absolutionem pœnitendi denegantis dicetur]. lib. 4. c. 5. reg. 50.

VIII. Regula: Infamia per restitutionem vel absolutionem non aboletur. 2. q. 3. c. Euphemium. §. hinc colligitur. c. vlt. §. abolitio enim. & §. vnde Imperatores, item l. vlt. C. de generali abolitione. l. 7. C. de sententiam passis & restitutis. Huius regulæ exceptio est: Nisi non ob pœnitentiam vel indulgentiam, sed per in integrum restitutionem fuerit absolutus. d. §. vnde Impp. in fine. & d. §. hinc colligitur. & ibi glossa. item d. c. vlt. §. fin. & l. 1. §. pro qua sententia. ff. de postulando. l. 1. & l. 13. §. fin. C. de sentent. passis & restitutis. Hæc de pœnæ remissione & absolutione sint dicta: De qua vide plura]. lib. 4. vbi de pœnitentia & iustificatione agetur. item M. I. C. lib. 1. cap. 21. Superfunt adfinia publicorum iudiciorum & accusationum remedia, de quibus nunc dicetur.

DE

DE ADFINIBVS PVBLICORUM iudiciorum & accusationum remedijs.

Cap. XIV.

PRimum accusationum remedium est, officium iudicis, quod obtinet in notorijs, in quibus sine accusatione proceditur. 2. quæst. 1. c. manifesta. 6. quæ Lotharius. c. de manifesta. c. penult. §. fin. cum c. sequente. item 4. q. 4. c. nullus. §. aliquando. 6. bonæ memoriæ. 23. §. porrò excessus. de electione. c. euidentia 9. de accusationibus. Accedit M. I. R. lib. 1. Cap. 6. reg. 31. in princ. Notorium autem crimen dicitur, quod nulla tergiuersatione potest negari. Iul. Clar. in practica §. vlt. q. 9. Iason in l. si verò. §. qui pro rei. ff. qui satisdare cog. Decius cons. 191. col. 5. Socin. cons. 83. col. 3. vol. 4. Marsil. in rubr. de probationib. nu. 216. cum sequentib. Proindè propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi ex sola fama, non ex euidentia facti crimen sit publicum. c. tua nos. 8. de cohabitat. clericor. Altera exceptio est: Nisi notorium per exceptionem defendi possit. Iul. Clarus. d. quæst. 9. vers. plus dicunt. Tertiæ exceptionis loco notandum, quòd quamuis in notorijs non sit opus solenni processu: tamen requiratur notorij allegatio & sententia. c. porrò 3. & ibi gloss. de diuortijs. 2. q. 1. c. Deus. Accedit glossa in Clem. Appellanti, in vers. alias causas, de appellation. Bartol. in l. eum qui ita. §. qui ita. col. 3. ff. de verb. obligat. & in l. cum quid.

ff. si certum petatur. col. fin. Ant. in c. peruenit, de censibus. col. 17. & Felinus istos referens in c. cum ordinem. 9. 10. & 11. col. de rescriptis. Barbat. cons. 57. visit. col. 5. Bald. in l. cum fratrem. col. 3. C. de his quibus vt indignis. Ancho. in reg. peccati venia, in primo oppo. lib. 6. Accedit item communis opinio, vt refert Viuius lib. 2. comm. opin. in verbo Notorium, num. 4. Iul. Clarus in practica q. 9. vers. præterea quaro. & vers. plus dicunt. Plura de hac re vide ff. lib. prox. cap. 19. except. 20. repl. 1.

Sunt insuper alia duo accusationum adfinia remedia, denunciatio videlicet atq; exceptio. c. super his. 16. in prin. de accusationibus. Hisce additur inquisitio. c. qualiter. 24. §. ad corrigendos. eod. tt. & c. licet Heli. 31. §. ad corrigendos. de Simonia. Sed inquisitioni tanquam causa antecedens subiici potest denunciatio. Accedit hisce purgatio canonica: de quibus singulis in sequentibus dicetur.

DE INQVISITIONIBUS.

I. *Quo iure & qua ratione subsistat inquisitio, definitur d. c. qualiter. 24. in prin. & d. c. licet. 31. §. descendam.*

II. CAVSA EX QVA SIT inquirendum, & de denunciatione.

Si de crimine alicuius fuerit denunciatum: de eo inquirendum est. d. c. qualiter. & d. §. descendam. Exemplum huius proponitur c. vlt. de accusationibus.

bus. Accedit. M.I.R. lib. 1. cap. 12. reg. 5. Præter denunciationem etiam accusatore desistente inquirendum est officio iudicis. c. 1. de colluſ. detegenda. M.I.R. d. cap. 12. reg. 6. Plana propoſitæ cauſæ ſeu denunciationis aliquot ſunt exceptiones, deſumptæ partim ex perſona denunciantis, partim ex perſona denunciati, partim ex antecedentibus denunciationem: de quibus ſequitur.

I. Exceptio: Niſi denuncians ſit infamis vel excommunicatus vel criminoſus. c. cum dilectus. 20. in prin. de accuſationib. M.I.R. d. reg. 5. except. 5.

II. Exceptio: Niſi denunciantes inuicem conſpirauerint. d. c. 20. verſ. vel ipſos conſpiraſſe.

III. Exceptio: Niſi denuncians non præmonuit denunciatum. d. c. 20. verſ. vel præfatum epiſcopum. item c. ſi quis epiſcopus. 2. c. qualiter. 24. §. ad corrigendos. eod. tt. c. licet. 31. §. ad corrigendos. & §. cum igitur. verſ. contra quos cum idem. de Simonia. c. in præſentia. 46. de ſentent. excom. 2. q. 7. c. accuſatio. §. ſed ſi quis aduerſus. c. ſi quis erga. Concordant item ea quæ habentur 5. cap. 8. quæſt. 9. reg. 1. M.I.R. d. reg. 5. except. 6.

IV. Exceptio: Niſi denuncians in crimen non inſcripſerit. Reprobatur c. ſuper his. 16. in princ. c. qualiter. 24. §. verùm ita voluerunt. de accuſationibus. M.I.R. d. reg. 5. except. 7.

V. Exceptio: Niſi denuncians inimicus ſit denunciati. c. cum oporteat. 19. c. inquiſitionis. 21. §. tertiæ, verſ. aut etiam aduerſus. & c. qualiter. 24.

§. ex quibus. verſ. non quidem à maleuolis. de accuſationibus.

V I. Exceptio: Niſi fama delati ſit integra. d. c. cum oporteat. 19. verſ. niſi ſuper prædictis. & d. §. tertia. verſ. nullum eſſe pro crimine. & d. §. ex quibus. verſ. ſi per clamorem. item d. c. qualiter. 24. §. verùm ita voluerunt. verſ. ſed cum ſuper. & §. ad corrigendos. verſ. & inquiſitionem clamoſa. item c. licet. 31. §. ad corrigendos. verſ. & inquiſitionem. de Simonia. M. I. R. d. reg. 5. except. 10. Declaratur exceptio propoſita definitione diffamati d. c. inquiſitionis. 21. §. quæſiuiſti. & d. §. ex quibus. verſ. non quidem de accuſationibus. Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi exceptio iſta initio inquiſitionis non fuerit oppoſita. c. ſi is cui. 2. de accuſat. in 6. M. I. R. d. except. 10. repl. 1. Altera replicatio eſt: Niſi delatus crimen ſit confeſſus. c. 1. eod. tt.

V II. Exceptio: Niſi prælatus ſit delatus. Hæc exceptio reprobatur d. §. ex quibus. Hæc de cauſa inquiſitionis, eiusq; exceptionibus ſint dicta.

III. QVI INQVIRENT, ET quibus præſentibus?

I. Regula: De ſenioribus eccleſiæ cauetur d. §. ex quibus. verſ. debet coram eccleſia. & d. c. licet. 31. §. nam iuxta. verſ. ſed coram eccleſia.

II. Regula: De præſentia eius, aduerſus quem inquiritur, cauetur c. qualiter. 24. §. debet igitur. de accuſationibus.

IV. EX

IV. EX QVIBVS INquirendum?

Ex inimicis delati & periuris inquirendum non est, sed ex viris idoneis & fide dignis. c. cum oporteat. 19. vers. quod si ad. de accusationibus. Planè in crimine Simoniæ sola exceptio conspirationis & inimicitiarum capitalium aduersus testes admittitur, cætera non item. d. c. licet. 31. §. cum igitur, & 6. per tuas. 32. de Simonia.

V. QVAE INQVIRENDA?

Permittuntur hac arbitrio inquirentis. c. olim. 26. vers. inquiratis quæ circa personas & obseruantias regulares videritis inquirenda. de accusationibus.

VI. MODVS ET ADIVNCTA inquisitionis.

I. Regula: De inscriptione in crimen. Hæc in denunciationibus necessaria non est, per ea quæ proposita sunt §. q 2. excep. 14.

II. Regula: De capitulis ei, contra quem inquiritur, exponendis cauetur c. qualiter. 24. §. debet igitur. vers. & exponenda sunt. de accusationib. M. I. R. lib. 1. cap. 12. reg. 53.

III. Regula: Non tanquam accusator & iudex, sed ex officio prælatus inquiret. d. c. qualiter. 24. §. ex quib. vers. nonnunquam idem sit. & c. licet. 31. §. descendam. vers. non tanquam sit. de Simonia.

IIII. Regula: Debet inquisitor ordinem inquisitionis debitum seruare: quo non seruato, prudenter

denter & cautè se corrigere debet. c. qualiter. 17. in prin. de accusationib. M. I. R. d. cap. 12. reg. 42. Quis autẽ sit ordo inquisitionis debitus, definitur c. qualiter. 24. §. ad corrigendos. vers. illo semper adhibito. eod. tt. & d. c. licet. 31. §. descendam. vers. eo semper adhibito. M. I. R. d. reg. 42. Ex quibus patet, ordinem iudiciarium in inquisitionib. quoq; seruandum esse. Qua tamen regula exceptionem recipit in personis regularibus, d. §. ad corrigendos, in fine. & c. olim. 26. vers. in negocio. eod. tt.

V. Regula: Non facilè inquirendum aduersus prælatum: & ea quæ superius de persona denunciantis & testibus dicta sunt, diligentius aduersus prælatum sunt obseruanda. d. c. qualiter. 24. §. licet autem.

VI. Regula: De inhibitione denunciato facienda cauetur. c. cum dilectus. 20. §. fin. & c. vlt. §. fin. de accusationib. Item de suspendendis sententijs post denunciationem latis cauetur c. olim. 26. eod. tt.

VII. Regula: De iuramento ab ijs ex quibus inquiritur, præstãdo cauetur c. qualiter. 17. §. formam verò. de accusationib.

VIII. Regula: De iuramentis, alijsq; obligationibus, quibus subditi prælato de tacenda veritate obstricti sunt, relexandis cauetur c. olim. 26. vers. iuramentis si qua. d. tt. & c. quia plerique. 4. de officio ordinarij, in 6.

IX. Regula: Subditi nihilominus interim prælato, aduersus quem inquiritur, obedientiam debent, salua

saluo tamen inquisitionis negocio. d. c. olim. 26. vers. prouiso vt.

X. *Regula: De nominibus & dictis testium ei, contra quem inquiritur, edendis cauetur c. qualiter. 24. §. debet igitur. vers. & non solum dicta. c. olim. 26. §. si verò testes. de accusationib.*

XI. *Regula: De exceptionibus eius, contra quem inquiritur, admittendis cauetur d. §. debet igitur. vers. nec non exceptiones. Cuius regula exceptio est: Nisi confessus sit crimen sine vlla exceptione. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur c. cum dilecti. 18. d. tt.*

XII. *Regula: Si per modum inquisitionis crimen probatum fuerit: regulariter arbitraria, non ordinaria pœna reo imponitur. c. inquisitionis. 21. in prin. & c. qualiter. 24. §. verùm ita. vers. quatenus si fuerit. de accusationib. Accedit M. I. R. lib. 1. cap. 8. quæst. 6. reg. 32. & cap. 12. reg. 57. Cuius exceptio est: Nisi tale crimen sit, quod etiam post pœnitentiam impediret suscipi ordinis executionẽ. d. c. 21. in prin. vers. in quo quidem duximus distinguendum.*

XIII. *Regula: Si crimen probatum non fuerit, purgatio canonica delato indicitur. c. cum oporteat. 19. §. fi. & c. inquisitionis. 21. §. quæsiuisti. vers. sed infamato. & c. accedens. 23. §. si verò contra eum. de accusationibus.*

XIV. *Regula: De pœna denunciantis non probantis cauetur c. 1. cum sequente. de calumniatoribus. Concordant ea quæ proposita sunt §. cap. 11. de calum-*

calumniator. quæst. 3. reg. 2 & quæst. 4. Accedit M. I. R. d. c. 12 reg. 59. vbi mutatur.

XV. Regula: De relatione actorum ad Papam facienda cauetur c. vlt. §. discretioni vestræ. de accusationibus.

XVI. Regula: Monachis denunciantibus expensæ ex bonis monasterij suppeditandæ. c. ex parte. 11. vers. quibus si quidem. & c. olim. 26. §. prædictis autem. d. tt. Hæc de inquisitionibus in genere sint dicta. De inquisitione hæreticæ prauitatis infrà suo loco specialiter agetur. Sed & plura de inquisitionibus dicentur. lib. 4. cap. de concilijs.

DE PVRGATIONE canonica.

Est insuper publicorum iudiciorum adsine remedium, citatio ad purgandum: de qua nunc dicetur.

I. CAVSA EX QVA COMPETIT purgationis remedium.

Si quis de crimine aliquo sit suspectus, nec tamen de eo possit conuinci: ad purgandum se citari potest. 2. q. 5. c. presbyter. c. qua de causa. c. presbyter. c. si mala. c. quoties, in princ. c. omnibus. 6. q. 5 c. vlt. 15. q. 5. in princ. cum c. sequente. item De cohabitat. clericor. c. tuanos. 8. §. fin. item De purgatione canonica c. si quis de gradu. 4. in fine. & c. quoties. 5. Accedit M. I. R. lib. 1. cap. 6. reg 33. Ex his patet, nisi reus argumentis quibusdã suspectus sit, eum ad purgandum citari non debere. quod primæ exceptionis loco notandũ. Cui concordat c. cum in iuuentute. 12.

de

de purgatione canonica. Altera exceptio est: Nisi crimen notorium sit, vel probari possit. Et hæc exceptio ex supradictis constat. Cui concordat c. cum dilectis. 15. vers. dicitur enim. d. tt. Tertia exceptio est: Nisi causa apud alium iudicem pendeat. d. c. cum dilectis. 15. vers cum iudicio pendente. & c. nos inter. 6. eod. tt. Quarta exceptio est: Nisi antea semel se purgauerit. Cuius exceptionis tanquam ipso iure subsistentis replicatio prima hæc est: Nisi lite pendente alius purgationem ei indixerit. d. c. 15. vers. purgationem ei canonicam indicantis. Altera replicatio est: Nisi vulgari modo sese antea purgauerit. c. ex tuarum 8. de purgat. canonica. Quinta exceptio est: Nisi nullus accusator existat. Quæ exceptio videtur approbari per ea quæ habentur 2 q 5. in princ. Verùm istis non obstantibus, exceptio proposita reprobatur ijs quæ §. ead. quæst. in princ. sunt proposita. Concordat d. q. 5. c. super causa. item De purgatione canonica c inter sollicitudines. 10. §. nec illud. Sexta exceptio est: Nisi de defectu natalium sit diffamatus. Quæ tamen exceptio reprobatur. c. accedens. 14. d. tt. Septima exceptio videtur: Nisi monialis fœmina suspecta sit. Sed & hæc reprobatur c. moniales. 3. d. tt. Octaua exceptio videtur: Nisi reus non vltrò se velit purgare. Quæ exceptio videtur approbari 2. q. 5. c. mandastis. & c. quoties. §. fin. cum c. sequente. Sed hisce non obstantibus, exceptio proposita reprobatur d. q. 5. c. auditum. §. fin. & c. vlt. in fine.

II. VBI

II. VBI ET APVD QVEM se purgare debeat?

I. Regula: Coram proprio episcopo se purgare debet. c. nos inter. 6. vers. ad purgationem est per ipsum episcopum compellẽdus. de purgat. canonica.

II. Regula: De episcopo loci, vbi est diffamatus, cauetur c. inter sollicitudines. 10. §. ipsum igitur. de purgatione canonica.

III. Regula: Non in publico examine, sed in secreto iurandum. 15. q. 5. c. de crimine. vers. non in publico. Planè propter famam publicam vel euitandum tumultum in publico iuratur. 2. q. 5. c. omnibus. §. ipse ergo sacerdos. vers. corã populo. c. presbyter. vers. in medio. item distin. 23. c. illud statuendum. vers. sub aspectu publico.

III. QVOMODO PVRGATIO facienda?

I. Regula: Iuramento se purgabit. d. c. de crimine. vers. iuramento se purificet. Ab hac regula videbantur excipiendi clerici, qui iurare prohibentur 2. q. 5. in prin. vers. authoritate quoq;. & c. si quis presbyter. Sed hisce non obstantibus, exceptio proposita reprobatur d. c. presbyter, cum alijs ſ. q. 1. in princ. propositis. Et huic obiectioni respondet Gratianus d. c si quis presbyter, in fine.

II. Regula: Cum septem vel quinque socijs sui ordinis pro arbitrio prælati iurare debet. c. ex tuarum 8. §. mandamus. vers. vt cum septima. de purgat. canonica. 2. q. 5. c. si legitimi. c. presbyter. vers. septem

septem sibi collegas. c. si mala. vers. cum denominatis. c. quoties. vers. vt tertia manu. c. omnib. §. ipse ergo sacerdos. vers. cum tribus aut cum quinq;. Sane augetur numerus compurgatorum pro atrocitate criminis, d. §. ipse ergo sacerdos. vers. vel eo amplius. Sic quatuordecim indicuntur c. inter sollicitudines. 10. §. attendentes. de purgat. canonica. Septuaginta duo indicuntur 17. q. 4. c. qui presbyterū.

III. Regula: Compurgatores debent esse honesti, vel saltem de crimine nō condemnati, quibus suspectus sit notus. c. cum P. 7. in princ. c. constitutus 9. c. inter sollicitudines. 10. §. ipsum igitur. vers. ita tamē vt qui ad eius. & c. cum dilectus. 11. de purg. canon.

IV. Regula: Compurgatores in purgando impediendi non sunt. d. c. cum P. 7. §. fin.

V. Regula: Principalis reus de veritate, compurgatores de credulitate iurare debent. c. quoties. 5. §. fin. c. de testib. 3. c. accepimus. 16. de purgat. canon. 2. q. 5. c. presbyter. c. quoties. §. pœnā expurgationis.

VI Regula, de purgatione vulgari ferri candentis vel aquæ calidæ prohibita proponitur c. vltim. de purgat. vulgari 2. q. 5. c. Mennam. §. vulgarem. c. omnibus. 9 fin. cum c. sequente. Huius regulæ exceptio est in seruis & infamibus, qui ingenui non sunt. d. q 5. c nobilis. item c. 1. de purgat. canonica. & 17. q. 4. c. qui presbyterum.

VII. Regula: De purgatione quæ fit per duellum, prohibita cauetur c. 1. & sequente. de purgat. vulgari. 2. q. 5. c. monomachiam.

VIII. Regula: De purgatione, quæ ex lege Mosaïca descendit, prohibita cauetur d.q. 5.c. in libro.

IX. Regula: De purgatione, quæ fit per communionem corporis Christi, approbata cauetur d. q. 5. c. sæpe contingit. & c. vlt. in princ.

IV. ANTECEDENTIA.

De suspendendo purgando à beneficio & officio cauetur c. inter sollicitudines. 10. in prin de purgat. canon. 2. q. 5. c. presbyter §. c. accusatum.

V. EVENTVS.

I. Regula: Si suspectus se purgare nolit, pro conuicto habetur. d. c. inter sollicitudines. 10. §. fin. & c. cum P. 7. §. deficientem. eod. tt. 2. q. 5. c. vlt. in princ. item c. tua nos. 8. §. fin. de cohabitat. clericor. Huius regulæ exceptio est: Nisi vulgaris ac prohibita purgatio ei indicatur. Quæ exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt §. quæst. 3. reg. 6. & 7. Plures exceptiones vide §. q 1.

II. Regula: Vno ex pluribus se purgare volente tam suo quàm sociorum nomine, ijs consentientibus: si deficiat in purgatione, cæteri quoq; pro conuictis habentur. 2. q. 5. c. statuit.

III. Regula: Si suspectus se purgauerit, absoluendus at restituendus est. c. ex tuarum. 8. §. fin. & c. inter sollicitudines. 10. §. purgatione verò. de purgat. canonica. 2. q. 5. c. habet. c. Mennam, in prin. c. quanto. & c. quoties. §. quod si prædictus. item 15. q. 5. c. de crimine. §. fin.

VI. AD-

VI. ADFINIA PVRGATIONIS remedia.

I. Regula: Vt suspectus admoneatur de se corrigendo: quod nisi fecerit, suspendatur, cauetur c. si quis presbyter. 2. de purgat. canon. 35. q. 6. c. si duo.

II. Regula: Vt in notorijs & ijs quæ probantur condemnetur, cauetur per ea quæ proposita sunt ſ. q. 1. except. 2. Hactenus de publicis iudicijs in genere actum est: sequitur de ijsdem in specie.

DE PVBLICIS IVDICIJS in specie.

Cap. XV.

I. DE LAESA MAIESTATE.

I. CAVSÆ EX QVIBVS ACCVSATIO læsæ maiestatis competit.

PRima causa: Si conspiratio facta sit. 11. q. 1. c. coniurationum. c. conspirationum. c. si qui clerici. c. si clerici. & c. si qui clericorum.

II. Causa: Si subditus magistratum suum vel eius officiales interfecerit, cœperit, debellauerit. c. ad aures. 10. de pœnis. c. vnico, de pœnis, in extrauag. Ioann. XXII. 6. q. 1. c. si quis cum militibus. l. 5. in princ. C. ad l. Iul. Maiestatis.

III. Causa: Si cuius dolo malo hostes populi Christiani commeatu, armis, telis, equis, consilio vel auxilio iuuentur, c. ita quorundam. 6. c. quod olim.

12. & 6. ad liberandam. 17. de Iudeis. Concordat item M.I.C.lib.1.c.22.q.1.causa 13. M.I.R.lib.1.c.13. crimin.1.reg.5. Huius causæ exceptio prima hæc est: Nisi pro redimendis captiuis pecuniam vel merces ad hostes transtulerit.c.significauit.11. in prin. eod. tt. Altera exceptio videtur: Nisi tempore pacis arma vel quid simile ad hostes transtulerit. Sed reprobatur d.c.significauit.§. illi quoq;.

IV. Causa: Si Papa maledixerit. c.1.de maledicis. Secus, si imperatori maledixerit. l. vnica. C. si quis Imperatori maledixerit.

V. Causa: Si Imperatorem aut magistratum contumeliæ affecerit. Apostol. canon. 83.

Exceptio præcedentium causarum generalis.

Hactenus causas propositæ accusationis enumerauimus, quarum tamen vide plures M.I C.d. quæst.1. Harum autem causarum exceptio generalis hæc est: Nisi reus socios criminis prodiderit, & coniurationem detexerit.6.q.1.c. si quis cum militibus. §. sanè si quis ex his l.5. §. fin. C. ad l. Iul. Maiestatis.

II. ADVERSVS QVOS ACCVsatio proposita competit?

I. Regula: De filijs damnatorum cauetur d.c. si quis cum militibus. §. filij verò. & d.l.5. §. filij verò eius. M.I.R. d.crim.1.reg.10.

II. Regula: De eo qui pro damnato apud Principem intercedit, cauetur ibidem §. denique.

III.

III. QVID VENIAT IN hoc iudicio?

Pœnæ criminis læsæ maiestatis expositæ sunt sub singulis causis §. q. 1.

IV. EVENTVS HVIVS iudicij.

De præmio delatoris cauetur d. c. si quis cum militibus. §. sanè si quis ex his. & d. l. 5. §. sanè si quis. Hæc de læsa maiestate: de qua tamen vide plura M. I. C. d. c. 22.

II. DE VI PVBLICA & priuata.

I. CAVSA HVIVS IVDICII.

Si quis alicui vim fecerit: hoc iudicio accusari potest. Quæ causa cum suis speciebus approbatur M. I. C. lib. 1. cap. 23. quæst. 1. Eius autem exceptio prima hæc est: Nisi magistratus alicui vim fecerit. 23. q. 5. c. non est. c. qui malos. & c. iudex. Huius replicatio est: Nisi magistratus aliter quàm ei ius est, vim fecerit. de qua re vide M. I. C. de quæst. 1. except. generali 1. Altera exceptio est: Nisi iussu magistratus vim fecerit. 23. q. 4. c. duo ista. §. fin. cum c. sequente.

II. APVD QVEM competat?

Ab eius loci magistratu puniendus est reus, in quo crimen commisit. c. 1. de raptoribus. l. 28. §. famosos. ff. de pœnis. Concordant ea quæ proposita sunt §. cap. 6. quæst. 7. reg. 1.

III. QVID VENIAT IN hoc iudicium?

I. Regula: De excommunicatione cauetur d.c. 1. & c. excommunicationi. 3. eod. tt. item. 23. q. 8. c. si quis membrorum. & c. pessimam.

II. Regula: De pœna huius criminis Lombardica & seculari cauetur 12. q. 2. c. cum deuotissimam. c. si seculi. Hæc de vi publica & priuata: de qua tamen vide plura M. I. C. d. c. 23.

III. DE RAPTV FOEminarum.

I. CAVSAE HVIVS iudicij.

I. Causa: Si quis mulierem per vim rapuerit & stupraverit. Quæ causa approbatur M. I. C. lib. 1. c. 24. q. 1. in princ. Declaratur definitione raptus 27. q. 2. c. raptus. 36. q. 1. c. raptus. 1. c. lex illa. Accedit M. I. R. lib. 1. cap. 13. crim. 3. reg. 1.

II. Causa: Si in vxorem appetierit virginem Deo dicatam. 36. q. 2. c. si quis non dicam. De pœnitent. distinct. 1. c. si quis non dicam. l. 5. C. de episcopis & clericis.

Planè causarum iam propositarum exceptio prima hæc est: Nisi quis sponsam suam rapuerit. c. cum causa. 6. de raptoribus. 27. q. 2. c. lex illa, in princip. Contradicit l. vnica. §. quæ multo magis, in fine. C. de raptu virginum. Altera exceptio est: Nisi consensus raptæ accesserit. d. c. cùm causa. 6. vers. iste raptor dici non debet. 36. q. 1. c. vlt. §. ex hac authoritate,

tate. Contradicit d.l.vnica.§.pœnas.& l.41.§.fin. C.de episcopis & clericis. M.I.R. d.reg.1. excepr.2. Tertia exceptio est : Nisi raptor ad ecclesiam confugerit.d.c.vlt.in princ.& d.c.lex illa.§ fin.

II. ADVERSVS QVOS competit?

Etiam consentientes raptui eadem pœna plectuntur.36.q.2.c.si quis virginem. c. eos qui. c. de puellis.

III. QVID VENIAT IN hoc iudicio?

I. Regula: Raptor vltimo supplicio punitur.36. q.1.c.lex illa.§. penult. Concordant ea quæ habentur D.I.C. lib.4. cap.3. quæst.1. in princ. M.I.R.d. crim.3. reg.2.

II. Regula: De pœna excommunicationis habetur 36.q.2.c. eos qui. c.raptores.c. si quis virginem. & c.nullus.Apostol.canon.66.

III. Regula : De pœnitentia publica cauetur 27.q.2.c.raptor,in princ.& c. statutum.

IIII. EVENTVS RAPTVS ET propositæ accusationis.

I. Regula: Castitas rapta non est ablata.32 q.5. in princ. cum sequentibus vsque ad c. si Paulus apostolus. Concordant ea quæ habentur j. lib.4. cap.18. causa 3. except.5.

II. Regula : Rapta cæteris virginibus se exæquare non debet. d.q.5.c. qui viderit. §. fin. cum c. sequente.

III. Regula: Raptor raptam in vxorem ducere tenetur, non aliam. Apostol. canon. 66. Hæc de raptu fœminarum: de quo tamen vide plura D.I.C. d. cap. 3.

IV. DE HOMICIDIO.

I. CAVSÆ HVIVS iudicij.

I. Causa: Si quis hominem occiderit: proposita accusatione tenetur. 23.q.5.in princ. Concordat D. I.C. lib.4. cap.4. quæst.1. causa 1. M.I.R. lib.1. c.13. crim 4. reg.1.

II. Causa: Si quis hominis necandi causa cum telo ambulauerit. de pœnitent. dist.1. c. quisquis. §. item ad legem. l.7.C. ad l. Cornel. de sicarijs. Concordat D I.C. d.q.1. causa 2.

III. Causa: Si mortis causam præbuit. 23.q.5.c. cum homo. §. & aliquando. l.15.ff ad l. Cornel. de sicarijs. M.I.R.d.crim 4. reg.10. Exempla huius causæ vide D.I.C.d. quæst.1. causa 5. cum sequentibus. Planè propositæ causæ exceptio prima hæc est: Nisi quis licitum faciens alteri mortis causam præbuit. d. §. & aliquando. vers. nec tamen omnis & d.q.5. c. de occidendis. §. vnde nec reus. Altera exceptio est: Nisi occasionem tantùm dedit remotiorem, & prohibuit ne fieret homicidium. Quæ exceptio approbatur exemplo c. Petrus. 17. de homicidio. Plura de causa proposita vide 3. quæst. proxim. reg. 2. cum sequentibus.

IV. Causa: Si quis causa fuerit abortus. 32.q.2.c. aliquan-

aliquando. §. fin. cum sequentibus, vsq; ad c. sicut femina. M. I. R. d. crim. 4. reg. 7. Huius causæ exceptio hæc est: Nisi id quod in vtero est, nondum fuerit animatum. Quæ exceptio approbatur in iam allegatis locis. Concordat. d. q. 2. c. sicut femina. item de homicidio c. sicut. 20. Concordant item ea quæ habentur D. I. C. d. quæst. 1. causa 8. vbi extra ordinem hoc casu pœna imponitur. Contradicere tamen videtur j. causa prox.

V. Causa: Si quis venena sterilitatis dederit, quo mulier non concipiat, vel vir generare non possit. c. si aliquis. 5. de homicidio.

VI. Causa: Si cum posset hominem à morte liberare, non liberauit. c. sicut dignum. 6. §. illi etiam. vers. quia cum scriptum sit. d. 11.

VII. Causa: Omnis iniquitas, oppressio & iniustitia ad sanguinis iudicium pertinet. de pœnitent. distinct. 1. c. omnis. & c. homicidium.

VIII. Causa: Si quis fratrem suum odit, vel ei detrahit. d. distinct. 1. c. homicidiorum.

IX. Causa: Si quis fratri suo mala persuadet. d. distinct. 1. c. noli putare.

De exceptionibus præcedentium causarum generalibus.

Hactenus causas propositæ accusationis enumeranimus, ex quibus tamen posteriores non ad fori, sed poli iudicium pertinent: alioquin iudex cum reo sæpe vltimo supplicio esset afficiendus, nec quisquam fere ab homicidio esset immunis. Sed plures propo-

siti iudicij causas vide D.I.C. d. quæst.1. Planè istarum causarum exceptiones aliquot sunt generales siue communes, quæ sequuntur.

I. Exceptio: Nisi casu, nõ proposito homicidium sit factum. distinct. 50. c. eum qui. c. frater. c. quantum. c hi qui. c. sæpe contingit. c. si duo. item De homicidio c. lator. 9. 23. q. 5. c. si homicidium. item l. 1. & l. 5. C. de sicarijs. Sed & concordant ea quæ habentur} lib. 3. cap. 5. reg 74. except. 1. Plane exceptio proposita distinguitur quodammodo in infante noctu per negligentiam oppresso, 2. q. 5. c. consuluisti. §. hi autem qui probantur. Si tamen ignoretur, vtrũ à patre, an matre infans oppressus sit, impunitum est facinus. c. de infantib. 3. de his qui filios occiderunt. Plures replicationes vide d. except. 1.

II. Exceptio: Nisi sui vel alterius defendẽdi causa quis homicidium fecerit. 13. q. 2. c. vlt. vers. si autem à veridicu. 23. q. 5. c. cum homo, in princ. c. si homicidium. c. non est iniquitatis. Concordant item ea quæ habentur D.I.C. lib. 4. c. 4. quæst. 1. except. generali 3. & M.I.R. d. reg. 10. except. 5. & 13. Planè propositæ exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi quis etiam sine homicidio se defendere, vel alium liberare potuit: hoc enim casu imponitur homicidæ pœnitentia. c. interfecisti. 2. de homicidio. Altera replicatio est: Nisi modum inculpatæ tutelæ excessit. c. significasti. 18. fin. eod. tt. Plura de exceptione proposita vide d. reg. 74. except. 2.

III. Exceptio: Nisi quis furem in furto deprehensum

hensum occiderit.c.si perfodiens.3.de homicidio.l. 4.ff.ad l.Aquilium.M.I.R.d.reg.10.except.17.Huius replicatio prima haec est: Nisi furem diurnum occiderit.d.c.3.vers.si autem oriatur sol super eum. & & vers.si autem diurnus fuerit. Concordat D.I.C. lib.4.cap.4.quaest.1.except general.7.repl.3.M.I.R. d.except.17.repl.4. Altera replicatio est: Nisi furi nocturno parcere sine suo periculo potuit. c.interfecisti.2.& c.suscepimus.10.de homicidio.l.9.ff.ad l.Cornel.de sicariis.M.I.R.d.except.17.repl.2.

IV. Exceptio: Nisi quis excommunicatum zelo religionis occiderit.23.q.5.c.excommunicatorum. & c.quis enim.

V. Exceptio: Nisi Dei causa quem occiderit.23. q.8.c.legi.c.occidit.c.Petrus.

VI. Exceptio: Nisi hominem mori dignum occiderit.reprobatur 23.q.5.c.cum minister.c.pen.§. fin.cum c.sequente.23.q.8.c.penult.M.I.R.d.crim. 4.reg.10. except.25.

VII. Exceptio: Nisi maritus vxorem in adulterio deprehensam occiderit.reprobatur 33.q.2.c. interfectores,cum c.sequente. c.admonere.§ primum. causa. vers. occidere tamen eam.c.si quod verius,in princ. & §. in praemissis. Contradicit hisce l.24.in princ.ff.ad l.Iul. de adulteriis. Plura de exceptione hac vide D.I.C. lib.4.c.4.q.1.except.10.& M.I.R. d.crim.4.reg 10. except.21.

VIII. Exceptio: Nisi magistratus vel iudex aliquem occiderit,23.q 5.c.reos. §. prohibetur.c.de

occidendis, in princ. c. officia. c. cum homo, in prin. C. non fruſtrà. c. non eſt crudelis. c. qui malos. c. ſi homicidiũ. Huius replicatio eſt: Niſi aliter quàm ei ius eſt, occiderit. l. 4. in princ. ff. ad l. Cornel. de ſicariis.

IX. Exceptio: Niſi iuſſu Dei aliquem occiderit. 23. q. 5. c. lex aterna. & c. vlt.

X. Exceptio: Niſi eum quem iudex occidi iuſſit, occiderit. d. q. 5. c. miles. c. ſi homicidium. Huius replicatio eſt: Niſi non iuſſus à iudice, ſed ſua ſponte occiderit. d. c. miles, verſ. quod ſi ſua ſponte.

XI. Exceptio: Niſi infans occiſus ſit. reprobatur de pœnitent. diſtin. 1. c. ſi quis necandi. l. 8. C. ad l. Cornel. de ſicariis. Hæc de cauſis propoſitæ accuſationis, earumq; exceptionib ſint dicta: quarũ tamen plures vide ꝫ lib. 3. c. 5. reg. 74. item D. I. C. d. c. 4. q. 1.

II. ADVERSVS QVOS HOMICIDII accuſatio competit?

I. Regula: De pluribus qui percuſſerunt occiſum, cauetur 23. q. 8. c. vlt. l. 11. §. ſed ſi plures. l. 51. verſ. idq; eſt conſequens. ff. ad l. Aquiliam.

II. Regula: De eo qui cauſam & occaſionem homicidio dedit, vide s. quæſt. prox. cauſa 3.

III. Regula: De eo qui poſt homicidium perpetratum ad capiendum vel occidendum venit, cauetur c. ſicut dignum. 6. §. illi autẽ qui. de homicidio.

IV. Regula: De eo qui excubias egit, vt turò cõmitteretur homicidium, cauetur d. c. 6. §. illi etiam.

V. Regula: De eo qui iuſſit vel ſuaſit homicidium fieri, cauetur d. c. 6. §. qui verò, item c. Henricus. 2. de clericis pugnantib.

VI. Regula: De eo qui sarcinam homicidæ custodiuit, dum homicidium committeretur, cauetur d.c.6.§. hi quoq;.

VII. Regula: De eo qui bona occisi occupauit, cauetur d.c.6.§. eos insuper.

III. QVID VENIAT, SEV DE pœna homicidij.

I. Regula: Vtrum vltimo supplicio homicidium sit puniendum? controuertitur per ea quæ proposita sunt §. cap.7 in princ.

II. Regula: De pœna eius qui per assassinos occidit, cauetur c.1. de homicidio, in 6. Accedit. M.I.R.d. crim.4. reg.18.

III. Regula: De pœna subditi vel vasalli prælatum vel dominum occidentis cauetur c. ad aures. 10. & c. in quibusdam. 12. de pœnis. item 33. q. 2. c. quicunq; in fine.

IV. Regula: De pœna eorum qui armati interfuerunt, cum aliquis caperetur, qui captus postea occisus est: item eorum qui consilium dederunt, cauetur c sicut dignum. 6. §. clericos. de homicidio.

V. Regula: De pœna matris per ivacundiam infantem occidentis cauetur c.1. de his qui filios occiderunt. De pœna eius quæ noctu infantem oppressit, vide §. q.1. except 1.

VI. Regula: De pœna eius qui vxorem suam occidit, cauetur 33.q 2.c.quicunq; & c. admonere.

VII. Regula: De pœna eius qui clericum occiderit, cauetur 17.q.4.c. qui occiderit, c. qui subdiaconum,

conum. c. qui presbyterum. Huius exceptio est: Nisi non stola vestitus in itinere occidatur. d. q. 4. c. vt presbyteri.

V. III. Regula: De depositione & excommunicatione homicidæ, Apostol. canon. 64. Accedit M. I. R. d. crim. 4. reg 21. Plures huiusmodi pœnas vide S. quæst. prox. sub singulis regulis: item quæst. 1. sub singulis causis.

IV. ADIVNCTA HVIVS indicij?

Cum dubitatur, vtrum ex vulnere decesserit, nécne? præsumitur ex vulnere decessisse, ne vulnerans in sacris ordinibus militet. c. ad audientiam. 12. §. quia verò vtrum. & c. significasti. 18. §. quod si discerni. de homicidio. Hæc de homicidio: de quo tamen vide plura D. I. C. lib. 4. cap. 4.

V. DE PLAGIARIIS.

Pœna plagiariorum est, vltimum supplicium. c. 1. de furtis. l. 7. C. ad l. Fauiam de plagiarijs. & Instit. de publicis iudicijs. §. est & inter. Plura de hoc crimine vide D. I. C. lib. 4. cap. 6.

VI. DE ADVLTERIIS & stupro.

I. CAVSAE HVIVS ACcusationis.

I. Causa: Si quis fornicatus fuerit, vel adulterium commiserit. 27. q. 1. c. nubendi. §. fin. item distinct. 88. c. fornicari. M. I. R. lib 1. cap. 13. crim. 7. reg. 1. in prin. Declaratur causa proposita definitione & differentia

ferentia fornicationis, stupri & adulterij, 36.q.1.c. lex illa. §. sed non omnis, cum sequentib. M. I. R. d. reg. 1 in princ. Sanè omnis illicitus coitus definitur adulterium esse, 32.q.4.c.nemo & 32.q.5.c.illa aũt. §.cum ergo.vers.at.n.ait. Differentia tamen stupri & adulterij traditur l.6. §.lex stupriũ. l.34. §.fi.ff. ad l.Iul. de adulterijs. l.101.in prin.ff.de verb.signif.

II. Causa: Omnis coitus extra legitimũ matrimoniũ punitur.d.c.nemo.§. quidquid & d.§. cum ergo.item 32.q.4.c.sic non.§. fin.c. meretrices. c.in eo.c.Salomon.& 32.q.5.c.non mœchaberis.

III. Causa: Amor vxoris immodicus & libidinosius punitur.d.q.4.c.origo.c.recurrat.§.fi.c.in eo. §.fin.& c liberorum, in princ.

IV. Causa: Sola quoq; concupiscentia punitur. de pœnitent. dist.1.c.si cui etiam 32.q.7.c.non solùm. Sed hæc ad iudicium poli non fori pertinent. In foro enim nemo cogitationis pœnam sustinet, vt 8. cap.6.quæst.3. except.10. est ostensum.

V. Causa: Si coniunx coniugem in adulterio deprehensum retinuerit.c.si vir.3. in princ. de adulterijs 32.q.1.in princ.c.sicut.c.dixit.vers. imò cum illa.c.si quis vxorem.c.apud misericordem.§. quod si in adulterio. & §. vnde in nono. item 34.q.1.c. penult.in prin.& l.2 C.de adulterijs. Huius causæ exceptio prima hæc est: Nisi coniunx adulter pœnitentiam egerit. d.c. penult. vers. quid si mulier. & 32. q.1.c. si quis vxorem. Concordant ea quæ habentur 1. causa proxim. except.1. Altera exceptio videtur:

Nisi

Nisi non maritus vxorem, sed vxor maritum adulterum retinuerit. d. c. apud misericordem. §. crimen lenocinij. Sed hisce non obstantibus, exceptio proposita reprobatur d. c. si quis vxorem. vers. similiter si virum. Tertia exceptio est: Nisi maritus ignorauerit vxorem adulteram esse, vel contrà. 34. q. 1. c. penult. vers. quamdiu peccatum eius. Plura de causa proposita vide D. I. C. lib 4. cap. 7. quæst. 2. causa 12.

VI. Causa: Si coniunx coniugem dimissum reduxerit. 34 quæst. 1. c. non satis. §. rem nouam. vers. cumq; egressa. Concordant ea quæ habentur D. I. C. d. quæst. 2. causa 14. in princ. Eius autem exceptio prima hæc est: Nisi repudiatus repudiatáve pœnitentiam egerit. c si vir sciens. 3. §. fin. de adulterijs. 32. q. 1. c. de benedicto. c. quod autem. & c. non erit. Concordat item §. causa prox. except. 1. Altera exceptio est: Nisi ob aliã quàm adulterij causam quis vxorem dimiserit: hanc enim recipere non prohibetur. 28 q 1. c. si quis gentilis. Plura de causa proposita vide D. I. C d. causa 14.

VII. Causa: Si quis ab alio repudiatam vxorem duxerit vel si qua repudiato nupserit. 31. q 1. c. denique. §. prima authoritas. 32. q. 1. c. dixit. q. 7. c. licitè, in princ. c. dominus, in fine. c. omnes. § qui dimittit. vers & qui dimissam item 34. q. 1. c. non satis. §. rem nouam vers. cumq; egressa. Plura de causa proposita vide D. I. C. lib 4 cap 7. q. 2. causa 15.

VIII. Causa: Si incestus crimen sit commissum. Hæc causa approbatur per ea quæ habentur §. lib. 4. tap. 12.

cap.12.quæst.6.reg.10.cum sequente. M.I.R. d.crim. 7.reg.3. Declaratur definitione incestus 36 q.1. c.lex illa. §. incestus est l.39. & l.vlt. ff. de ritu nuptiar. M. I.R.d.reg.3. Plura de causa proposita vide D.I.C. quæst.2. causa 16.

IX. Causa: Si quis duas vxores simul habeat, vel vna duobus nupta sit. Hæc causa approbatur simul & distinguitur per ea quæ proponuntur 7. lib.4. cap. 13. except.37. in prin. M.I.R.d.crim.7.reg.5. Prater exceptiones autem ibidem subiectas alia proposita causæ exceptio est hæc: Nisi per errorem & ignorantiam quis eam quæ alium habet maritum, duxerit, vel contrà: ù enim eáue ignorantiæ exceptione defenditur 34 q.1.c. cum per bellicam. vers. nec tamen culpabilis. item c. si quis necessitate. §. fin. cum c. sequente. Concordant ea quæ habentur D.I.C. lib.4. cap.7. quæst 2. causa 18. except.1. Alia exceptio est: Nisi prior coniunx propter fornicationem dimissus dimissáue sit. 32.q.7.c. quemadmodum. Sed & plura de causa proposita vide d. causa 18.

X. Causa: Si quis vxorem suam sine causa dimiserit. Reprobatur hæc causa 27. q. 2, c. matrimonium. c. omnis res.

XI. Causa: Si quis contrà naturam luxurietur, vel mares cum maribus coierint. 32.q.7. c. adulterij. c. offerebat. c. flagitia. c. vsus. Concordat item D.I.C. d. quæst. 2. causa 19.

De exceptionibus præcedentium causarum generalibus.

Hactenus causas, ex quibus adulterij accusatio competit, enumerauimus: quarum tamen plures vide D.I.C.d.quæst.2. Sequuntur nūc istarum causarum exceptiones aliquot generales.

I. Exceptio: Nisi cum serua commissum sit adulterium vel stuprum, reprobatur 14.q.6.c.vlt. vers. ancilla. Contradicit D.I.C.d.quæst.2.except.generali 1.

II. Exceptio: Nisi cum soluta sit commissum. reprobatur 32.q.4.c.sic non sunt. § fin.cum c.sequente.q.7.c.fieri potest. Inst. de publ. iud. § item lex Iul. de adulterijs.

III. Exceptio: Nisi cum meretrice, aut alias ignominiosa muliere stuprum sit commissum. reprobatur d.q.4.c.meretrices esse & c.in eo. Proinde hoc casu corrigitur l.23.& l.29.C.ad l.Iul.de adulterijs. De qua exceptione vide item D.I.C.d.quæst.2.except.gener.6.

IIII. Exceptio: Nisi cum deformi vel paupere fornicatio sit commissa. Reprobatur hæc exceptio 14.q.6.c.vlt.§.quomodo.

V. Exceptio: Nisi liberorum procreandorum, non libidinis causa adulterium vel stuprum quis commiserit. 32.q.4. in prin. & c.dixit, in prin.c.obiiciuntur. Sed his non obstantibus, exceptio proposita reprobatur d.q.4.c. sicut satius, in prin. c.recurras. § fin.vers.nec illorum. c.dicat aliquis.c.sic nō sunt.

VI. Ex-

V I. Exceptio: Nisi ob defectum vel sterilitatem vxoris cum alia concubuerit. Videtur hæc exceptio approbari per ea quæ proposita sunt 3. except. prox. in prin. Sed reprobatur per ea quæ ibidem §. sed his non obstantibus, annotata sunt. Quibus concordat 32. q. 5. c. puto, in prin.

V II. Exceptio: Nisi per vim aliqua stuprum vel adulterium sit passa. approbatur per ea quæ proponuntur ĵ. lib. 4. cap. 18. causa 3. except. 5. item D. I. C. lib. 4. cap. 7. quæst. 2. except gener. 11. Cuius replicatio est: Nisi vim passa non exclamauerit. 34. q. 1. c. non satis. §. legat libros.

V III. Exceptio: Nisi per errorem putans suam esse vxorem, cum aliena rem habuerit. 34. q. 1. c. si virgo. §. fin. cum c. sequente. Hæc de exceptionibus aduersus adulterij accusationem generalibus; quarum tamen plures vide D. I. C. d. q. 2.

II. QVIBVS ACCVSATIO adulterij competit?

I. Regula: De marito adulterâ. Huic in primis accusatio competit. c. maritis. 4. de adulteriis. l. 30. §. in primis. C. ad l. Iul. de adulteriis. M. I. R. lib. 1. cap. 13. crim. 7. reg. 10. Huius exceptio est: Nisi maritus ipse sit adulter. c. intelleximus. 6. de adulteriis. Concordant ea quæ habentur ĵ. lib. 4. d. causa 3. except. 4. Item concordat l. 13. §. iudex ff. de adulteriis. Plures propositæ regulæ exceptiones vide D. I. C. d. cap. 7. quæst. 3. reg. 1.

II. Regula: De vxore adulteri. Huic accusatio

adulterij non competit. 32. q. 1. c. apud misericordem. §. hoc in mulieribus, cum sequentibus, item q. 5 c. vlt. & l. 1. C. ad l. Iul. de adulter. Accedit M. I. R. d. crim. 7. reg. 13.

III. Regula: *Si incesti crimen dicatur contra actum, soli consanguinei ad accusandum admittuntur. Quæ regula approbatur simul & distinguitur j. lib. 4. cap. 19. quæst. 4. reg 3. Plures huiusmodi regulas vide D. I. C. quæst. 3.*

III. QVID VENIAT, SEV DE pœna adulterij.

1. Regula: *Vitium fornicationis omnium maximum scelus est. 32. q. 7. c. non solum. §. inter cætera. M. I. R. d. crim. 7. reg. 17.*

II. Regula: *De gradibus fornicationis cauetur d. q. 7. c. quemadmodū. §. sunt enim. & c. adulterij.*

III. Regula: *De stupri pœna. Qui stuprum commisit, vitiatam ducere & dotare tenetur. c. 1. de adulteris. M. I. R. d. crim. 7. reg. 20. Huius exceptio prima hæc est: Nisi pater puellæ in matrimonium consentire nolit: tunc enim dotem dando liberatur. d. c. 1. vers. si verò pater. M. I. R. d. reg. 20. except. 1. Altera exceptio est: Nisi castigatus & excommunicatus in monasterio, dum vixerit, pœnitentiam agere malit. c. peruenit. 2. eod. tt. M. I. R. d. reg. 20. excep. 2.*

IIII. Regula: *Mulieres adulteræ in monasteriis perpetuam pœnitentiam agere debent. c. gaudemus. 19. de conuersione coniugator. Concordat D. I. C. lib. 4. c. 7. quæst. 7. reg. 2. & M. I. R. d. crim. 7. reg. 21.*

V. Regu-

V. Regula: De relegatione adulteri & adultera cauetur 32. q 1. c. de benedicto.

VI. Regula: De pœna sacerdotis fornicantis cauetur, distinct. 28 c. presbyter. & distinct. 82. c. presbyter. M. I. R. d. crim. 7. reg. 33.

VII. Regula: Si sacerdos cum filia sua spirituali seu pœnitentiali rem habuerit, punitur 30. q. 1. c. omnes. c. si quis sacerdos. & c. vlt. in prin. M. I. R. d. crim. 7. reg. 36.

VIII. Regula: Si mulier propriis seruis se iunxerit, capite plectitur. 12. q. 2. c. episcopus. § si qua cum seruo. l. vnica. C. de mulieribus quæ se propriis seruis iunx. M. I. R. d. crim. 7. reg. 24.

IX. Regula: Si monacha commiserit fornicationem, pœna vtriq; constituitur 27. q. 1. c. si qua monacharum. M. I. R. d. crim. 7. reg. 32. Plures huiusmodi regulas vide D. I. C. d. quæst. 7.

IIII. ACTVS ET ADIVNCTA iudicij de adulterijs.

I. Regula: De iuramento accusatoris cauetur 35. q. 6. c. si duo. § fin. cum c. sequente.

II. Regula: De probatione incestus cauetur d. c. si duo, in prin. Concordant ea quæ habentur j. lib. 4. cap. 19. quæst. 4. reg. 3. & 4.

III. Regula: Confessio alterutrius non probat contra alterum quo ad pœnam, sed quo ad purgationem indicendam sufficit. c. significasti. 5. de adulterijs. 2. q. 5. c. interrogatum. Hæc de accusatione adulterij: de qua tamen vide plura M. I. C. d. cap. 28.

III. Regula: *Raptor raptam in vxorem ducere tenetur, non aliam. Apostol. canon. 66. Hæc de raptu fœminarum: de quo tamen vide plura D.I.C. d. cap. 3.*

IV. DE HOMICIDIO.

I. CAVSÆ HVIVS iudicij.

I. *Causa: Si quis hominem occiderit: proposita accusatione tenetur .23.q.5.in princ. Concordat D. I.C. lib.4. cap.4. quæst.1. causa 1. M.I.R. lib.1. c.13. crim 4. reg.1.*

II. *Causa: Si quis hominis necandi causa cum telo ambulauerit .de pœnitent. dist.1. 6. quisquis.§. item ad legem. l.7.C.ad l. Cornel. de sicarys. Concordat D I.C. d.q.1. causa 2.*

III. *Causa: Si mortis causam præbuit. 23.q. 5.c. cum homo.§.& aliquando. l.15.ff ad l.Cornel. de sicarijs. M.I.R.d.crim 4. reg.10. Exempla huius causæ vide D. I. C. d. quæst.1. causa 5. cum sequentibus. Planè propositæ causæ exceptio prima hæc est: Nisi quis licitum faciens alteri mortis causam præbuit. d.§. & aliquando. vers. nec tamen omnis & d. q.5. c.de occidendis.§.vnde nec reus. Altera exceptio est: Nisi occasionem tantùm dedit remotiorem, & prohibuit ne fieret homicidium. Quæ exceptio approbatur exemplo c. Petrus. 17. de homicidio. Plura de causa proposita vide j. quæst. proxim. reg. 2. cum sequentibus.*

IV. *Causa; Si quis causa fuerit abortus .32.q.2.c.*

aliquan-

aliquando. § fin. cum sequentibus, vsq; ad c. sicut semina. M. I. R. d. crim. 4. reg. 7. Huius causæ exceptio hæc est: Nisi id quod in vtero est, nondum fuerit animatum. Quæ exceptio approbatur in iam allegatis locis. Concordat. d. q. 2. c. sicut semina. item de homicidio c. sicut. 20. Concordant item ea quæ habentur D. I. C. d. quæst. 1. causa 8. vbi extra ordinem hoc casu pœna imponitur. Contradicere tamen videtur j. causa prox.

V. Causa: Si quis venena sterilitatis dederit, quo mulier non concipiat, vel vir generare non possit. c. si aliquis. 5. de homicidio.

VI. Causa: Si cum posset hominem à morte liberare, non liberauit. c. sicut dignum. 6. § illi etiam. vers. quia cum scriptum sit. d. it.

VII. Causa: Omnis iniquitas, oppressio & iniustitia ad sanguinis iudicium pertinet. de pœnitent. distinct. 1. c. omnis. & c. homicidium.

VIII. Causa: Si quis fratrem suum odit, vel ei detrahit. d. distinct. 1. c. homicidiorum.

IX. Causa: Si quis fratri suo mala persuadet. d. distinct. 1. c. noli putare.

De exceptionibus præcedentium causarum generalibus.

Hactenus causas propositæ accusationis enumeranimus, ex quibus tamen posteriores non ad fori, sed poli iudicium pertinent: alioquin iudex cum reo sæpe vltimo supplicio esset afficiendus, nec quisquam ferè ab homicidio esset immunis. Sed plures propo-

siti iudicij causas vide D.I.C. d. quæst.1. Planè istarum causarum exceptiones aliquot sunt generales, siue communes, quæ sequuntur.

I. Exceptio: Nisi casu, nõ proposito homicidium sit factum. distinct. 50. c. eum qui. c. frater. c. quantum. c hi qui. c. sæpe contingit. c. si duo. item De homicidio c. lator. 9. 23. q. 5. c. si homicidium. item l. 1. & l. 5. C. de sicarijs. Sed & concordant ea quæ habentur } lib. 3. cap. 5. reg 74. except. 1. Plane exceptio proposita distinguitur quodammodo in infante noctu per negligentiam oppresso, 2. q. 5. c. consuluisti. § hi autem qui probantur. Si tamen ignoretur, vtrũ à patre, an matre infans oppressus sit, impunitum est facinus. c. de infantib. 3. de his qui filios occiderunt. Plures replicationes vide d. except. 1.

II. Exceptio: Nisi sui vel alterius defendẽdi causa quis homicidium fecerit. 13. q. 2. c. vlt. vers. si autem à veritate. 23. q. 5. c. cum homo, in princ. c. si homicidium. c. non est iniquitatis. Concordant item ea quæ habentur D.I.C. lib. 4. c. 4. quæst. 1. except. generali 3. & M.I.R.d. reg. 10. except. 5. & 13. Planè propositæ exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi quis etiam sine homicidio se defendere, vel aliũm liberare potuit: hoc enim casu imponitur homicidæ pœnitentia. c. interfecisti. 2. de homicidio. Altera replicatio est: Nisi modum inculpatæ tutelæ excessit. c. significasti. 18. fin. eod. tt. Plura de exceptione proposita vide d. reg. 74. except. 2..

III. Exceptio: Nisi quis furem in furto deprehensum

henſum occiderit.c.ſi perfodiens.3. de homicidio.l. 4.ff.ad l.Aquiliam.M.I.R.d.reg.10.except.17.Huius replicatio prima hæc eſt: Niſi furem diurnum occiderit.d.c.3.verſ.ſi autem oriatur ſol ſuper eum. & & verſ.ſi autem diurnus fuerit. Concordat D.I.C. lib.4.cap.4.quæſt.1.except general.7.repl.3.M.I.R. d.except.17.repl.4. Altera replicatio eſt: Niſi furi nocturno parcere ſine ſuo periculo potuit. c.interfeciſti.2.& c.ſuſcepimus.10.de homicidio.l.9.ff.ad l.Cornel.de ſicariis.M.I.R.d. except.17.repl.2.

IV. Exceptio: Niſi quis excommunicatum zelo religionis occiderit.23.q.5.c.excommunicatorum. & c.quis enim.

V. Exceptio: Niſi Dei cauſa quem occiderit.23. q.8.c.legi.c.occidit.c.Petrus.

VI. Exceptio: Niſi hominem mori dignum occiderit reprobatur 23.q.5.c.cum miniſter.c.pen.§. fin.cum c.ſequente.23.q.8.c.penult.M.I.R.d.crim. 4.reg.10. except.25.

VII. Exceptio: Niſi maritus vxorem in adulterio deprehenſam occiderit.reprobatur 33.q.2.c.interfectores,cum c.ſequente. c.admonere.§. prius.n. cauſa. verſ.occidere tamen eam.c.ſi quod verius,in princ. & §. in præmiſſis. Contradicit hiſce l.24.in princ.ff.ad l.Iul. de adulteriis. Plura de exceptione hac vide D.I.C. lib.4.c.4.q.1.except.10.& M.I.R. d. crim.4.reg 10. except.21.

VIII. Exceptio: Niſi magiſtratus vel iudex aliquem occiderit.23.q 5.c.reos. §. prohibetur. c.de

occi-

occidendū, in princ. c. officia. c. cum homo, in prin. C. non fruſtrà. c. non eſt crudelis. c. qui malos. c. ſi homicidiū. Huius replicatio eſt: Niſi aliter quàm ei ius eſt, occiderit. l. 4. in princ. ff. ad l. Cornel. de ſicariis.

IX. Exceptio: Niſi iuſſu Dei aliquem occiderit. 23. q. 5. c. lex æterna. & c. vlt.

X. Exceptio: Niſi cum quem iudex occidi iuſſit, occiderit. d. q. 5. c. miles. c. ſi homicidium. Huius replicatio eſt: Niſi non iuſſus à iudice, ſed ſuaſpontè occiderit. d. c. miles. verſ. quod ſi ſuaſpontè.

XI. Exceptio: Niſi infans occiſus ſit. reprobatur de pœnitent. diſtin. 1. c. 6. ſi quis necandi. l. 8. C. ad l. Cornel. de ſicariis. Hæc de cauſis propoſitæ accuſationis, earumq; exceptionib ſint dicta: quarū tamen plures vide] lib. 3. c. 5. reg. 74. item D. 1. C. d. c. 4. q. 1.

II. ADVERSVS QVOS HOMICIDII accuſatio competit?

I. Regula: De pluribus qui percuſſerunt occiſum, cauetur 23. q. 8. c. vlt. l. 11. §. ſed ſi plures. l. 51. verſ. idq; eſt conſequens. ff. ad l. Aquiliam.

II. Regula: De eo qui cauſam & occaſionem homicidio dedit, vide §. quæſt. prox. cauſa 3.

III. Regula: De eo qui poſt homicidium perpetratum ad capiendum vel occidendum venit, cauetur c. ſicut dignum. 6. §. illi autē qui. de homicidio.

IV. Regula: De eo qui excubias egit, vt tutò cōmitteretur homicidium, cauetur d. c. 6. §. illi etiam.

V. Regula: De eo qui iuſſit vel ſuaſit homicidium fieri, cauetur d. c. 6. §. qui verò, item c. Henricus. 2. de clericis pugnantib.

VI. Re-

VI. Regula: De eo qui sarcinam homicidæ custodiuit, dum homicidium committeretur, cauetur d.c.6.§.hi quoq;.

VII. Regula: De eo qui bona occisi occupauit, cauetur d.c.6.§.eos insuper.

III. QVID VENIAT, SEV DE pœna homicidij.

I. Regula: Vtrum vltimo supplicio homicidium sit puniendum? controuertitur per ea quæ proposita sunt §. cap.7 in princ.

II. Regula: De pœna eius qui per affinos occidit, cauetur c.1.de homicidio, in 6. Accedit. M.I.R.d. crim.4. reg.18.

III. Regula: De pœna subditi vel vasalli prælatum vel dominum occidentis cauetur c. ad aures. 10. & c.in quibusdam.12.de pœnis. item 33. q. 2. c. quicunq; in fine.

IV. Regula: De pœna eorum qui armati interfuerunt, cum aliquis caperetur, qui captus postea occisus est: item eorum qui consilium dederunt, cauetur c sicut dignum.6.§.clericos.de homicidio.

V. Regula: De pœna matris per ivacundiam infantem occidentis cauetur c.1. de his qui filios occiderunt. De pœna eius quæ noctu infantem oppressit, vide §.q.1. except 1.

VI. Regula: De pœna eius qui vxorem suam occidit, cauetur 33.q 2.c.quicunq; & c. admonere.

VII. Regula: De pœna eius qui clericum occiderit, cauetur 17.q.4.c. qui occiderit, c. qui subdiaconum.

conum. c. qui presbyterum. Huius exceptio est: Nisi non stola vestitus in itinere occidatur. d. q. 4. c. vt presbyteri.

VIII. Regula: De depositione & excommunicatione homicidæ, Apostol. canon. 64. Accedit M. I. R. d. crim. 4. reg 21. Plures huiusmodi pœnas vide S. quæst. prox. sub singulis regulis: item quæst. 1. sub singulis causis.

IV. ADIVNCTA HVIVS indicij?

Cum dubitatur, vtrum ex vulnere decesserit, nécne? præsumitur ex vulnere decessisse, ne vulnerans in sacris ordinibus militet. c. ad audientiam. 12. §. quia verò vtrum. & c. significasti. 18. §. quod si discerni. de homicidio. Hæc de homicidio: de quo tamen vide plura D.I.C. lib. 4. cap. 4.

V. DE PLAGIARIIS.

Pœna plagiariorum est, vltimum supplicium. c. 1. de furtis. l. 7. C. ad l. Fauiam de plagiarijs. & Instit. de publicis iudicijs. §. est & inter. Plura de hoc crimine vide D.I.C. lib. 4. cap. 6.

VI. DE ADVLTERIIS & stupro.

I. CAVSAE HVIVS ACcusationis.

1. Causa: Si quis fornicatus fuerit, vel adulterium commiserit. 27. q. 1. c. nubendi. §. fin. item distinct. 88. c. fornicari. M. I. R. lib 1. cap. 13. crim. 7. reg. 1. in prin. Declaratur causa proposita definitione & differentia

ferentia fornicationis, stupri & adulterij, 36. q. 1. c. lex illa. §. sed non omnis, cum sequentib. M. I. R. d. reg. 1 in princ. Sanè omnis illicitus coitus definitur adulterium esse, 32. q. 4. c. nemo & 32. q. 5. c. illa aũt. §. cum ergo. vers. at. n. ait. Differentia tamen stupri & adulterij traditur l. 6. §. lex stuprũ. l. 34. §. fi. ff. ad l. Iul. de adulterijs. l. 101. in prin. ff. de verb. signif.

II. Causa: Omnis coitus extra legitimũ matrimoniũ punitur. d. c. nemo. §. quidquid & d. §. cum ergo. item 32. q. 4. c. sic non. §. fin. c. meretrices. c. in eo. c. Salomon. & 32. q. 5. c. non mœchaberis.

III. Causa: Amor vxoris immodicus & libidinosus punitur. d. q. 4. c. origo. c. recurrat. §. fi. c. in eo. §. fin. & c. liberorum. in princ.

IV. Causa: Sola quoq; concupiscentia punitur. de pœnitent. dist. 1 c. si cui etiam 32. q. 7. c. non solùm. Sed hæc ad iudicium poli non fori pertinent. In foro enim nemo cogitationis pœnam sustinet, vt ꝛ. cap. 6. quæst 3. except. 10. est ostensum.

V. Causa: Si coniunx coniugem in adulterio deprehensum retinuerit. c. si vir. 3. in princ. de adulterijs 32. q. 1. in princ. c. sicut. c. dixit. vers. imò cum illa. c. si quis vxorem. c. apud misericordem. §. quod si in adulterio. & §. vnde in nono. item 34. q. 1. c. penult. in prin. & l. 2 C. de adulterijs. Huius causæ exceptio prima hæc est: Nisi coniunx adulter pœnitentiam egerit. d. c. penult. vers. quid si mulier. & 32. q. 1. c. si quis vxorem. Concordant ea quæ habentur 3. causa proxim. except. 1. Altera exceptio videtur:

Nisi

Nisi non maritus vxorem. sed vxor maritum adulterium retinuerit. d. c. apud misericordem. §. crimen lenocinij. Sed hisce non obstantibus, exceptio proposita reprobatur d. c. si quis vxorem. vers. similiter si virum. Tertia exceptio est: Nisi maritus ignorauerit vxorem adulteram esse, vel contrà. 34. q. 1. c. penult. vers. quamdiu peccatum eius. Plura de causa proposita vide D. I. C. lib 4. cap. 7. quæst. 2. causa 12.

VI. Causa: Si coniunx coniugem dimissum reduxerit. 34 quæst. 1. c. non satis. §. rem nouam. vers. cumq; egressa. Concordant ea quæ habentur D. I. C. d. quæst. 2. causa 14. in princ. Eius autem exceptio prima hæc est: Nisi repudiatus repudiatáve pœnitentiam egerit. c si vir sciens. 3. §. fin. de adulterijs. 32. q. 1. c. de benedicto. c. quod autem. & c. non erit. Concordat item §. causa prox. except. 1. Altera exceptio est: Nisi ob aliã quàm adulterij causam quis vxorem dimiserit: hanc enim recipere non prohibetur. 28 q 1. c. si quis gentilis. Plura de causa proposita vide D. I. C d. causa 14.

VII. Causa: Si quis ab alio repudiatam vxorem duxerit vel si qua repudiato nupserit. 31. q 1. c. denique. §. prima authoritas. 32. q. 1. c. dixit. q. 7. c. licitè, in princ. c. dominus, in fine. c. omnes. §. qui dimittit. vers. & qui dimissam item 34. q. 1. c. non satis. §. rem nouam vers. cumq; egressa. Plura de causa proposita vide D. I. C. lib 4 cap 7. q. 2. causa 15.

VIII. Causa: Si incestus crimen sit commissum. Hæc causa approbatur per ea quæ habentur lib. 4. cap. 12.

cap.12.quæst.6.reg.10.cum sequente. M.I.R. d.crim. 7.reg.3. Declaratur definitione incestus 36.q.1. c.lex illa.§.incestus est l.39.& l.vlt.ff.de ritu nuptiar. M. I.R.d.reg.3. Plura de causa proposita vide D.I.C. quæst.2. causa 16.

IX. Causa: Si quis duas vxores simul habeat, vel vna duobus nupta sit. Hæc causa approbatur simul & distinguitur per ea quæ proponuntur j.lib.4.cap. 13.except.27. in prin. M.I.R.d.crim.7.reg.5. Præter exceptiones autem ibidem subiectas alia proposita causæ exceptio est hæc: Nisi per errorem & ignorantiam quis eam quæ alium habet maritum, duxerit, vel contrà: is enim eáue ignorantiæ exceptione defenditur 34.q.1.c.cum per bellicam. vers. nec tamen culpabilis, item c. si quis necessitate. §. fin. cum c. sequente. Concordant ea quæ habentur D.I.C. lib.4. cap.7.quæst 2. causa 18.except.1. Alia exceptio est: Nisi prior coniunx propter fornicationem dimissus dimissáue sit. 32.q.7.c.quemadmodum. Sed & plura de causa proposita vide d. causa 18.

X. Causa: Si quis vxorem suam sine causa dimiserit. Reprobatur hæc causa 27.q.2, c.matrimonium. c.omnis res.

XI. Causa: Si quis contra naturam luxurietur, vel mares cum maribus coierint. 32.q.7. c.adulterij. c.offerebat. c. flagitia. c. vsus. Concordat item D.I.C. d. quæst. 2. causa 19.

De exceptionibus præcedentium causarum generalibus.

Hactenus causas, ex quibus adulterij accusatio competit, enumerauimus: quarum tamen plures vide D.I.C.d.quæst.2. Sequuntur nūc istarum causarum exceptiones aliquot generales.

I. Exceptio: Nisi cum serua commissum sit adulterium vel stuprum, reprobatur 14.q.6.c.vlt.vers. ancilla. Contradicit D.I.C.d.quæst.2.except.generali 1.

II. Exceptio: Nisi cum soluta sit commissum. reprobatur 32.q.4.c.sic non sunt.§ fin.cum c.sequente.q.7.c.fieri potest. Inst.de publ.iud.§.item lex Iul.de adulterijs.

III. Exceptio: Nisi cum meretrice, aut aliàs ignominiosa muliere stuprum sit commissum. reprobatur d.q.4.c.meretrices esse & c.in eo. Proinde hoc casu corrigitur l.23.& l.29.C.ad l.Iul.de adulterijs. De qua exceptione vide item D.I.C.d.quæst.2.except gener.6.

IIII. Exceptio: Nisi cum deformi vel paupere fornicatio sit commissa. Reprobatur hæc exceptio 14.q.6.c.vlt.§.quomodo.

V. Exceptio: Nisi liberorum procreandorum, non libidinis causa adulterium vel stuprum quis commiserit. 32.q.4. in prin. & c.dixit, in prin.c.objiciuntur. Sed his non obstantibus, exceptio proposita reprobatur d.q.4.c. sicut satius, in prin. c.recurras. § fin.vers.nec illorum.c.dicat aliquis.c.sic nō sunt.

VI. Ex-

V I. Exceptio: Nisi ob defectum vel sterilitatem vxoris cum alia concubuerit. Videtur hac exceptio approbari per ea quæ proposita sunt 5. except. prox. in prin. Sed reprobatur per ea quæ ibidem §. sed his non obstantibus, annotata sunt. Quibus concordat 32. q. 5. c. puto, in prin.

V II. Exceptio: Nisi per vim aliqua stuprum vel adulterium sit passa. approbatur per ea quæ proponuntur ff. lib. 4. cap. 18. causa 3. except. 5. item D. I. C. lib. 4. cap. 7. quæst 2. except gener. 11. Cuius replicatio est: Nisi vim passa non exclamauerit. 34. q. 1. c. non satis. §. legat libros.

V III. Exceptio: Nisi per errorem putans suam esse vxorem, cum aliena rem habuerit. 34. q. 1. c. si virgo. §. fin. cum c. sequente. Hæc de exceptionibus aduersus adulterij accusationem generalibus; quarum tamen plures vide D. I. C. d. q. 2.

II. QVIBVS ACCVSATIO adulterij competit?

I. Regula: De marito adultera. Huic in primis accusatio competit. c. maritis. 4. de adulteriis. l. 30. §. in primis. C. ad l. Iul. de adulteriis. M. I. R. lib. 1. cap. 13. crim. 7. reg. 10. Huius exceptio est: Nisi maritus ipse sit adulter. c. intelleximus. 6. de adulteriis. Concordant ea quæ habentur ff. lib. 4. d. causa 3. except. 4. Item concordat l. 13. §. iudex ff. de adulteriis. Plures propositæ regulæ exceptiones vide D. I. C. d. cap. 7. quæst. 3. reg. 1.

II. Regula: De vxore adulteri. Huic accusatio

adulterij non competit. 32. q. 1. c. apud misericordem. §. hoc in mulieribus, cum sequentibus, item q. 5 c. vlt. & l. 1. C. ad l. Iul. de adulter. Accedit M. I. R. d. crim. 7. reg. 13.

III. *Regula: Si incesti crimen dicatur contractum, soli consanguinei ad accusandum admittuntur. Qua regula approbatur simul & distinguitur §. lib. 4. cap. 19. quæst. 4. reg 3. Plures huiusmodi regulas vide D. I. C. quæst. 3.*

III. QVID VARIAT, SEV DE pœna adulterij.

1. *Regula: Vitium fornicationis omnium maximum scelus est. 32. q. 7. c. non solum. §. inter cætera. M. I. R. d. crim. 7. reg. 17.*

II. *Regula: De gradibus fornicationis cauetur d. q. 7. c. quemadmodū. §. sunt enim. & c. adulterij.*

III. *Regula: De stupri pœna. Qui stuprum commisit, vitiatam ducere & dotare tenetur. c. 1. de adulterijs. M. I. R. d. crim. 7. reg. 20. Huius exceptio prima hæc est: Nisi pater puellæ in matrimonium consentire nolit: tunc enim dotem dando liberatur. d. c. 1. vers. si verò pater. M. I. R. d. reg. 20. excep. 1. Altera exceptio est: Nisi castigatus & excommunicatus in monasterio, dum vixerit, pœnitentiam agere malit. c. peruenit. 2. eod. tt. M. I. R. d. reg. 20. excep. 2.*

IIII. *Regula: Mulieres adulteræ in monasterijs perpetuam pœnitentiam agere debent. c. gaudemus. 19. de conuersione coniugator. Concordat D. I. C. lib. 4. c. 7. quæst. 7. reg. 2. & M. I. R. d. crim. 7 reg. 21.*

V. Regu-

V. Regula: De relegatione adulteri & adulteræ cauetur 32. q. 1. c. de benedicto.

VI. Regula: De pœna sacerdotis fornicantis cauetur, distinct. 28 c. presbyter. & distinct. 82. c. presbyter. M. I. R. d. crim. 7. reg. 33.

VII. Regula: Si sacerdos cum filia sua spirituali seu pœnitentiali rem habuerit, punitur 30. q. 1. c. omnes. c. si quis sacerdos. & c. vlt. in prin. M. I. R. d. crim. 7. reg. 36.

VIII. Regula: Si mulier proprijs seruis se iunxerit, capite plectitur. 12. q. 2. c. episcopus. § si qua cum seruo. l. vnica. C. de mulieribus quæ se proprijs seruis iunx. M. I. R. d. crim. 7. reg. 24.

IX. Regula: Si monacha commiserit fornicationem, pœna vtriq; constituitur 27. q. 1. c. si qua monacharum. M. I. R. d. crim. 7. reg. 32. Plures huiusmodi regulas vide D. I. C. d. quæst. 7.

IIII. ACTVS ET ADIVNCTA iudicij de adulterijs.

I. Regula: De iuramento accusatoris cauetur 35. q. 6. c. si duo. § fin. cum c. sequente.

II. Regula: De probatione incestus cauetur d. c. si duo, in prin. Concordant ea quæ habentur ff. lib. 4. cap. 19. quæst. 4. reg. 3. & 4.

III. Regula: Confessio alterutrius non probat contra alterum quo ad pœnam, sed quo ad purgationem indicendam sufficit. c. significasti. 5. de adulterijs. 2. q. 5. c. interrogatum. Hæc de accusatione adulterij: de qua tamen vide plura M. I. C. d. cap. 28.

VII. DE FALSO.

I. CAVSAE EX QVIBVS HAEC accusatio competit.

I. Causa generalis est: Si falsum sit commissum. c.1. in prin. de crimine falsi. M.I.R. lib.1. cap.13. crim. 8. reg.2. Declaratur causa proposita diuisione falsi, quorum vnum consistit in veritate occultanda, alterum in mendacio dicendo, d. c.1. in fine. Species falsi in literis commissi enumerantur c. licet.5. eod. tt. Sequuntur nunc causae speciales.

II. Causa: Si instrumenta quis suppressit, vel aduersarijs tradidit. 12.q.2.c. si quis de clericis. 1. & 6. si quis de clericis. 2.

III. Causa: Si falsas literas non destruxit, vel resignauit. c. dura. 4. §. adijcientes. de crimine falsi.

IIII. Causa: Si literas Papae de manibus eius, vel officialiū eius non recepit. c. licet. 5. §. eos etiam. d. tt.

V. Causa: Si falsum dixerit testimonium. 3.q.9. c. nihilominus. 4.q.2.c. vlt. §. qui falso. l.16. ff. de testibus. M.I.R. d. crim. 8. reg.17. Huius exceptio est: Nisi indignum ignoranter, dignum dixerit. c. vnico, de scrutinio.

VI. Causa: Si iustum iniustum dixerit, sanctum non sanctum, vel contrà, aliòue modo mentiatur. 11. q.3.c. si quis dixerit. c. si quis hominem. c. ve qui dicitis. c. vnicuique. Plura de mendacio vide] lib.4. cap. de peccato.

VII. Causa: Si ob accusandum vel non accusandum, ob dicendum vel non dicendum testimonium, vel

vel ob sententiam pecuniam acceperit. d. c. vnicuique. §. fin. cum c. sequente. 1. q. 1. c. concussionis. l. 2. ff. de concussione. & l. 1. §. 1. ff. ad l. Cornel. de falsis. M. I. R. d. crim. 8. reg. 20.

VIII. Causa: Si monetam falsificauerit, punitur c. vnico, de crimine falsi, in extrauag. Ioann. XXII. Exemplum huius causæ habetur c. vnico, de dilationib. in extrauag. com.

IX. Causa: Si alchimiam exerceat, vel procuret, punitur c. vnico, de crimine falsi, in extrauag. com.

X. Causa: Si circa pondera & mensuras falsum adhibuit, punitur c. vt mensuræ. 2. de emptione & venditione.

XI. Causa: Si mulier virili veste vtatur, punitur distinct. 50. c. si qua mulier.

XII. Causa: Si testis dicta sua vtriq; parti prodidit. 4. q. 2. c. vlt. §. qui falso. l. 10 ff. de testibus.

XIII. Causa: Si falsò inscriptos impiorum libros tanquam sacros publicauerit. Apostol. canon. 59.

De exceptione præcedentium causarum generali.

Hactenus causas propositæ accusationis enumerauimus: de quibus tamen alijs q; pluribus vide item M. I. C. lib. 1. cap. 29. quæst. 1. Istarum autem causarum exceptio generalis hæc est: Nisi sine dolo malo, vel per errorem & ignorantiam quis falsum commiserit. Quæ exceptio approbatur exemplo c. accedens. 8. de crimine falsi. Concordat M. I. C. d. quæst. 1. in fine, except. generali 1. item M. I. R.

d.crim.8.reg.2.except.1, vbi plures huiusmodi exceptiones sequuntur.

II. QVID VENIAT IN FALSI accusatione, seu de pœna falsi.

I. Regula: Falsum equiparatur homicidio 11.q. 3.c.nemo peritorum.

II. Regula: De pœna excommunicationis cauetur extrauag.Ioan.XXII. vnica, de crimine falsi.

III. Regula: De pœnitentia iniungenda falsario cauetur 5.q.6.c.penult.

IIII. Regula: De pœna clericorum, qui Principis sigillum falsificauerunt, cauetur c.ad audientiam.3.de crimine falsi.

V. Regula: De pœna eorum qui literas Papæ falsificauerunt, cauetur c.ad falsarium. 7. eod.tt. Plures huiusmodi pœnas vide §. sub singulis causis: item M.I.C.d.cap.29. quæst.5. Sed & pluza de falsi accusatione vide d. cap.29.

VIII. DE MALEFICIIS, DIVINAtoribus, mathematicis, & similibus.

I. CAVSAE HVIVS IVDICII.

I. Causa est, diuinatio.26.q.5. in prin.1.q.1.c.nũquam, in prin. Concordant ea quæ proposita sunt §. cap. 8. quæst. 5. causa 26. item quæ proponentur j. causa 9. Ratio huius causæ per obiectionis solutionem habetur d.q.5.c.vltim. §. si autem quilibet. Origo diuinationum exponitur 26.q.3.in prin.cum c.se-

c. sequente. Ratio nominis exponitur d.q.3.c.1.§. diuini. Genera diuinationum enumerantur d.c.1. §.1. Singulorum generum species in sequentibus causis proponentur. Diuinationum autem causæ vel modi exponuntur d.c.1.§.fin. cum c.sequente.

II. Causa: Si incantator sit vel incantatrix. 26. q.5.c.episcopi.§.illud etiam.c.quicunq;.§.fin. cum c.sequente.item c.peruenit.item q.7.c. admoneant. Declaratur causa proposita definitione incantatorum 26.q.3.c.1.§. incantatores.

III. Causa: Si magiam exerceat. 26.q.5.c. non oportet. c. episcopi, in prin. Concordat M.I.C. lib.1. cap. vlt. causa 1. Declaratur causa proposita definitione magorum d. q. 5. c. nec mirum. §. magi sunt. & 26.q.3.c.1.§.primùm autem.

IIII. Causa: Si ariolus sit. l.5. & l.7. C. de maleficis. Declaratur definitione ariolorũ d c.1.§. arioli.

V. Causa: Si aruspex sit, vel aruspicem consulat. d.l.5. Declaratur definitione aruspicis d.c.1.§. haruspices. Concordat 26.q.5.c. contra idolorum. c. nec mirum. §. haruspicinæ.

VI. Causa: Si augur sit, vel augures consulat. d. l.5. C. de maleficis. Declaratur definitione auguriũ d.c.1.§. augures. De origine horum differitur d.c. nec mirum. §. auguria.

VII. Causa: Si astrologus sit aut mathematicus. 26.q.5.c.non liceat, in prin. 26. q. 2. c. 1. §. sic & astronomia. c. illos planetarios. c. sed & illud. §. est & illud. l.5. & l.7. C. de maleficis. Declaratur causa

propositâ definitione astrologorum d.c.1.§.astrologi. Mathematici definiuntur d.c.1.§.genethliaci. vers. hi sunt qui vulgò.

VIII. Causa: Si genethliacus fuerit. 26.q.2.c. illud quod.§.neq; illi ab hoc. Declaratur hæc causa definitione genethliacorum d.§.genethliaci. Ad hanc causam pertinent horoscopi, qui definiuntur d.c.1.§.horoscopi.

IX. Causa: Si sortilegus sit. 26.q.2.c.1.§.fin.cum c.sequente.c.hi qui de paganis, c. non exemplo. q.5. in princ. c.sortes. c. peruenit. c.episcopi, in princ. & q.7.c. non obseruetis. vers. & sortes. item De sortilegijs c.1. Accedit M.I.R. lib.1. cap.13. crim.9. reg.1. Declaratur causa proposita definitione sortilegorum 26. q.1. in prin. cum c. sequente. item q.3.c.1. §. sortilegi.

X. Causa: Si necromanticus sit. Hæc causa declaratur 26.q.5.c. nec mirum. §. necromantici.

XI. Causa: Si hydromanticus sit. Declaratur hæc causa ibidem §. hydromantici.

XII. Causa: Si salitor sit. Declaratur hæc causa 26.q.3.c.1.§. salitores.

XIII. Causa consistit in præstigijs. Quæ declaratur d.c.nec mirum. §. præstigium.

XIIII. Causa: Si Pythonissa fuerit. Declaratur d.c.1.§. Pythonissæ. Soluitur huius causæ obiectio d. c.nec mirum. §. præterea quidam.

XV. Causa: Si execrabili modo medeatur, vel sanari cupiat. d. c. nec mirum. item 26.q.2.c. illud

quod

quod c. qui sine. q. 7. c. admoneant. c. non obseruetis. vers. siue qui per quosdam.

XVI. Causa: Si aruspicem, mathematicum vel similem consulat, vel ei credat. d. q. 2. c. intelligi. item 26. q. 5. c. qui diuinationes. c. si quis episcopus. 26. q. 7. c. non obseruetis. item De sortilegis c. ex tuarum. 2. & l. 5. C. de maleficis.

XVII. Causa: Si edat vel bibat id, quod reliquū est ex eo quod damonibus est immolatum. 26. q. 2. c. sed & illud. §. fin. cum c. sequente.

XVIII. Causa: Si permittat tolli aliquid ex eo quod damonibus est immolatum. d. q. 2. c. si de area.

XIX. Causa: Si emerit id quod idolis est immolatum. Has causa distinguitur in ignorāte d. q. 2. c. vlt.

II. QVID VENIAT, SEV de pœna.

Pœna excommunicatio est, secundum ea quæ proposita sunt 5. cap. 8. quæst. 5. causa 26. Sed & alias pœnas vide 5. quæst. prox. sub singulis causis. Hæc de maleficis & similibus sint dicta. De quibus vide item M. I. C. lib. 1. cap. vlt.

DE SIMONIA.
Cap. XVI.

HActenus octo species publicorum iudiciorum exposuimus. Supereſt accusatio Simoniæ, hæreseos & vsurarum: de quibus singulis sigillatim in sequentibus capitibus agetur, & primùm de Simonia.

I. CAV-

I. CAVSAE EX QVIBVS propositа accusatio competit.

Prima atque generalis huius accusationis causa est, Simonia. 1. q. 7. c. vlt. in prin. Accedit M. I. R. lib. 1. cap. 13. crim. 10. reg. 1. Declaratur causa proposita definitione Simoniæ. 1. q. 1. c. qui studet. Ex hoc canone Simonia definitur studiosa voluntas emendi vel vendendi spiritualia, glossa in d. q. 1. in prin. & in c. si quis ordinauerit. 45. in verbo Per triennium. de Simonia. Est autem Simonia dicta à Simone mago. 24. q. 3. c. penult. in prin. Simoniam verò esse hæresin patet ex d. c. vltim. in prin. Cui concordat 1. q. 1. c. ventum. §. fin. cum c. sequente. c. cum omnis. c. eos qui. c. placuit. §. ex illa. Concordat item propositæ causæ 1. q. 1. c. erga Simoniacos. & c. nunquã. & 1. q. 3. c. ea quæ. item extrauagans com. 2. de Simonia. & extrauag. com. 1. de sentent. excom. Obijcitur 1. q. 1. c. placuit. §. item opponitur. Respondetur huic obiectioni ibidem §. sed de prophetia. Species seu exemplа huius causæ exponuntur c. non satis. 8. & c. cum in ecclesia. 9. de Simonia. Sed & species eius sunt sequentes causæ.

II. Causa: Si quis pro ordinatione vel electione aliquid dederit vel acceperit. c. 1. in fine. c. ad nostram. 21. c. dilectus. 30. c. consulere. 38. c. sicut pro certo. 39. & c. audiuimus. 41. de Simonia. 1. q. 1. in prin. cum sequentibus, vsq; ad c. quicunque sacros. 6. cum liceat. c. cum ordinaretur. c. gratiam. c. citò

turpem.

turpem. c. placuit. c. principatus. c. fertur. c. sicut eunuchus. c. quibusdam. item 1. q. 3. c. ex multis. q. 7. c. si quis omnem, in prin. vsq; ad §. sed dicunt. item §. qui per Simoniam. 7. q. 1. c. si quis de ordine. §. fin. cum c. sequente. item 8. q. 2. c. 1. item De statu monachorum c. monachi, in prin. & §. prioratus. item distinct. 51. c. vlt. vers. qui honorem muneribus. item 15. q. 3. c. sanè quisquis hanc, in prin. l. 29. C. de episcopis & clericis. Nouell. 6. §. sancimus igitur. vers. sed neq; pecunijs. item §. & hanc. item Nouell. 123. §. pro omnibus. item §. sed neque clericum. Sed & concordant ea quæ proposita sunt §. causa prox. Planè obijcitur huic secũdæ causæ 1. q. 1. c. per Esaiã. §. constat ergo. c. statuimus vt sicut. §. sicut ergo. Cui obiectioni Gratianus respondet d. c. statuimus. §. sed sicut. Alia obiectio habetur 1. q. 3. in princ. de qua j. except. 19. dicetur. Nam j. inter exceptiones generales huius causæ exceptiones enumerabuntur.

III. Causa: Si pro consecratione, benedictione vel alijs sacramentis aliquid datum vel acceptum sit. 7. cum in ecclesia. 9. c. cum sit Romana. 10. c. suam nobis. 29. c. sicut pro certo. 39. & c. ad apostolicam. 42. de Simonia. item 1. q. 3. c. vlt.

IIII. Causa: Si pro sepultura vel exequijs mortuorum aliquid datum sit vel acceptum. c. non satis. 8. §. fin. c. cum in ecclesiæ. 9. vers. & pro sepultura. c. suam nobis. 29. & c. audiuimus. 41. de Simonia. item 13. q. 2. c. questa est. c. postquam. c. in ecclesiastico. & c. præcipiendum.

V. Cau-

V. Causa: Si pro chrysmate vel oleo quid datum vel acceptum sit. d.c. non satis. 8. §. fin. & c. ea quæ. 16. c. ad nostram. 21. & c. in tantum. 36. de Simonia.

VI. Causa: Si pro baptismate aliquid exigatur. 1. q. 1. c. baptizandis. & c. quidquid.

VII. Causa; Si gratiam scientiæ, quam à Deo habet, non gratis exerceat. 1. q. 3. c. non solum.

VIII. Causa: Si res ecclesiæ in suum vsum conuertat. d. q. 3 c. res ecclesiæ.

IX. Causa: Si precibus vel fauore quis ad sacros ordines sit promotus. 1. q. 1. c. omnis. §. de his autem, cum cc. sequentibus, vsq; ad c. pueri. item dc. pueri. §. nulla sit. Apostol. canon. 29 Contradicit d. c. pueri. §. fin. cum sequentibus, vsque ad §. non itaq;. vbi Gratianus huic obiectioni respondet. Vide M. I. R. lib. 1. cap. 13 crim. 10. reg. 1. except. 2.

X. Causa: Si quis quod iure debet, non nisi præmio accepto persoluat. 1. q. 3. c. vendentes.

XI. Causa: Si indignus ad sacros ordines ordinetur. 16. q. 7. c. & hoc. §. & arbitror. & 1. q. 3. c. si quis episcopus. vers. vel aliter. Concordant item ea quæ 5. causa 9. sunt proposita.

XII. Causa: Si pro absolutione ab excommunicatione aliquid datum vel acceptum sit. c. ad aures. 24. de Simonia.

XIII. Causa: Si depositus dato precio ad ordinem sit restitutus. 1. q. 1. c. per principalem. §. fin. cum c. sequente. c. iubemus. vers. si quis pœnam. l. 4. C. ad l. Iul. repetund.

XIIII. Cau-

XIIII. Causa: Si prælatus acceptâ pecuniâ suas vices alteri cesserit. c.1. cum duobus sequentibus. ne prælati vices suas.

XV. Causa: Si precio vel fauore peccata alicuius celet, vel reconciliet non pœnitentem, aut dignè pœnitentem odio non reconciliet c. nemo.14. de Simonia.

XVI. Causa: Si ecclesia empta vel redempta sit. c. querelam.15. d tt.

XVII. Causa: Si non consentienti electioni aliquid voluntate electi datum sit, vt à contradictione desisteret. c. Matthæus.23. d. tt.

XVIII. Causa: Si vt eligeretur prælatus iureiurando præstito actionem vel pœnam remisit. 8. q. 3. c. 1. Concordant ea quæ habentur ff. except. general. 8. Huius causæ exceptio est: Nisi post electionem nulla pactione antea facta remisit. d. q. 3. in prin. & c. Artaldus.

XIX. Causa: Si quis non nisi munere accepto conuertatur, vel regimen ecclesiæ suscipiat. 1. q. 2. 6. quam pio.

XX. Causa: Si quis à conuersis munus sumat. d. q. 2. c. nullus.

De exceptionibus præcedentium causarum generalibus.

Hactenus causas propositæ accusationis enumeravimus, quarum aliquot exceptiones generales restant, quas ordine subijciemus.

1. Exceptio: Nisi alius quàm ordinatus pecuniam

niam dederit. c. etsi quæstiones. 18. c. de simoniacè. 22. & c. sicut tuis. 33. de Simonia. item 1. q. 1. c statuimus. §. habent ergo, cum duobus cc. sequentibus. q. 4. in prin. cum sequentibus, vsq; ad c. Iudæi. item d. q. 4. c. non imputantur. §. item si excusatur. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi ordinato sciente & consentiente alius pro eo pecuniam dedit. c. Matthæus. 23. & c. sicut tuis. 33 vers. nisi postea consenserit. de Simonia. Altera replicatio est, quòd quamuis ordinatus à reatu Simoniæ propter suam ignorantiam excusetur, fructus tamen ordinationis non percipiat: nisi postquam ordinationi renunciauerit, ex misericordia ei in ea conditione esse concedatur. 1. q. 1. c. statuimus. §. Simoniacos autem. 1. q. 5. in prin. cum c. sequẽte. item c. eos qui. §. ex hac itaque, cum c. sequente. item De Simonia. c. nobis. 27. Huius replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi ab aduersario ordinati pecunia data sit, vt fructu ordinationis defraudaretur. d. c. 27. vers. nisi constaret illos. Altera duplicatio est: Nisi etiam sine pecunia interuentu eum erant electuri. 1. q. 6. c. vlt. §. fin. & ibi glossa. item c. etsi quæstiones. 18. §. fin. de Simonia. Hæc de secunda replicatione eius q; duplicationibus sunt dicta. Tertiæ replicationis loco notandum, quòd exceptio proposita ordinato ignorãti solum, non etiam pecuniam danti & accipienti competat. c. si cum. 33. §. fin. de Simonia.

II. Exceptio: Nisi aliq; quàm ordinatori munus datum sit. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit, si igno-

orante ordinatore datum sit: verùm danti &
pienti nõ prodest 1.q.1.c.statuimus. §. Simoniaci
3. & c.omnis. §. de hu autem, cum c. sequente.
II. Exceptio: Nisi ministris vel notarijs datum
eprobatur c.1.de Simonia.1.q. 2.c. nullus. §. re-
m antiquam.c sicut, in prin. M.I.R. lib.1.cap.13.
.10 reg.1.except.3.
III. Exceptio: Nisi prandium vel cœna saltem
ata. reprobatur c.Iacobus.44.d.tt. de Simonia.
extrauag.com.c.1. eod.tt.
. Exceptio: Nisi non pecunia numerata, sed
d aliud datum sit. reprobatur 1.q 3.c. totum.
VI. Exceptio: Nisi obsequium saltem præstetur,
homagium, seu fidelitas. reprobatur c. cum es-
t.12. & c.ex diligenti.17. de Simonia. item c.vlt.
reg.turi.
VII. Exceptio: Nisi modicum quiddam datum
c.etsi quæstiones. 18.in fine.de Simonia.M.I.R.d.
.1.except.5.
VIII. Exceptio: Nisi nullo dato ius aliquod re-
ssum sit. reprobatur c.per tuas.37. & c. si quis or-
auerit. 45. eod.tt. Plura de hac exceptione vide
ausa 18.
IX. Exceptio: Nisi vniuersa bona sua conferat
lesiæ, in qua ordinatur. Reprobatur hac exceptio
conditione hac, si cum pacto se recipiendi con-
lerit, c. tuanos. 34.d.tt.
X. Exceptio: Nisi pro ingressu monasterij datum
. reprobatur c. veniens.19.d.tt. & 1.q.2.in prin.c.

ſicut §. authoritate Bonifacij. c. quam pio. c. vlt.

XI. Exceptio: Niſi pro ſepultura datum ſit, reprobatur s̄ *cauſa 4.*

XII. Exceptio: Niſi non pro ipſa ordinatione vel conſecratione datum ſit, ſed pro acceſſoriis: puta pro electione, confirmatione, vel ſubſcriptione. reprobatur 1 q 6 in prin. §. nunc autem. & c. 1. c. ego autem c. vlt. in prin. Concordant item ea quæ propoſita ſunt s̄ *except. 3. item quæ proponentur* ȝ. *in proximè ſequentibus exceptionibus.*

XIII. Exceptio: Niſi pro pallio datum ſit. reprobatur 1. q. 2. c. nullus. §. regulam. verſ. neque ex datione pallij.

XIIII. Exceptio: Niſi pro paſtillo datum ſit. Et hæc reprobatur d. §. regulam. verſ. neq; ex ea. item 1. q. 3 c. ſi quis obiecerit. §. fin.

XV. Exceptio: Niſi pro ſcriptura ſaltem datum ſit. reprobatur d. §. regulam. verſ. neq; ex donatione chartarum. Definitur tamen certa quantitas, intra quam exceptio propoſita admittitur, extrauag. Ioann. XXII. vnica, de ſentent. excom.

XVI. Exceptio: Niſi pro re, non ordine datum ſit. reprobatur d. c. ſi quis obiecerit. & d. q. 3. c. ſaluator, in prin. & §. penſandum. item c. ea quæ. Sed & concordant ȝ. *exceptiones proximè ſequentes.*

XVII. Exceptio: Niſi pro altari vel decimis datum ſit. d. q. 3. c. quæſitum. & c. altare.

XVIII. Exceptio: Niſi pro prebenda datum vel acceptum ſit. reprobatur d. c. quæſitum. verſ. ſicut etiam

etiam prebendas. item d.q.3.c 1. c si quis dator. c si quis episcopus. c. si quis obiecerit. §. fin. c. ex multis. & c. vlt.

XIX. Exceptio: Nisi pro temporalibus, non pro spiritualibus datum sit. Hæc exceptio distinguitur in temporalibus, quæ spiritualibus sunt annexa, 1.q. 3. in prin. c. si quis obiecerit. c saluator. §. sed beatus antecessor. Huius distinctionis species est 1. exceptio proxima reprobata.

XX. Exceptio: Nisi pro officio procurationis vel præpositura, non sacro ordine datum sit. reprobatur d. c. saluator. §. alioquin cur sancta. item 1.q.7.c. si quis omnem. §. quicunq; per pecuniam. item De Simonia c. consulere. 38. M. I. R. lib. 1. cap. 13. crim. 10. reg. 1. except. 6. Ratio propositæ exceptionis reprobatæ constat ex distinctione superiorum exceptionis proximæ. Declaratur autem d. c. saluator. §. in nomine verò.

XXI. Exceptio: Nisi pro inuestitura datum sit. reprobatur c. in tantum. 36. §. fin. de Simonia.

XXII. Exceptio: Nisi fructus ecclesiarum sub annuo censu concedantur. c. vlt. ne prælati vices suas.

XXIII. Exceptio: Nisi sumptuum causa datum vel acceptum sit. c. cum sit. 10. vers. præter procurationem. de Simonia.

XXIIII. Exceptio: Nisi paupertatis ratione acceptũ sit. Reprobatur hæc exceptio c. quoniã 40. d. tt.

XXV. Exceptio: Nisi extra templum sit datum. reprobatur 1.q.3.c. saluator. §. fin.

XXVI. Exceptio: Nisi is qui pecunia data ordinatus est, isto ordine dignus sit 1 q.5.c.1.§.illi verò.

XXVII. Exceptio: Nisi non muneris intuitu ordinatio sit facta, sed etiam sine eo futura. Hæc exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt ſ. except.1 repl.2 dupl.2.

XXVIII. Exceptio: Nisi spontè, non ex pacto aliquid datum sit c.etsi quæstiones.18 c.dilectus.30. §.fin.c.tua nos.14. §.si verò purè. & c. mandato. 46.verſ.quæ nullo pacto. de Simonia. 1 q.2.in princ. §.sed aliud est c.1.c.sicut. §.is autem 13.q.2.c.questa est.verſ.sed si quando.c.in ecclesiastico. c.præcipiendum.verſ.nisi fortè,item extrauag.com.1.verſ. illa duntaxat.de Simonia. Accedit M.I.R.d.reg.1. except.8. Contradicit quodammodo, quo ad sepultura venditionem,13 q.2. c.postquam.

XXIX. Exceptio: Nisi consuetudo loci non refragetur.c.ad apostolicam 42.de Simonia. Sed hoc capitulo non obstante, exceptio proposita reprobatur c.non satis.8. §.fin. c.cum in ecclesia. 8. §. putant autem.c.ea quæ.16.c.veniens.19. verſ.asserentes hoc esse.c.dilectus.30. verſ.dubitas igitur. c.in tantum. 36. c.sicut pro certo.39. & c.Iacobus. 44. eod.tit. item extrauag.com.1. eod.tt. Accedit M.I.R.d.reg. 1.except.9.

XXX. Exceptio: Nisi episcopus loci dispensauerit. Reprobatur hæc exceptio c. nobis. 27. §. fin.de Simonia. Admittitur tamen,si episcopus mandatum dispensandi à Papa acceperit,c.mãdato. 46. eod.tt.

XXXI. Ex-

XXXI. *Exceptio: Nisi id quod datum est, in pios vsus sit conuersum. Reprobatur haec exceptio 1 q.1. c.non est. item extrauag. com. 1.§. nos igitur. vers. etiam ad vsum ecclesiasticum.de Simonia.*

XXXII. *Exceptio: Nisi pœnitentiam egerit Simoniacus. reprobatur 1.q.7.c.conuenientibus.§. fin. & c.requiritis. Hactenus de causis propositæ accusationis, earumq; exceptionibus sit dictum.*

II. QVIBVS ACCVSATIO Simoniæ competit?

Omnibus quibus ex lege Iulia maiestatis accusare permissum est, Simoniæ quoq; accusatio competit.c.si dominus. 3.c.tanta.7. de Simonia. 15. q. 3. c. certis.§. fin. Huius exceptio videtur: Nisi fœmina velit accusare. Quæ tamen exceptio reprobatur d. q.3.c. sanè quisquis.§. vnde aut specialiter.

III. ADVERSVS QVOS ACCVsatio Simoniæ competit?

1. Regula: Tam dans quàm accipiens proposita accusatione tenetur.c.non satis.8.§. vnde quisquis. c. veniens. 19. c.dilectus. 30. vers. tam in dantes.c. consulere.38.c.sicut.39.§. fin. c.quoniam.40. vers. tam recipiens.de Simonia.item extrauag com.cum detestabile.2.§.statuentes.vers.dando vel recipiendo.eod.tt.& extrauag.com 1.§.& hanc.de sentent. excom.1. q. 1. c. quos constiterit. vers.quia dantem pariter. c. reperiuntur. §. fin. c. si quis episcopus.c. qui per.item 1.q.3.c.1 vers.iustè enim vterq; c.vendentes. c.peruenit, in fine. & c.vlt vers. & emptor

atque venditor. 1. q. 7. c. si quis omnem. § 1. item §. item episcopum. & § Tharasius. Apostol. canon. 28. Accedit M. I. R. d. crim. 10. reg. 6.

II. Regula: De eo pro quo ignorante datum est, vide §. quæst. 1. except. 1.

III. Regula: De eo qui consensit, cauetur c. non satis. 8. §. vnde quisquis. de Simonia.

IIII. Regula: De eo qui ordinatum præsentauit, cauetur c. si quis ordinauerit. 45. d. tt.

V. Regula: De mediatore cauetur 1. q. 1. c. si quis episcopus. § fin. & extrauag. com. cum detestabile. 2. § statuentes. vers. aut quod illa fiat. de Simonia.

VI. Regula: De eo qui sciens Simoniam commissam non defert vel vindicat, 1. q. 1. c. quisquis. c. quidam quid. vers. equidem si sciente. item extrauag. com. 1. § illos quoq;. de sentent. excom.

VII. Regula: De eo qui sciens vtitur gratia redempta, cauetur d. extrauag. 1. § fin.

VIII. Regula: De liberis seu hæredibus Simoniaci cauetur 1. q. 1. c. citò turpem.

IIII. QVID VENIAT, SEV de pœna Simoniæ.

I. Regula: Is qui dedit deponitur, & sacerdotij honore priuatur. c. qui alium. 2. c. sicut. 6. c. insinuatum. 13. de Simonia. 1. q. 1. c. presbyter. c. reperiuntur. § quod si aliquis. vbi in monasterium detruditur. item d. q. 1. c. si quis episcopus. vers. & qui ordinatus est. c. qui per. c. sanctorum. c. qui studet. & c. erga Simoniacos. Accedit M. I. R. d. crim. 10. reg. 8.

II. Re-

II. Regula: Is quoq; qui accepit, deponitur. c. de hoc autem. 11. c. ea quæ. 16. in fine. de Simonia. 1. q. 1. c. reperiuntur. §. fin. c. qui per. item q. 3. c. si quis episcopus. & ibi glossa. Planè interdum accipiens ad tempus excommunicatur, vel alia pœna pro arbitrio iudicis punitur. 1 q. 1. c. quidquid. Sed & is, cui ius aliquod propter Simoniam remittitur, ad tempus punitur. c. si quis ordinauerit. 45. de Simonia.

III. Regula: De pœna excommunicationis & anathematis cauetur d. c. quicquid. item extrauag. com. 1. §. nos enim qui secus. & 2. de Simonia. item extrauag. com. 1. de sentent. excom. & 1. q. 1. c. reperiuntur. §. fin. c. si quis episcopus. §. fin. c. qui studet, in prin. c. quicunq;. c. citò turpem. §. quia ergo. vers. secundum Ambrosium. c. placuit. item q. 7. c. vlt.

IIII. Regula: Simoniacus in æternum damnatur. 1. q. 1. c. si quis neq;. q. 3. c. si quis dator.

V. Regula: Monachus Simoniacus ab vno monasterio in aliud durius transfertur. c. de regularibus. 25. c. dilectus. 30. §. quod si de hoc. & c. quoniam. 40. de Simonia.

VI. Regula: De pœna simpli eius quod acceptum est præstanda, cauetur c. de hoc autem. 11. §. fin. & c. veniens. 19. §. quoniam ergo. de Simonia. extrauag. com. 2. §. per electionem. eod. tt. 1 q. 3. c. si quis dator, in fine.

VII. Regula: De pœna dupli eius quod acceptum est præstanda, cauetur c. audiuimus. 41. §. fin. de Simonia.

VIII. Regula: De pœna Giezi, habetur c. cum in ecclesia. 9. §. fin & c. sicut. 39. §. fin. d. tt.

V. ADIVNCTA HVIVS iudicij.

I. Regula: Reus interim ab administratione diuinorum prohibetur. c. accusatum. 4. c. quoties. 5. c. tãta. 7. §. item omnis. de Simonia. 2 q. 5. c. accusatũ.

II. Regula: De probanda Simonia. Mediator seu socius criminis ad testimonium perhibendum hoc casu admittitur, approbatur hæc regula sub conditione c. 1. de testibus in 6. Concordant ea quæ habentur §. cap 10 quæst. 3. reg 5. except. 3.

VI. EVENTVS HVIVS CRIminis & iudicij.

I. Regula: Damnatus sit infamis. 1. q. 3. c. vlt. vers. & emptor.

II. Regula: Ordinati à Simoniacis vulneratum habent caput. 1. q. 1. c. per Esaiam. §. constat ergo. Concordant ea quæ habentur j. lib. 3. cap. 4. quæst. 3. in fine, except. 3.

III. Regula: De Simoniacè acceptis restituendis dictum est §. quæst. 4. reg. 6. De ijsdem ecclesiæ applicandis cauetur extrauag. com. 1. §. insuper erga personas. de Simonia.

IIII. Regula: De præmio delatorum cauetur extrauag. com. 2. §. & vt huiusmodi. cod. tt.

VII. ADFINIA PROPOSITAE accusationis remedia.

I. Regula: De secreta admonitione, si crimen secretum

cretum sit, cauetur c. ex tua. 20. de Simonia.

II. Regula: De inquisitione facienda cauetur c. dilectus. 30. §. quod si de hoc. eodem tt.

III. Regula: De purgatione diffamato deferenda, si crimen probari non possit, cauetur c. de hoc autem. 11. §. si verò id. & c. insinuatum. 13. §. fin. de Simonia. Hac de Simonia. Sequitur de haresi.

DE HAERESI.
Cap. XVII.

DE haresi eiusq; accusatione & inquisitione primùm in genere tractabitur in hoc capite, hinc specialiter 3. capite sequente.

I. RATIO PROPOSITAE accusationis & inquisitionis.

Confirmatio propositae accusationis consistit in confutatione obiectionis, qua dicitur malos non esse cogendos ad bonum. 23. q. 4. c. displicet. c. quando vult. c. non inuenitur. c. quis nos. c. quid crudele. c. sicut, in prin. item q. 5. c. ad fidem. c. si propterea. c. si vos. c. non vos. c de Liguribus. c. quali nos. c. relegentes. item 24. q. 3 c. apostolica. Plures canones concordantes vide § cap 8. quæst 2. reg. 3. Sed & concordat l. 2. in prin. C. de hæreticis.

II. PROPRIVM.

Hæc accusatio & inquisitio est priuilegiata. c. accusatus. 8. §. sanè cum. de hæreticis, in 6.

III. CAVSAE EX QVIBVS accusatio proposita competit.

Prima atque principalis seu generalis causa est, haeresis. Quae causa approbatur per ea quae superius quaest.1. sunt proposita. Accedit M.I.R.lib.1.cap.13. crim. 11. reg.1. Ad quam causam declarandam primùm notanda est definitio haeresis, quae habetur.c. ad abolendam. 9. in princ.de haereticis. 24.quaest.1. c.loquitur,cum c.sequente.c.omnibus.c.aduocauit. c.quoniam vetus.c.quicunque.c.didicimus,in prin. item quaest.3. c.haeresis. c.haereticus. c.qui in ecclesia. c.qui aliorum. item l. 2. §. fin. C. de haereticis. Nouell.109.§.haereticos. Haec de definitione haereseos. Secundo loco proprium haereseos notandum, quod habetur 24. q.3. c.transferunt. Tertiò notanda est causa haereseos.d.c.transferunt.§. veteres. Quartò notandus est effectus & vsus haeresis, d.q 3.c.vltim. Quintò notanda est species cognata haeresis, quod est schisma,d.q 3.c.illi qui. §. fin.cum c.sequente.item 24.q.1.c.schisma,in prin. Haec de prima causa eiusq; declaratione sint dicta.

II. Causa: *Si Christianus ad Iudaismum defecerit.c.contra.13.de haereticis, in 6.* Accedit *M.I.R. d.crim.11.reg.2.*

III. Causa: *Si quis aliorum errores defendat. 24.q 3.c.qui aliorum.*

IIII. Causa: *Si resistens inquisitoribus haeretica pravitatis ob id fuerit excommunicatus, & nihilominus*

minus in eo per annum perseuerauerit. c. vt inquisitionis. 18. §. fin. de hæreticis, in 6.

V. Causa: Si in negocio fidei citatus ob contumaciam fuerit excommunicatus, & per annum in ea perseuerauerit. c. cum contumacia. 7. d. tt. Accedit M. 1. R. d. crim. 11. reg. 3.

VI. Causa: Si non credit Christum verum Deum & verum hominem fuisse. c. cum Christus. 7. de hæreticis.

VII. Causa: Si quis credat Christum eiusq; discipulos nihil propriū habuisse. extrauag. Ioan. XXII. cum inter. 4. cum sequente. de verborum signifi.

VIII. Causa: Si quis credat Mariam in mortali peccato conceptam esse. extrauag. com. grauc nimis. 2. de reliquijs sanctorum.

IX. Causa: Si quis memoriam sanctorum contemnat, vel ea quæ fiunt in honorem martyrum, spernat. distinct. 30. c. si quis per.

X. Causa: Si quis domum Dei, & congregationes quæ fiunt in ea, contemnat. d. distinct. 30. c. si quis docet.

XI. Causa: Si quis extra ecclesiam priuatim concionetur, & ecclesiasticas sanctiones contemnat, & ecclesiam apud se sine consilio episcopi agat. d. dist. 30. c. si quis extra.

XII. Causa: Si quis condemnandum credit eum, qui carnem manducat, præter sanguinem, idolo immolatam & suffocatam. d. distinct. 30. c. si quis carnem. Apostol. canon. 62.

XIII. Causa

XIII. Causa: Si quis insticiam ex pallio & vestitu estimet. d. distinct. 30. c. si quis virorum, cum c. sequente.

XIIII. Causa: Si die Dominico ieiunauerit. d. distinct. 30. c. vlt. in princ. & De consecrat. distin. 3. c. ne quis.

XV. Causa: Si quis non pro abstinentia, sed pro execratione carnium ab esu carnis abstinet. d. c. vlt. §. fin. Apostol. canon. 50. & 52.

XVI. Causa: Si in coniugio positos contemnat. d. distin. 30. c. si quis propter. c. si quis vel. c. si quis nuptias. item distinct. 31. c. si quis vituperat. & c. quicunq; & d. c. 50.

XVII. Causa: Si Simoniacus sit. Hæc causa approbatur per ea quæ §. cap. prox. quæst. 1. in principio sunt proposita.

XVIII. Causa: Si neget Christum. Apostol. canon. 61. Accedit M. I. R. d. crim. 11. reg. 2. Hæc causa declaratur theologicè, non canonicè, 11. q. 3. c. existimant. Huius exceptio est: Nisi supplicijs victus ore quidem neget, corde verò Deum adoret. de pœniten. distinct. 1. c. potest fieri, in prin.

XIX. Causa: Si quis Christianum se esse negauerit. d. q. 3. c. non solùm.

XX. Causa: Si veritatem non liberè loquitur vel defendit. d. q. 3. c. nolite. Apostol. canon. 61.

XXI. Causa: Si episcopus hæreticum instituat hæredem. c. si quis episcopus. 5. de hæreticis.

XXII. Causa: Si suspectus de hæresi delatum iusiuran-

iurandum præstare nolit. Hæc causa approbatur per ea quæ proponentur). quæst. 9. reg. 2.

Præter has plures aliæ causæ propositæ accusationis & species hæreticorum enumerantur 24. q. 3 c. quidam autem. & l. 5. C. de hæreticis. Sed & plures huiusmodi causas vide). quæst. prox. item). lib. 4. cap. 1. quæst. 1. Nunc exceptiones istarum causarum generales proponenda.

De exceptionibus præcedentium causarum generalibus.

I. Exceptio: Nisi reus mortuus sit. Reprobatur hac exceptio 24. q. 2. c. vlt. item De hæreticis, in 6. c. accusatus. 8. §. in eo verò. Accedit M. I. R. d. crim. 11. reg. 1. except. 1. Admittitur exceptio proposita, si non principaliter ob hæresin accusetur, sed ob id, quia hæreticos recepit, defendit, vel eis fauit. d. c. accusatus. 8. §. si verò pro ijs. vers. porrò si propter. Huius distinctionis replicatio prima est: Nisi postquam pœnitentia ei ob prædictas causas fuerit injuncta, decesserit. d. §. si verò pro ijs. Altera replicatio est: Nisi episcopus hæreticum instituerit hæredem. c. si quis episcopus. 5. de hæreticis.

II. Exceptio: Nisi reus pœnitentiam agat, & ad fidem redeat. c. vt officium. 11. §. si verò aliquis. de hæreticis, in 6. & 23. q. 4. c. duo ista. l. inter claras. §. fin. C. de summa trinitate. Accedit M. I. R. d. reg. 1. except. 2. Huius replicatio prima est: Nisi reus antea hæresin abiurauerit, vel propriis antistitis examinatione se purgauerit, posteaq; in hæresin fuerit relapsus.

pſus. c. ad abolendam. 9. §. illos quoq; de hæretic. M.I.R. d except. 2. repl. 2. Planè hoc caſu ſacramentum pœnitentiæ & euchariſtiæ reo denegandum nõ eſt. c. ſuper eo. 4. de hæreticis, in 6. Plura de replicatione propoſita videꝛ. quæſt. 6 reg 4 Altera replicatio eſt: Niſi hæreſin non abiurauerit, nec cautionem præſtiterit de ea non reiterand. a. d. c. ad abolendam. 9. §. præſenti. verſ. niſi continuò. Concordant ea quæ habentur ſ. cap 13. quæſt 5. reg. 6.

III. Exceptio: Niſi reus ſit priuilegiatus, vel indulgentys fultus. Reprobatur hæc exceptio d. c. vt officium. 11. §. deniq;.

IIII. Exceptio: Niſi lis apud alium iudicem pendeat. Reprobatur hæc exceptio c. per hoc. 17. de hæreticis, in 6. Clement. 1. §. propter quod. eod. tt.

V. Exceptio: Niſi reus ab alio ſeductus patiatur ſe corrigi. 24. q. 3. c. dixit.

IIII. ADVERSVS QVOS accuſatio propoſita competit?

I. Regula: De credentibus doctrinæ hæreticorum cauetur c. excommunicamus. 13. §. credentes. c. excommunicamus. 15. §. fin. de hæreticis. c. quicunque. 2. §. hæretici. & c. vt officium. 11. in prin. eod. tt. in 6.

II. Regula: De receptatoribus, defenſoribus & fautoribus hæreticorum cauetur d. §. credentes. & d. §. hæretici. & d. c. vt officium. 11. in prin. item c. accuſatus. 8. §. ſacerdotes. eod. tt.

III. Regula: De communicantibus hæreticis cauetur

netur 24.q.1.c.didicimus. §.inuenimus. & c. schisma.item q.3.c.dixit,in prin.item De hæreticis c.excommunicamus. 13. §. si qui autem tales. Sed & concordant ea quæ habentur j. quæst.8 reg.12.

IIII. Regula: De magistratibus qui nec iurare, nec seruare volunt constitutiones in hæreticos promulgatas, cauetur c.ad abolendam.9.§.statuimus. c.excommunicamus.13. §.moneantur. de hæreticis. c.vt officium.11.§.statuimus,eod.tt.in 6.

V. Regula: De eo qui cum possit hæreticũ in viã reuocare,hoc non facit, cauetur c.2. de hæreticis.

V. QVIBVS INQVISITIO HAEreticę prauitatis competat,& apud quos hæc accusatio instituenda?

I. Regula: Ecclesiasticus, non laicus, iudex competens est. c.vt inquisitionis. 18. §. prohibemus. de hæreticis,in 6.M.I.R.d.crim.11.reg.9.

II. Regula: De episcopo loci. Huic regulariter inquisitio competit, & iurisdictio propositi criminis. M.I.R.d. crim.11.reg.10. Cuius regulæ exceptio prima hæc videtur: Nisi iurisdictio alijs à Papa sit delegata.Sed reprobatur c.per hoc.17.d.tt. Clemen. 1.§.propter quod eod.tt. Altera exceptio videtur: Nisi reus sit exemptus ad iurisdictionem Papæ immediatè pertinens.Sed reprobatur c.ad abolendam. 9 §.fin.de hæreticis. Tertia exceptio est: Nisi episcopus quadragesimum annum nondum sit ingressus. Clement.2. in prin. eod.tt.

III.Re-

III. Regula: De inquisitoribus à Papa deputatis. His etiam competit cognitio, per ea quæ proposita sunt §. reg prox except. 1. Cuius exceptio prima hæc est: Nisi inquisitores à Papa deputati quadragesimum annum non sint ingressi. d. Clement. 2. in prin. Altera exceptio est: Nisi episcopus vel alius prælatus superior reus sit, vel suspectus de hæresi: hoc enim casu ad Papam cogniti spectat. c. inquisitores. 16. de hæreticis, in 6.

VI. QVID VENIAT IN ACCVsatione proposita, seu de pœna hæreseos.

I. Regula; Schisma grauius punitur hæresi. 24. q. 1. c. non asseramus.

II. Regula: Religiosi grauius puniendi quàm seculares. c. accusatus 8. §. fin. de hæreticis, in 6.

III. Regula: Vltimo supplicio hæretici afficiendi non sunt. 23. q. 5. c. vnum solum. Concordant ea quæ proposita sunt §. cap. 7. in prin. M. I. R. d. crim. 11. reg. 12.

XIIII. Regula: Si quis post abiurationem relapsus sit in hæresin, grauius punitur, per ea quæ proposita sunt §. quæst. 3. except. generali 2. repl. 1. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi cum abiuraret hæresin, leuis tantùm contra eum fuit præsumptio. d. c. accusatus. 8. in prin. Altera exceptio videtur: Nisi in aliam hæresin relapsus sit, quàm abiurauit. Sed reprobatur d. c. accusatus. 8. §. eum verò.

V. Regula; Si quis post abiurationem hæreticis commu-

communicat, tanquam relapsus grauius punitur. d. c. 8. §. ille quoq;.

VI. Regula: De pœna excommunicationis cauetur c. sicut. 8. c. ad abolendam. 9. in princ. c. excommunicamus. 13. in princ. c. excommunicamus. 15. in prin. de hæreticis.

VII. Regula: Excommunicati traduntur iudici seculari arbitrio eius puniendi. d. c. 13. §. damnati. & d. c. 15. §. damnati. & d. c. ad abolendam. 9. §. præsenti. M. I. R. d. crim. 11. reg. 13.

VIII. Regula: Pertinaces in perpetuum carcerem damnantur. d. c. 15. §. si qui autem. Hæc de pœnis hæreticorum. Sed & plures huiusmodi pœnas vide. quæst. 8.

VII. ADIVNCTA PROPOSITÆ accusationis & inquisitionis.

I. Regula: De reis custodiendis & incarcerandis cauetur Clement. 1. §. propter quod, cum sequentibus. de hæreticis.

II. Regula: De iuramento ab officialibus præstãdo cauetur d. Clement. 1. §. porrò coram.

III. Regula: De modo procedendi, & processibus inuicem communicandis, cauetur d. §. propter quod. item c. per hoc. 17. de hæreticis, in 6. extrauag. com. 1. eod. tt. M. I. R. d. crim. 11. reg. 15.

IIII. Regula: Vt de simplici & plano procedatur, cauetur c. statuta. 20. in princ. de hæreticis, in 6.

V. Regula: De non publicandis attestationibus

& accusatoribus cauetur d.c.20.§.iubemus.

VI. Regula: Si citatus contumaciter absit, pro hæretico condemnatur, per ea quæ proposita sunt §. quæst.3 causa 5.

VII. Regula: De examine testium cauetur c.vt officium.11.§.verùm quia.de hæreticis, in 6.

VIII. Regula: De probatione Hæresis probatur per testes etiam excommunicatos & criminis socios.c.in fidei.5.eod.tt. Item periurus, qui antea contrarium deposuit, probat. Quæ regula approbatur sub conditione c. accusatus. 8. §. licet. d.tt. M.I.R. lib.2.cap.13.reg.37.except.6.repl.3.

IX. Regula: Decumbens petens hæreticos se consolaturos, præsumitur ex eo hæreticus: contra quam præsumptionem, si decesserit, non admittitur probatio in contrarium. Quæ regula approbatur certis conditionibus.c.filij.3. de hæreticis, in 6.

X. Regula: Vt inquisitores simul vel separatim procedãt, cauetur c.vt officium.11.in prin.d.tt. Concordant ea quæ proposita sunt §. eod.quæst.reg.3.

XI. Regula: Vt inquisitores compescant prædicatores quæstuarios vel alios resistentes inquisitioni, cauetur d. c.vt officium.11.§.compescendi.

XII. Regula: Alia iura inquisitoribus competentia enumerantur c.vt commissi.12. d.tt.

XIII. Regula: Ne inquisitores affectibus aliquid tribuant, cauetur Clement. 1. §. porrò quod. vers. omni carnali. & §. verùm quia.de hæreticis.

XIIII. Regula: Ne inquisitores potestate sua abu-

abutantur, cauetur Clement. nolentes. 2. §. & tam ipsorum. d. tt. Plura de hac re vide §. quæst. prox. reg. 6.

XV. Regula: Ne inquisitores alijs causis, quàm ad hæresin pertinentibus, se immiscean, cauetur c. accusatus. 8. §. sanè cum. de hæreticis, in 6.

XVI. Regula: Vt secularis magistratus adiumento sit inquisitoribus, cauetur c. vt inquisitionis. 18. in prin. d. tt. Concordant ea quæ proposita sunt §. quæst. prox. reg. 7. item quæst. 4. reg. 4.

VIII. EVENTVS.

I. Regula: De executione sententia à seculari iudice facienda, probatur per ea quæ proposita sunt §. quæst. 6. reg. 7.

II. Regula: De appellatione deneganda cauetur d. c. vt inquisitionis. 18. in princ. vers. non obstantibus.

III. Regula: De confiscatione bonorum damnati cauetur c. vergentis. 10. c. excommunicamus. 13. §. damnati. de hæreticis. c. cum secundum. 19. d. tt. in 6. Accedit M. I. R. lib. 1. cap. 13. crim. 11. reg. 18.

IIII. Regula: Cui hæc bona cedant, & quorum expensis inquisitio facienda, definitur extrauag. com. 1. §. verùm quia. de hæreticis. M. I. R. d. crim. 11. reg. 19.

V. Regula: Quæ confiscanda. Bonis mariti confiscatis, vxori salua dos est. Quæ regula approbatur simul & distinguitur c. decreuit. 14. de hæreticis, in 6.

VI. Regula: De pœna inquisitorum non rectè suo fungentium officio cauetur Clement. 1. in prin. & §. verùm quia. & Clement. 2. §. quod si secus. de hæreticis.

VII. Regula: Hæreticorum sacrificia nihil valent. 24. q. 1. c. odi. c. didicimus. §. sacrificia eorum. Concordant item ea quæ proponentur 3. reg. 20.

VIII. Regula: Hæretici carent iustitia & charitate. d. q. 1. c. vbi sana.

IX. Regula: Hæretici spiritus perfectionem non habent. d. q. 1. c. hæretici. 23. q. 7. c. vlt. in prin.

X. Regula: De sepultis ab hæreticis, deq; vestimentis cum quibus, & altaribus in quibus hæretici celebrarunt, cauetur c. à nobis. 2. de sacramentis non iterandis.

XI. Regula: Ne hæreticis vis fiat, vel sine causa ijs sua auferantur, cauetur d. q. 7. in princ. cum c. sequente. item l. 6. C. de sacrificijs paganor. Contradicit d. q. 7. c. si de rebus. c. quod autem. & c. vlt.

XII. Regula: Hæretici vitandi & fugiendi sunt, per ea quæ proposita sunt 5. quæst. 4. reg. 3. Quibus concordat 24. q. 1. c. omnis qui. c. quæ dignior. item q. 3. c. clericus. c. cum quibus. item 28. q. 1. c. nullus eorum. c. si infidelis. §. hoc & de. c. sæpe malorum.

XIII. Regula: Cum hæreticis de fide non disputandum 24. q. 3. c. cum quibus. §. fin.

XIIII. Regula: Hæretici ad concilia non vocandi. d. c. cum quibus, in princ. Vide item 3. lib. 4. cap. de concilijs.

XV. Re-

XV. Regula: Hæreticus in æternum est damnatus, vtcunque bona opera præstet. c. firmißimè. 3. de hæreticis.

XVI. Regula: Damnato authore, libri quoque eius & sententia damnata censentur. c. fraternitatis. 4. eod. tt.

XVII. Regula: Aduocati & notarij hæreticis eorumq; fautoribus patrocinari & scribere prohibentur. c. si aduersus. 11. de hæreticis. Accedit M. I. R. d. crim. 11. reg. 8.

XVIII. Regula: Hæreticis nulla datur actio. c. vlt. d. tt.

XIX. Regula: Acta hæreticorum rescinduntur. c. 1. de schismaticis.

XX. Regula: Hæretici sacra ministrare non possunt, & factum huiusmodi ratum non est. 1. q. 1. c. sic populus, cum sequentibus vsq; ad c. manus. item d. c. manus. §. cum ergo. Contradicit d. q. 1. c. sicut Christus. Huic obiectioni respondet Gratianus d. c. sicut. §. sed hoc de peccatore. Concordant item ea quæ habentur 5. reg. 7.

XXI. Regula: De priuilegio cruce signatorum, qui hæreticos exterminant, cauetur c. excommunicamus. 13. §. catholici. de hæreticis.

XXII. Regula: Hæretici liberos suos in potestate non habent. c. quicunq; 2. §. fin. de hæreticis, in 6.

XXIII. Regula: De hæreticis conuersis, quatenus sint recipiendi, cauetur 5. cap. 13. quæst. 5. reg. 6. Hæc de euentis propositæ accusationis. Plures huiusmodi

pœnas hæreticorum & euentus vide M. I. C. lib. 3. cap. 7. quæst. 3.

IX. ADFINIA REMEDIA.

I. Regula: De visitatione annua instituenda ad hæreseos inquisitionem cauetur d. c. excommunicamus. 13. §. adijcimus.

II. Regula: Vt suspecto de hæresi iusiurandum deferatur, & nisi iurauerit, pro hæretico damnetur, cauetur d. §. adijcimus. vers. ipse autem episcopus, & d. c. 13. §. qui autem. item c. ad abolendam. 9. §. qui verò. eod. tt. Hæc de hæresi in genere sint dicta: nunc de eadem in specie erit dicendum.

DE HAERESI IN SPECIE. Cap. XVIII.

I. DE IVDAEIS ET Sarracenis.

PRima regula: Inter Christianos & Iudæos nuptiæ contrahi prohibentur, per ea quæ proponentur j. lib. 4. cap. 13. except. 11.

II. Regula: Ne Iudæi Christianos eorumq; religionem dicto factóue contemnant, cauetur c. etsi Iudæos. 13. in prin. & c. in nonnullis. 15. §. fin. de Iudæis. l. 10. C. de Iudæis.

III. Regula: Ne Iudæi & Sarraceni suos ritus & festiuitates agere prohibeantur, cauetur dist. 45. c. qui syncera. l. 12. C. de Iudæis. Excipitur inuocatio Mahometi, Clement. vnica, de Iudæis.

IIII. Regula: Ne vis Iudæis inferatur, néue ad

reli-

religionem Christianam cogantur, cauetur c. sicut. 9. de Iudæis. item d. c. qui syncera & d. distinct. 45. c. de Iudæis. l. 13. C. de Iudæis. & l. 6. C. de sacrif. paganor. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi fidem Christianam receperint: tunc enim vt in ea maneant, cogi possunt. d. c. de Iudæis. item De consecra. distinct. 4. c. plerique. Altera exceptio est: Nisi vim inferant Christianis. 23. q. 8. c. dispar.

V. Regula: Ne Iudæi Christianos circumcidant, cauetur dist. 54. c. nulla. §. si verò. l. 15. C. de Iudæis.

VI. Regula: Ne Iudæis publica officia in Christianos committantur, cauetur d. c. nulla, in prin. c. tum sit. 16. c. ex speciali. 18. de Iudæis. l. hac valitura. 17. C. eod. tt. Sed & concordant ea quæ habentur §. cap. 5. quæst. Qui & quales, reg. 3.

VII. Regula: Ne Iudæi nouas synagogas extruãt, sed (si velint) veteres reficiant, cauetur c. Iudæi. 3. & c. consultationi. 7. de Iudæis. item d. l. 17. §. illud etiam.

VIII. Regula: Vt Iudæi tota die parasceues ostia & fenestras habeant occlusas, cauetur c. quia super. 4. de Iudæis. Item, ne in die passionis Domini Iudæi in publicum prodeant, nec in contumeliam Christi prosiliant, cauetur c. in nonnullis. 15. §. in diebus eod. tt.

IX. Regula: Iudæis baptizatis bona sua auferenda non sunt, c. Iudæi. 5. §. si qui præterea. de Iudæis. & extrauag. Ioann. XXII. 2. eod. tt.

X. Regula: Ne Iudæi vel Sarraceni habeant

mancipium Christianum. c. 1. & 2. de Iudæis. dist. 54. c. mancipia. c. præsenti. item 17. q. 4. c. Iudæs. l. vnica. C. ne mancipium Christianum. & l. 42. §. his ita dispositis. C. de episcopis & clericis. Huius regulæ exceptio est in colonis adscripticijs, d. c. 2.

XI. Regula: Ne Christiani in domibus Iudæorum vel Sarracenorum seruitia præstent. c. Iudæi. 5. in prin. c. ad hoc. 8. & c. etsi Iudæos. 13. de Iudæis.

XII. Regula: Serui Iudæorum baptizari volentes, exinde liberi efficiuntur. c. vlt. d. tt.

XIII. Regula: De habitu Iudæorum & Sarracenorum cauetur c. in nonnullis. 15. in prin. d. tt.

XIIII. Regula: De pœna Iudæi clericum percutientis cauetur c. postulasti. 14. d. tt.

XV. Regula: Iudæi de suis possessionibus decimas & oblationes soluere tenentur. c. quanto amplius. 18. §. fin. de vsuris.

XVI. Regula: Cum Iudæis nec manducandum, nec bibendum est, nec lauandum, nec etiam medicamentum ab ijs sumendum. 28. q. 1. c. nullus eorum. c. omnes. Nec cum ijs ieiunandum, nec festus dies cum ijs celebrandus, nec lautia festi ab ijs suscipienda. Apostol. canon. 69.

XVII. Regula: Vt filij Iudæorum ab ijs separentur, d. q. 1. c. Iudæorum. item De consecrat. distin. 4. c. plerique. §. fin.

XVIII. Regula: De Iudæis baptizandis in fide prius instituendis vide j. lib. 4. cap. de baptismo.

XIX. Regula: Ne oleum in synagogam Iudæo-

rum

rum deferatur, aut lucernæ incendantur. Apostol. canon. 70. Hæc de Iudæis & Sarracenis. Sed & plura de Iudæis vide M. I. C. lib. 3. cap. 8.

II. DE PAGANIS.

I. Regula: Qui Paganis prædicant, possunt cibis ab ipsis appositis vesci. c. quam sit. 10. in princ. de Iudæis.

II. Regula: Vt ijs qui idonei sunt, permittatur Paganis prædicare, cauetur d. c. 10. §. insuper.

III. Regula: Ne Pagani ad officia publica admittantur, cauetur c. cum sit. 16. §. fin. eod. tt.

III. DE MANICHAEIS.

Hi coniugium detestabantur. distinct. 30. in prin. vers. causa fuit. De quorum pœnis cauetur l. 4. & l. 5. vers. & qui ad imam. C. de hæreticis.

IIII. DE APOSTATIS.

De apostatis coercendis cauetur c. à nobis. 5. de apostatis. Sed plura de apostatis vide ij. lib proxim. cap. 5. reg. 68. & 69. item M. I. C. lib. 3. cap. 8 specie 4.

V. DE BEGVARDIS ET beguinis.

Hæc secta damnatur Clement. 1. de religiosis domibus Clement. ad nostram. 3. de hæreticis. extrauag. Ioann. XXII. vnica, de religiosis domibus. Ab hac regula excipiuntur mulieres fide dignæ, nec suspectæ sub habitu beguinarum viuentes. extrauag. com. vnica, eod. tt.

VI. DE HYPOCRITIS.

De hypocritis differitur De pœnitent. distin. 2. c.

multi bene. §. illud Gregorij, cum c. sequẽte Citius. VII. De Iacobo, Petro & Ioanne de Columna schismaticis cauetur c. vnico, de schismaticis, in 6. Tollitur hac constitutio extrauag. comm. vnica, eod. tt. Hæc de hæresi in specie sint dicta. Sed & plures species vide M. I. C. d. cap. 8. Supereſt vt de vsuris agamus.

DE VSVRIS.

Cap. IX.

I. RATIO PROPOSITAE accusationis.

VSurarij vtriusq; testamenti pagina damnantur. c. quia in omnibus. 3. vers. & qualiter. c. super eo. 4. in prin. de vsuris. Accedit M. I. R. lib. 1. cap. 13. crim. 13. reg. 1. Alia ratio propositæ accusationis est: quia omnis negociatio est prohibita. c. ejciens, in prin. dist. in. 88. Obiectio ponitur & soluitur d. c. ejciens. §. dicit aliquis.

II. CAVSAE EX QVIBVS ACCVsatio proposita competit.

Prima & principalis causa est: Si vsuras quis exerceat. c. 1. in prin. de vsuris, in 6. c. 2. de vita & honestate clericor. Accedit M. I. R. d. crim. 13. reg. 2. Pro declaratione huius causæ sciendum est, vsuram esse quicquid vltra sortem percipitur. quæ definitio patet ex ijs, quæ infrà proximè sequuntur. Accedit M. I. R. d. reg. 2. & lib. 5. cap. 1. reg. 56.

II. Causa: Si quid vltra sortem recipiatur. c. cõsuluit.

suluit.10. de vsuris.14.q.3 in prin. cum sequentibus. q.4.c.si quis clericus, in fine. & c.nullus.

III. Causa: Si parabolam iuramenti non aliter concedit, quàm emolumentum aliquod inde percipiat.d.c.10.vers.& vtrum eodem reatu.

IIII. Causa: Si quis plus iusto precio rem suam vẽdiderit ob dilatam precij solutionem.d.c.10.vers. & an negociator pœna consimili. item c. in ciuitate.6.eod.tt. Accedit M.I.R.d.crim.13.reg.3. Huius causæ exceptio hæc est: Nisi aliàs non erat rem distracturus.c.vlt.§.fin.de vsuris.

V. Causa: Si quis annonam vel vinum emat, vt pluris vendat.14.q.4.c.quicunque. Huius causæ exceptio est: Nisi cum tempus traditionis rei emptæ esset dilatum, verisimiliter dubitetur, vtrum plus vel minus tempore traditionis res sit valitura.d.c. vlt.§.ille quoq;.

VI. Causa: Si creditor pro pecunia credita loco vsurarum fructus pignoris percipiat. c.1. de vsuris. Concordant ea quæ proponentur ĵ. libro 5. cap.7. reg.12.Huius causæ exceptio prima hæc est: Nisi beneficium ecclesiasticum hoc modo à laico redimatur.d.c.1.vers. nisi fortè ecclesiæ beneficium. Altera exceptio est: Nisi dominus à vasallo feudum pignori acceperit, remissis ei seruitijs, c.1. de feudis. c.conquestus. 8. in fine. de vsuris. Tertia exceptio est: Nisi pro dote maritus pignus accepit.c.salubriter. 16.d.tt.

VI. & VII. Causam vide ĵ.lib.5.cap.7.reg.14.

Exce-

Exceptiones præcedentium causarum generales.

I. Exceptio generalis videtur: Nisi Iudæus vsuras exerceat. Sed reprobatur c. post miserabilem. 12. & c. quanto. 18. de vsuris. M. I. R. d. crim. 13. reg. 2. excep. 1.

II. Exceptio videtur: Nisi laicus vsuras exerceat. Sed & hac exceptio reprobatur 14. q. 4. in prin. & c. nec hoc,

III. Exceptio: Nisi is qui vsuras percepit, facultatibus lapsus sit, vt eas restituere non possit. c. cum tu. 5. §. illi autem. de vsuris. Huius replicatio est: Nisi possessiones habeat vsuris comparatas. d. §. illi autem. vers. possessiones verò.

IIII. Exceptio: Nisi ab hoste, vel alio quem licet occidere, vsuras perceperit. 14. q. 4. c. vlt.

V. Exceptio: Nisi ab vsurario vsuras acceperit. c. quia frustra 14. & c. Michael. 17. de vsuris.

VI. Exceptio: Nisi is, à quo vsuras accepit, decesserit nullis hæredibus relictis. Reprobatur hæc exceptio c. cum tu. 5. vers. vel his non superstitibus. d. tit. item 14. q 5. c. nemo, in fine.

VII. Exceptio: Nisi non pecunia numerata, sed quid aliud vltra sortem sit receptum. Hac exceptio reprobatur 14. q 3. c. 1. cum sequentibus.

VIII. Exceptio: Nisi census annuus in prædio emptus sit cum pacto de retrouendendo. extrauag. com. 1. & 2. de empt. & venditione. Accedit M. I. R. d. reg. 2. excep. 2.

IX. Ex-

IX. *Exceptio: Nisi creditor periculum sortis in se receperit. Reprobatur hac exceptio c. vlt. in prin. de vsuris.*

X. *Exceptio: Nisi iusiurandum de vsuris soluendis, vel solutis non repetendis præstitum sit. Reprobatur hac exceptio c. tuas. 13. d. tt. c. 1. & c. debitores. 6. de iureiurando.*

XI. *Exceptio: Nisi statutum vel consuetudo loci vsuras permittat. Reprobatur Clement. 1. in prin. de vsuris. M. I. R. d. reg. 2. except. 4.*

XII. *Exceptio: Nisi ante decretum, quo vsura prohibita sunt, vsuras perceperit. Reprobatur hac exceptio c. cum tu. 5. in prin. de vsuris.*

XIII. *Exceptio: Nisi in pium vsum, vel ob liberandum captiuum vsuras perceperit. Hac exceptio reprobatur c. super eo. 4. eod. tt.*

III. ADVERSVS QVOS accusatio proposita competit?

De heredibus vsurarij defuncti cauetur c. tua nos. 9. de vsuris.

IIII. QVID VENIAT IN accusatione proposita, seu de pœna.

I. Regula: Vt vsura percepta restituantur, cauetur d. c. cum tu. 5. vers. cogendi sunt.

II. Regula: Nisi vsuras restituat reus, excommunicatur. c. quia in. 3. & c. præterea. 7. de vsuris. 14. q. 4. c. ministri.

III. Re-

III. Regula: Ad confessionem & absolutionem eius non admittitur. c. 2 §. penult. de vsuris, in 6.

IIII. Regula: Reo denegatur ecclesiastica sepultura. de quare vide 3. lib. 4. cap. de sepultura.

V. Regula: Vsurarius raptori aequiparatur. 14. q. 4. c. si quis vsuram. c. quid dicam. c. vltim. vers. sine ferro.

VI. Regula: Clericus vsurarius deponitur. c. 1. §. quod si post. & c. praterea. 7. de vsuris. 14. q. 4. c. 1. c. si quis oblitus. c. quoniam.

VII. Regula: Iudaeus vsurarius quomodo coerceatur, definitur. c. post miserabilem. 12. & c. quanto. 18. de vsuris.

VIII. Regula: De poena eorum qui statutis suis vsuras permittunt, cauetur Clement. 1. d. tt.

IX. Regula: Si quis vsuras exercere non esse peccatum affirmauerit, vt hereticus coercetur. d. Clement. 1. §. fin.

X. Regula: Vt vsurarij peregrini expellantur, nec domus illis locetur, cauetur c. 1. §. & quia. de vsuris, in 6.

V. ADIVNCTA.

De edendis libris rationum, vt de contractu vsurario constare possit, definitur Clement. 1. §. caterùm. de vsuris.

VI. EVENTVS.

I. Regula: De appellatione condemnato deneganda cauetur c. quam pernicioſum. 11. de vsuris.

II. Regula: Vsurarius testamentum facere prohibetur.

bibetur. c. quanquam. 2. §. fin. de vsuris, in 6. Plures euentus vide §. quæst. 4. & M. I. R. d. crim. 13. reg. 11.

VII. ADFINIA REMEDIA propositæ accusationis.

1. Regula: Etiã sine accusatione officio magistratus vsurarij puniendi. c. cum in diœcesi. 15. de vsuris.

II. Regula: De exceptione vsurario agenti opponenda, si non restituat vsuras, cauetur c. debitores. 6. in prin. de iureiurando. c. quia frustra. 14. & c. Michael. 17. de vsuris. Hæc de vsuris.

LIBRI PRIMI FINIS.

METHODI IVRIS PONTIFICII

LIBER II.

DE IVDICIIS PRIVATIS.

HActenus de legibus, magistratibus & iudicijs publicis actum est. Nunc de iudicijs priuatis agetur. vbi præmissa generali iudiciorum descriptione, dicetur primum de personis iudiciorũ, hinc de rebus, tertiò de actibus iudicialibus. Quartò euentus & consequentia iudiciorum tractabuntur: postremò adfinia iudiciorum remedia. Personæ iudiciorum sunt, iudex, assessores, postulantes, aduocati, procuratores & defensores, actor & reus.

Quæ

Quæ personæ ex parte breuiter enumerantur cum suis officijs 4.q.4.c.1. Res iudiciales sunt, res litigiosa, seu in iudicium deducta. Actus iudiciales sunt, in ius vocare, actionem edere, dilationem dare, excipere, replicare, cauere, litem contestari, de calumnia iurare, causam probare, cognoscere ac referre, sententiam formare ac pronunciare. Euentus & consequentia iudiciorum sunt, appellatio, res iudicata, iudicati actio & exceptio, sententiæ executio, in possessionem bonorum missio, venditio bonorum debitoris, sumptuum & expensarum litis restitutio, exceptio Quod quisque iuris in alterum, &c. Adsinia denique iudiciorum remedia sunt, extraordinariæ cognitiones, compromissum & transactio. De quibus omnibus & singulis ordine dispiciendum, præmissa tamen generali iudiciorum descriptione.

DESCRIPTIO IVdiciorum generalis. Cap. I.

PRIMO: Ratio iudiciorum est, coercitio malorum & pax publica. 23.q.5.c. non frustra. l.13.vers.idcirco tamen. C.de Iudæis.

II. VBI EXERCENDA iudicia?

I. Regula: Non nisi in ciuitatibus & locis insignibus iudicia exercenda. c. statutum. 11. in princ. vers. nec audiantur alibi, de rescriptis, in 6.

II. Re-

II. *Regula*: *Vbicunque in sua diœcesi prælatus elegerit, iudicia exercere potest. c. cum episcopus. 7. de officio ordinarij, in 6. Accedit M.I.R. lib. 2. cap. 1. quæst. 8. reg. 1.*

III. *Regula*: *Non nisi in sua diœcesi, vel in qua appellatum est, iudicia exercenda. c. vt litigantes. 5. dist. Accedit M.I.R. d. quæst. 8. reg. 2. Cuius exceptio prima est: Nisi consuetudo loci aliud permittat. d. c. 5. vers. nisi sibi aliud de consuetudine. Altera exceptio est: Nisi iudex à sua diœcesi expulsus sit. Clem. 1. de foro competenti.*

IV. *Regula*: *Delegatus extra locum commissionis iudicium exercere non debet. c. statutum. 11. §. in nullo. de rescriptis, in 6.*

V. *Regula*: *Ne in templis vel cœmeterijs iudicia exerceantur. c. decet. 2. §. cessent in ecclesijs. de immunitate eccles. in 6.*

III. QVANDO EXERCENDA iudicia?

Diebus feriatis iudicia non exercenda. 15. q. 4. in prin. cum sequentibus, vsq; ad q. 5. Concordat. M.I.C. lib. 2. cap. 1. quæst. 2. reg. 1. in prin. & M.I.R. d. c. 1. quæst. 9. reg. 1. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi partes feriis renunciauerint. Quæ exceptio approbatur M.I.C. d. reg. 1. except. 1. Cuius replicatio est: Nisi feriæ introductæ sint non fauore hominum, sed in honorem Dei & sanctorum: his enim renunciari non potest. c. vlt. de feriis. Huius duplicatio est: Nisi necessitas vrgeat, vel pietas suadeat. d. c. vltim.

vers. nisi necessitas vrgeat. Plures propositæ regulæ exceptiones vide M.I.C.d.reg.1.& M.I.R.d.reg.1.

IV. QVAMDIV EXERCENda iudicia?

I. Regula: Lites debent celeriter terminari. c.2. de sententia & re iudicata. Pœna iudicis malitiosè differentis expeditionem causarum cauetur extrauag.com.1. §. etsi forsan, de treuga & pace. Alia pœna statuitur l. properandum. 11. §. sin autem extrag. C. de iudicijs.

II. Regula: Iure ciuili intra triennium causæ pecuniariæ debent finiri. d.l. properandum. 11. Cui contradicit c. venerabilis. 20. de iudicijs. Vide M.I. R.d.cap.1. quæst.10.reg.1.

V. ADIVNCTA IVdiciorum.

I. Regula: Vt lite pendente nihil innouetur, cauetur c.1. cum c. sequente. vt lite pendente nihil. c. cum veniissent. 6. de institutionib. Concordant item ea quæ habentur j. cap. 18. quæst 7. reg. 13. & M.I. R. d. cap.1. quæst. 12. reg.2. Declaratur regula proposita definitione litis pendentis Clement. cum lite. 2. vt lite pendente. Sanè ad regulam propositam pertinet de re litigiosa non alienanda, de quo tamen dicetur specialiter j. cap.5.

II. Regula: De actu iudicij conscribendis cauetur c. quoniam. 11. de probationibus.

III. Regula: Vt omnia in scriptis proponantur, cauetur ipso iure. Sed excipitur causa clerici conuenti.

nenti. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur 11. q. 1. c. si quis cum. Nouell. 83.

IV. Regula: Vt omnia mitissima verborum relatione, non contentiosis vocibus nec risibus agantur, cauetur 5. q. 4. c. vlt. Hæc de adiunctis iudiciorum: quòd tamen referri etiam possunt officia aduocatorum, procuratorum, iudicum, assessorum, necnon totus processus iudiciarius. Sed de his infrà tractabitur. Nunc de personis iudicij agendum.

DE IVDICE.

Cap. II.

PRimò: Etymologia iudicis habetur 23. q. 2. c. 1. §. iudex.

II. DE DANDO IVDICE & foro competenti.

Ex persona iudicis sumitur recusatoria iudicis & fori præscriptio, qua consequitur reus, ne ad actionem propositam respondere cogatur apud iudicem recusatum. Quæ præscriptio approbatur 3. q. 6. c. pulsatus, in prin. 11. q. 1. clericus. Quòd si fori præscriptione opposita iudex nihilominus sententiam in causa principali tulerit, ea ipso iure non valet, vt 5. cap. 19. except. 1. dicetur, & iudex in æstimatione interesse punitur. c. olim. 7. de iniurijs. Planè regulariter quidem iudex competens præsumitur, quicq; excipiendo incompetentem eum dicit, ipsam suam exceptionem seu præscriptionem tenetur probare. Sumuntur autem huiusmodi ex-

ceptiones partim ex qualitate ipsius iudicis, partim ex persona actoris, partim ex persona rei conuenti, partim ex re quæ petitur, partim ex genere causæ & ex alijs huiusmodi circumstantijs, quemadmodum M.I.C lib.2.cap 2 copiosius ostendi. Quo ordine seruato, fori præscriptionis & recusatoriæ iudicis causas seu species subijciemus: eo tamen præmisso, quòd huiusmodi causæ non solùm reo fori præscriptionem seu recusatoriam iudicis suppeditant, sed actori quoque ad replicandum fori præscriptionem prosunt. Siquidem actor replicando excipit aduersus iudicem, ad quem reus in fori præscriptione prouocauit.

I. Exceptio: Nisi iudex surdus vel mutus sit. Hæc exceptio cum alijs quibusdam approbatur 3 q.7.c.1. §.tria sunt.l.12.§.non autem ff.de iudicijs.

II. Exceptio: Nisi iudex furiosus sit.d.c.1. vers. & qui perpetuo. De hac exceptione agitur etiam l. 39.in prin.& l.46 ff.de iudicijs.

III. Exceptio: Nisi iudex minor sit ætate. d.c.1. vers.& impubes. Accedit M.I.R. lib.2. cap.2. quæst. 2. except. 1. Cuius replicatio est: Nisi maior sit decem & octo annis. l 57.ff.de re iudicata. Quæ tamen replicatio mutatur c.cum vigesimum. 41. de officio delegati.

IV. Exceptio: Nisi iudex Senatu motus sit. d. c.1. vers. lege qui à senatu motus est.

V. Exceptio: Nisi fœmina iudex sit data. d. c.1. vers. moribus fœminæ, item 15. quæst.3. in princ. §. econ-

econtrà, cum sequentibus: vbi obiectio ponitur & soluitur.

VI. Exceptio: Nisi iudex seruus sit. d.c.1. vers. & seruus. vbi subijcitur replicatio talis: Nisi publicè liber sit reputatus. Cui concordat l.3.ff. de officio pretorum.

VII. Exceptio: Nisi causa iudicem datum contingat, vel iudex simul accusator esse velit. 4.q.4.c. 1.c.nullus. M.I.R.d.quæst.2.except.2.

VIII. Exceptio: Nisi iudex datus sit dominus, familiaris vel socius actoris vel rei conuenti. c.causam.17.c. inst nuante 25.c. cum R.35. vers. exceptis canonicis. de officio delegati. Concordat item M.I. C.lib.2.cap.2 except.10. Contradicit tamen 3.q.7. c.infames. § filius etiam. vers. nam & iudicem. l.77. ff. de iudicijs.

IX. Exceptio: Nisi iudex inimicus sit rei conuenti. 3.q.5.c. vlt.

X. Exceptio: Nisi iudex datus in pari vel maiori crimine sit cum reo conuento. 3 q.7. in prin. c. infames. § pen. c. qui sine. c. iudicet, in prin. c. in grauib. c. postulatus. c. vlt. Contradicit d.c. vlt. § sed obijcitur. Vide M.I.R.d.quæst.2.except.6.

XI. Exceptio: Nisi iudex sit infamis. d.q.7.c.1. in princ.

XII. Exceptio: Nisi iudex sit peregrinus. 3.q.5. c. accusatores. q.6. c. peregrina. c. leges. c. vnaquæque. Concordant item ea quæ habentur 3. lib. prox. cap. 6. reg. 14.

XIII. Exceptio: Nisi iudex sit excommunicatus c. ad probandum. 24. de re iudicata.

XIV. Exceptio: Nisi iudex non sit fidei catholicæ. 2 q. 6. c. catholicus. Concordant ea quæ habentur §. cap. 19. except. 2. vbi huius exceptionis vide replicationes.

XV. Exceptio: Nisi iudex alij causam commiserit: hoc enim casu videtur ipse recusandus. Sed hæc exceptio reprobatur sub conditione c. quamuis. 6. de officio delegati, in 6. Plura de hac exceptione vide §. lib. proximo, cap. 5. de iurisdictione, quæst. 1. except. 11.

XVI. Exceptio: Nisi cùm pluribus esset causa delegata, quidam, non omnes iudicent. Hæc exceptio approbatur simul & distinguitur §. cap. 19. except. 4.

XVII. Exceptio: Nisi cùm pluribus causa esset delegata, singulis in solidum: vno iudicante, alij postea sese ingerant. c. cum plures. 8. de officio delegati, in 6. Hactenus exceptiones ex qualitate iudicis desumptæ sunt expositæ. Sequuntur eæ quæ sumuntur ex persona actoris.

XVIII. Exceptio: Nisi actor sit pupillus, vidua, vel aliàs miserabilis persona: hæc enim ad Imperatorem in ius aduersarium suum vocare potest. l. venica, in fine. C. quando Imperator inter pupillos, &c. Item ad iudicem ecclesiasticum. c. ex parte. 15. præsertim §. ex hoc autem. de foro competenti. Huius exceptionis, quod ad ecclesiasticum iudicem

spectat,

spectat, replicatio hæc est: Nisi causa sit petitorij, non possessorij iudicij. Quæ replicatio præterquam quòd ex d.c.15 patet, etiam approbatur c. ex tenore. 11. eod. tt. Plura de hac exceptione vide M. I. R. d. quæst. 2. excep. 9.

XIX. Exceptio: Nisi ecclesia vel clericus agat: hic enim ad suum iudicem potest reum in ius vocare. c. cum sit. 8. c. conquestus. 16. de foro competenti. 2. q. 5. c. si quis presbyter. 11. q. 1. c. si quæ causæ, in prin. Contradicit d. q. 1. c. experiētia. c. si quisquam. Vide item J. except. 27. item M. I. R. d. quæst. 2. excep. 11. Planè propositæ exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi laicus reus probabiliter neget reum ecclesiæ vel clerici esse: tunc enim causa ad secularem iudicem spectat. c. si clericus. 5. de foro competenti. Altera replicatio est: Nisi de feudo contentio sit. Quæ replicatio approbatur simul & distinguitur c ex transmissa. 6. & c. verùm. 7. eod. tt.

XX. Exceptio: Nisi pœnitens agat: hic enim apud ecclesiasticum iudicem suam actionem potest proponere. 11 q. 1. c. aliud. de pœnitent. distinct. 1. c. aliud. M. I. R. d. quæst. 2. excep. 10. Nunc de ijs exceptionibus, quæ sumuntur ex persona rei conuenti, agendum est.

XXI. Exceptio: Nisi reus conuentus alibi habeat domicilium. 11. q. 1. c. si quisquam. vers. quem ordinem. Concordat M. I. C. lib. 2. cap. 2. except. 15. in prin. & M. I. R. d. q. 2. except. 12. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi reus Romæ deprehenda-

hendatur: tunc enim apud sedem apostolicam respondere cogitur, exceptione proposita non obstante. c. licet. 20. de foro competenti. Concordat M. I. C. d. except. 15. repl 5 in prin. Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi ex aliqua iusta & necessaria causa Romam venerit. d. c. licet. verſ. nisi pro alia iusta. Concordat. repl. 5. dupl. 1. & 2. Sed & eius exemplum proponitur c. vlt. de dilationibus. Plures de replicatione proposita vide d. replic. 5. Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi causa, ex qua agitur, ibi vbi reus conuenitur, sit contracta: tunc enim reo exceptio proposita non prodest, per ea quæ habentur M. I. C. d. except. 15. repl. 6. Quibus concordant etiam ea quæ proposita sunt §. lib. proc. cap. 6. quæst. 7. reg. 1. Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi non ibi, vbi causa contracta est, reus leprehendatur: tunc enim eò in ius vocari non potest. c. 1. §. contrahentes. de foro competenti, in 6. Plures propositæ replicationis duplicationes vide d. repl. 6. Tertia replicatio est: Nisi reus ibi, vbi conuenitur, se soluturum constituerit. c. dilecti. 17. de foro competenti. Concordant ea quæ habentur M. I. C. d. except. 15. repl 7. M I. R. d. except. 12. repl. 2. Quarta replicatio est. Nisi reus ibi, vbi conuenitur, se responsurum promiserit. d. c. dilecti. 17. verſ. quise certo loco respondere. Concordant ea quæ proponentur §. repl. gener. 9. Plures propositæ exceptionis replicationes vide M I. C. d. except. 15.

XXII. *Exceptio: Nisi reus pari vel maiori dignitate*

tate præditus sit quàm iudex. distinct. 21. c. inferior. c. nolite. c. denique. c. nunc autem. c. submittitur. & c. vlt. Plura de exceptione proposita vide M. I. C. lib. 2. cap. 2. except. 22. & M. I. R. d. quæst. 2. except. 13.

XXIII. Exceptio: Nisi reus Christianus sit: tunc enim apud ecclesiasticum iudicem est conueniendus. 11. q. 1. c. quæcunque. c. relatum. vers cum magis. c. placuit vt quisquis, in fine. Hæc glossa in d. c. relatum, interpretatur de primitiua ecclesia.

XXIV. Exceptio: Nisi reus clericus sit, vel alia ecclesiastica persona: tunc enim ad ecclesiasticum iudicem iurisdictio causæ pertinet, per ea quæ dicentur j. lib. prox. cap. 6. reg. 10.

XXV. Exceptio; Nisi actor vel reus apud ecclesiasticum iudicem litigare malit. tunc enim ei mos gerendus est. 11. q. 1. c. quicunque. c. omnes. Huius obiectio simul & solutio proponitur d. c. omnes. §. fin. cum c. sequente. Concordat c. nouit. 13. §. nec sic illud. de iudicijs. Contradicit M. I. R. d quæst. 2. in fin. repl. 9. Huius replicatio est: Nisi appellans, cuius appellatio non recipitur, literas ad alium iudicem impetrauerit. c. interposita. 70. §. eidem. de appellationibus.

XXVI. Exceptio: Nisi officialis vel nuncius sedis apostolicæ conueniendus vel condemnandus sit: hic enim ad iurisdictionem sedis apostolicæ pertinet. extrauag. com. cum Matthæus. 3. de hæreticis. Sequuntur nunc exceptiones desumptæ ex genere causæ ex qua, & actionis qua agitur, necnõ ex re quæ petitur.

XXVII. Exceptio : Nisi causa sit ecclesiastica de hac enim laicus non cognoscet. c. decernimus. 2. de iudicijs. c. ex tenore. 11. vers. nisi sit talis. de foro competenti. Accedit M. I. R. d. quæst. 2. except. 31. Huius exceptionis exemplum seu species est causa iuris patronatus. c. quanto. 3. de iudicijs. item causa peccati & periurij. c. nouit. 13. eod. tt. c. vlt. de foro competenti, in 6. c. venerabilem. 34. idem etiam contra. de electione. Sed & exempli loco adduci possunt ea quæ proposita sunt §. except. 19. item eius exemplum est §. except. prox.

XXVIII. Exceptio: Nisi religionis controuersia sit : hæc enim ad Papam spectat. distin. 17. c. multis. c. nec licuit. c. regula. vers. nec vllum. item distin. 18. c. de concilijs.

XXIX. Exceptio: Nisi de priuilegijs sedis apostolicæ agatur : hoc enim casu soli Papæ iurisdictio competit. c. cum venissent. 12. de iudicijs.

XXX. Exceptio: Nisi de feudo contentio sit: tunc enim ad dominū feudi cognitio spectat. c. ex transmissa. 6. c. verum. 7. de foro competenti. Plura de hac exceptione vide in libello meo de iure feudali cap. 3. quæst. 2.

XXXI. Exceptio : Nisi de causa natalium agatur, an quis legitimè natus sit : tunc enim ad iudicem ecclesiasticum cognitio spectat. c. tuam. 3. de ordine cognit. c. causam. 7. qui filij sint legitimi. Concordant ea quæ habentur §. replic. generali 7. duplicat. 1.

XXXII.

XXXII. *Exceptio: Nisi alterutra pars testimonio iudicis egeat. c. dilecto. 40. de testibus.*

XXXIII. *Exceptio: Nisi reus in alia causa ab eo iudice appellauerit: hoc enim casu eum vt suspectum poterit recusare. c. ad hæc. 6. & c. proposuit. 24. de appellationibus. Contradicit l. vnica. ff. apud eum à quo appellatur, aliam causam agere compelli. Planè iudex appellationis appellantem ratione appellationis, à iurisdictione eius, à quo appellatum est, eximere non potest. c. Romana. 3. §. cum verò in. de appellation. in 6.*

De replicationibus præcedentium exceptionum generalibus.

Hactenus exceptiones enumeratæ sunt, quæ ad forum declinandum & iudicem recusandum à reo conuento possunt opponi. Sed & eadem actori replicanti aduersus iudicem, ad quem reus in sua fori præscriptione prouocauit, competere possunt, vt ab initio quoq; monui. Plures huiusmodi exceptiones videsis. lib. proxim. cap. 5. de iurisdictione. reg. 1. excepti. 1. cum sequentibus: item M. I. C. lib 2. cap. 2. Planè supersunt nonnullæ replicationes generales, quæ omnibus ferè istis exceptionibus obstant, de quibus sequitur.

1. Replicatio est: Nisi plures sint rei diuersi fori: tunc enim omnes ad eundem iudicem, quamuis singuli non competentem, vocandi sunt. l. 1. cum l. sequente. ff. de quibus rebus ad eundem iudicem, &c.

Accedit

Accedit M.I.R.d. quæst.2. in fine, repl.gener 1. Ad quem autem iudicem hoc casu omnes vocari debeant, definitur c.sanè.3.de foro competenti. Accedit M.I.R.d.repl.1.

II. Replicatio: Nisi reus lite pendente vel post citationem alterius fori esse cœperit. c.proposuisti.19. d.ss. Concordat M.I.C.d.cap.2. quæst.1. repl gener. 3. M.I.R.d.quæst.2.in fine, repl.3.

III. Replicatio: Nisi in causa reconuentionis actor reconuentus fori præscriptionem aduersus iudicem conuentionis obijciat. c. dispendia. 3. §. reus quoq; de rescriptis, in 6. Concordant ea quæ proponuntur M.I.C.d. quæst.1. repl. gener.5. & M.I.R. d. quæst.2.in fine, repl.5. Huius replicationis duplicatio prima est: Nisi reus quoq; reconueniens iudicem, apud quem conuenitur, suspectum dixerit. d.§.reus quoq; vers.nisi eos vt suspectos. Nouell.96. §. sancimus. vers. quod si forte. Altera duplicatio est: Nisi cùm possessorio iudicio actum esset, & possessio actori adiudicata, reus petitorium iudicium apud eundem iudicem mouere velit: hoc enim casu actori reconuento fori præscriptio non denegatur. c. vlt. de iudicijs. c.1. de causa possessionis & proprietatis. Tertia duplicatio est: Nisi contra actionem pœnalem reconuentio fuerit proposita. l.2. §. sed si agant. ff. de iudicijs. Plures duplicationes vide ſ. cap.10. reg.2. except.1. cum sequentibus.

IV. Replicatio: Nisi reus, qui fori præscriptionem obijcit, in eo loco vbi conuenitur, contraxerit vel deli-

deliquerit, aut res quæ petitur, eo loco sita sit. c. 1. in prin. de priuileg. in 6. Accedit M. I. R. d. quæst. 2. in fine, repl 6. De hac replicatione videtur item §. excepti. 21. repl. 2.

V. Replicatio est: Nisi iudex competẽs iusticiam denegauerit, vel negligens sit, aut omnino non sit; tunc enim ad alium, præsertim ecclesiasticum, reus vocari potest. c. ex transmissa. 6 in fine. c licet. 10. & c. ex tenore. 11. §. fin. de foro competenti. Nouell 86. in prin. M. I. R. d. quæst. 2. in fine, repl. 7. Huius replicationis duplicatio est: Nisi iudex ecclesiasticus iusticiam facere deneget, vel negligens sit, & ob id ciuilis iudex adeatur. c. qualiter. 17. de iudicijs. Vide item de hac duplicatione j. lib. proxim. cap. 6. reg. 10. except. 3.

VI. Replicatio: Nisi apud iudicem ecclesiasticum quis conueniatur: apud hunc enim fori præscriptioni locus esse non videtur. 11. q. 1. c. quicunq;. c. omnes, cum c. sequente. De quare annotatum quoque §. except. 25. Contradicit M. I. R. d. quæst. 2. in fine, repl. 9.

VII. Replicatio: Nisi quæstio, cui iudex non cõpetit, competenti quæstioni incidat. c. prudentiam. 21. §. sexta. vers. fin. de officio delegati. M. I. R. d. quæst. 2. in fine, replic. 11. Exemplum habetur d. §. sext. Aliud habetur c. de prudentia. 3. de donat. inter vir. & vxorem. Concordant ea quæ habentur M. I. C. d. quæst. 1. repl. gener. 13. Huius replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi causa ecclesiastica ciuili inci-

incidat, puta natiuitatis: hæc enim quamuis incidens ad iudicem ciuilem non pertinet. c. lator. 5. qui filij sint legitimi. c. tuam. 3. de ordine cognitionum. M. I. R. d repl. 11. dupl. 1. vbi distinguitur. Altera duplicatio est: Nisi principalis quæstio sine incidenti possit definiri. Approbatur hæc duplicatio exemplo c. causam. 7. qui filij sint legitimi.

VIII. Replicatio: Nisi reus fori præscriptioni renunciauerit. c. dilecti. 17. vers. qui se certo loco respondere. de foro competenti. Concordant ea quæ habentur M. I. C. d. quæst. 1. replicat. gener. 14. & M. I. R. d. quæst. 2. in fine, repl. gener. 14. Huius replicationis duplicatio est: Nisi clericus fori præscriptioni renunciauerit. c. si diligenti. 12. & c. significasti. 18. de foro competenti. Contradicit l. 39. C. de episcopis & clericis.

IX. Replicatio: Nisi reus in non competentem iudicem consenserit. Approbatur hæc replicatio per ea quæ habentur M. I. C. d. quæst. 1. replic. gener. 16. in princ. M. I. R. d. quæst. in fine, repl. gener. 18. Cuius duplicatio prima hæc est: Nisi clericus in secularem iudicem consenserit. d. c. 12. & c. 19. Altera duplicatio est: Nisi iudex, in quem consenserunt, antea se pronunciauerit incompetentem. c. significantib. 38. de officio delegati. Tertia duplicatio est: Nisi in alterius prouinciæ iudicem consenserint. 6. q. 3. in prin. cum sequentibus, vsq; ad c. placuit. Quarta duplicatio est: Nisi antequam iudex adiretur, consentientem pœnituerit. l. 18 ff. de iurisdictione. Contradicit

dicit c.1.de iudicijs. Quinta duplicatio est: Nisi subditi suffraganeorum in archiepiscopum, eiúsve officialem consenserint. c.1.in prin.vers.licet in ipsos.de foro competenti, in 6. Plures huiusmodi duplicationes vide M.I.C.d.repl.16.

X. Exceptio: Nisi competens iudex sit suspectus.c.si quis contra.4. & c.licet.10. §.fin. de foro competenti.

XI. Exceptio: Nisi ante litem contestatam fori præscriptio non fuerit opposita.3.q.6.c.vlt.§ fin.& q 6.c.si quis episcopus.§.exceptio. Concordãt item ea quæ habentur M.I.C.d.quæst.1.repl.15. Hæc de replicationibus generalibus, quarum tamen plures vide d.quæst.1. in fine.

III. OFFICIA IVDICVM, ET de assessoribus ac notarijs.

I. Regula: Vt gratis iudicent, cauetur c. cum de omni.10. de vita & honestate clericor. Concordant ea quæ proposita sunt s̄. lib.prox.cap 5. quæst.3.reg. 5.item ꝯ. cap.17.reg 9.

II. Regula: De assessore à iudice delegato assumendo cauetur c.statutum.11. §.assessorem. de rescriptis, in 6.

III. Regula: De notario adhibendo cauetur d. c.11. §. notarium.

IV. Regula: Si iudex alteri commiserit acta colligenda, sententia sibi reseruata: iure ciuili iubetur saltem tempore litis contestationis, item in medio & in fine disputationis præsens esse. Nouell. 60.

§. porrò

§. porrò & illud. vers. sancimus igitur. Huic repugnat extrauag. com. 1. §. licet enim quibusdam. de hæreticis. Hæc de officijs iudicum. De quibus vide plura §. lib. prox. cap. 5. de iurisdictione, in fine. item J. cap. 17. item M. I. C. lib. 2. in fine. Hæc de iudice.

DE POSTVLANTIBVS & aduocatis.

Cap. III.

PRimò: Definitio postulantium, seu quid sit postulare, proponitur 3. q. 7. c. infames. §. est autem. l. 1. §. postulare. ff. de postulando.

II. QVIBVS POSTVLANDI ius non competat?

Diuiduntur huiusmodi personæ, quibus postulandi ius non competit, simulq; ratio prohibitionis proponitur d. c. infames. §. 1. & §. nam vt præmisimus. & d. l. 1. in princ.

1. Regula: Clerici & monachi postulare prohibentur. 5. q. 3. c. vlt. item De postulando c. 1. c. ex parte. 2. & c. vlt. Concordant item ea quæ habentur M. I. C. lib. 3. cap. 2. reg. 11. & M. I. R. lib. 2. cap. 3. de postulantib. reg. 7. Sed & concordat J. lib. prox. cap. 5. reg. 23. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi propriam causam persequantur. d. c. 1. vers. nisi propriam causam. d. c. vlt. vers. nisi pro se ipso. Altera exceptio est: Nisi ecclesiæ causam defendat. d. c. 1. vers. vel

verſ. vel eccleſiæ ſuæ. & d. c. vlt. verſ. vel eccleſia ſua. Tertia exceptio eſt: Niſi cauſam coniuncti defendat. d. c. vlt. verſ. pro perſonis coniunctis. Quarta exceptio eſt: Niſi miſerabilium cauſam defendat. d. c. vlt. verſ. aut miſerabilibus. item diſtinct. 87. c. 1. cum c. ſequente. Quinta exceptio eſt: Niſi in iudicio publico. 5. q. 3. c. vlt. verſ. excepto publico.

II. Regula: De honoratis vrbis Romæ. His poſtulare permittitur 3. q. 7. c. infames. §. apud vrbem. l. 6. §. apud vrbem. C. de poſtulando.

III. Regula: De minoribus ſeptendecim annorum cauetur d. c. infames. §. nam vt præmiſimus. & l. 1. §. initium. ff. de poſtulando. Accedit M. I. R. d. cap. 3. de poſtulantib. reg. 4. Hæc regula extenditur ad minores viginti quinq; annis, c. qui generaliter. 3. §. fin. de procuratorib. in 6. Planè vtraq; ætas exceptionem recipit in cauſis beneficialibus & cæteris ſpiritualibus, in quibus maiori quatuordecim annis poſtulare permittitur. 5. vlt. de iudicijs, in 6.

IV. Regula: De cæco cauetur 3. q. 7. c. infames. §. nam vt præmiſimus. verſ. vel propter caſum. l. 1. §. caſum ff. de poſtulando.

V. Regula: De ſurdo cauetur d. §. nam vt præmiſimus. & d. l. 1. §. initium. verſ. propter caſum.

VI. Regula: De fœmina cauetur d. c. infames. §. alij prohibentur. c. 2. de iudicijs. in 6. & d. l. 1. §. ſecundo loco. verſ. ſexum quidem. Huius exceptio eſt: Niſi fœmina pro ſe velit poſtulare. Quæ exceptio approbatur in loco iam allegato. Cuius replicatio eſt:

Nisi monastria pro se velit postulare. d. c. 2. §. cæterùm fœminæ. c. vnicum. §. porrò ne moniales. de statu regularium, in 6. Nouell. 123. §. si quando. vers. nulla tamen.

VII. Regula: De infamibus cauetur d. c. infames, in princ. & §. alij prohibentur. vers. vel propter notam: l. i. §. secundo loco. vers. item personas. & §. remouet. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi infamis pro se, non pro alijs velit postulare. d. c. infames. §. alij enim omnes. & d. §. secundo loco. item d. l. 1. §. hoc edicto. Altera exceptio est: Nisi pro parente, patrono, liberis, fratre & alijs huiusmodi personis coniunctis postulare velit. d. §. alij enim omnes. vers. & pro certis personis. & d. c. infames. §. permittitur. l. 1. §. fin. cum ll sequentibus ff. de postulando. Tertia exceptio est: Nisi infamis in integrum sit restitutus. d. §. alij enim omnes. vers. nisi in integrum restitutionem. & d. l. 1. §. deinde adijcit. & §. pro qua sententia. Huius replicationes vide M. I. C. lib. 2. cap. 4. de postulantibus, q. 2. except. 4. Sed & plura de regula proposita vide J. cap. prox. quæst. 1. except. 9.

VIII. Regula: De eo qui cum bestijs pugnauit, vel operas suas, vt cum bestijs pugnaret, locauit, cauetur d. c. infames. §. similiter. vers. vel qui operas. d. l. 1. §. remouet.

IX. Regula: Aduocatus fisci contra fiscum postulare non prohibetur, excepta causa, in qua fisci aduocatus fuit. d. c. infames. §. quamuis illi. l. 2. C. de

aduo-

aduocatis fisci. Plura de hac regula vide M.I.C. lib. 3. cap. 4. quæst. 2. reg. 12.

X. Regula: Aduersus eum pro quo antea postulauit, in eadem causa postulare quis prohibetur. l. 12. §. patroni. vers. hoc q; subsecuto. C. de iudicijs. M.I.R. d. cap. 3. de postulantib. reg. 9. Cuius exceptio hæc est: Nisi cum antea contra patrem pupilli postulasset, postea tutor filij factus ratione sui officij pro pupillo postulet. d.c. infames. §. si contra. l. vlt. ff. de postulando.

XI. Regula: De excommunicatis cauetur c. intelleximus. 7. de iudicijs. c. decernimus. 8. de sentent. excomm. in 6.

XII. Regula: De hæreticis cauetur de pœnitent. distinct. 1. c. nemo vel in foro. l. vlt. in prin. C. de postulando.

XIII. Regula: De eo qui procuratorem dedit. Hic ob id postulare, & causæ suæ adesse non prohibetur. c. 2 in fine. de procuratoribus. in 6. l. 69. ff. eod. tt. Plures huiusmodi regulas vide M.I.C. d. q. 2.

De exceptionibus præcedentium regularum generalibus.

Planè regulæ de ijs, qui postulare prohibẽtur, hactenus propositæ, habent aliquot exceptiones communes: quarum prima hæc est: Nisi personæ postulare prohibitæ pro se, nõ pro alijs velint postulare. d.c. infames. §. his personis. Plura de exceptione proposita vide M.I.C. d. q. 2. except. gener. 1. & M.I.R. d. cap. 3. de postulantib. q. 1. in fine, except. 1.

II. *Exceptio: Nisi postulare prohibitus pro parente, patrono, aliúsq; similibus personis postulare velit. d. c. infames. §. permittitur. & §. nurus. l. 1. §. fin. cum ll sequentib. ff. de postulando. Huius replicatio est: Nisi adfines, pro quib. postulare permittitur, esse desierint. d. c. infames. §. adfinitates. l. 3. §. adfinitates. ff. de postulando. Plures replicationes vide M. I. C. d. quæst. 2. excep. gener. 2.*

III. *Exceptio: Nisi postulare prohibiti nõ sponte, sed necessariò fungantur officio. d. c. infames. §. his personis. vers. nisi forte. & §. omnes. l. 1. §. sed est aquissimum. & l. 6. in princ. ff. de postulando. Plura de huiusmodi exceptionibus generalibus vide d. quæst. 2.*

III. EVENTVS POSTVLATIONIS & aduocationis.

I. *Regula: De pœna postulantis postulare prohibiti cauetur De pœnitent. distinct. 1. c. quicunq; l. 1. §. qui aduersus ea. ff. de postulando. l. vlt. §. idem verò. C. eod. tt.*

II. *Regula: Exceptione postulans à postulatione submouetur. d. §. qui aduersus ea. Concordant ea quæ proposita sunt s. lib. prox. cap. 6. quæst. 4. in prine.*

III. *Regula: De aduocato non habentibus dando cauetur c. 1. de officio iudicis. 3. q. 7. c. infames. §. si verò in vno. & §. si quis autem. l. 7. §. atque ideo. C. de postulando.*

IV. DE

IV. DE OFFICIIS ADuocatorum.

I. Regula: Vt ratione, non probris certent, cauetur d.c. infames. § si quis adeo. l. 6. § ante omnia. vers. nam si quis. C. de postulando.

II. Regula: Ne ex mãufiria litem protrahant, cauetur d.c. infames. § . praterea non licet, in fine. & d. l. 6. § . nemo.

III. Regula: Ne cum cliente ineant contractũ, cauetur d. § praterea. & d. l. 6. § praterea.

IV. Regula: Ne de quota litis paciscantur, cauetur d. c. infames. § . arcentur etiam. l. 5. C. de postulando. l. sumptus. 53. in prin. ff. de pactis. l. 1. § si cui cautum. ff. de extraord. cogni.

V. Regula: Ne cui patrocinium denegent, cauetur d. c. infames. § si quis verò commonitus. l. 7. § . si quis verò. C. de postulando.

V. DE HONORARIIS ET priuilegijs aduocatorum.

Honoraria exigere & accipere aduocati non prohibentur. Qua regula exceptionem recipit in clericis aduocatis, 15. q. 2. in princ. cum c. sequente. Plures huiusmodi regulas de honorarijs & priuilegijs aduocatorum, sed & de ipsis aduocatis, vide M. I. C. lib. 2. cap. 4. §. secundò.

DE PROCVRATORIBVS.

Cap. IV.

I. DE PROCVRATORE CONstituendo, & de exceptionibus procuratorijs.

PRima exceptio aduersus procuratoris personam est: *Si mandatum legitimè factum non habeat. c.1. de procuratoribus. c. procurator. 36. de electionib. in 6. Plura de hac exceptione vide M.I.C.lib.2.cap.5.quæst.4.except.1.& M.I.R.lib.2. cap.3.de procuratorib.reg.4.in princ.*

II. *Exceptio: Nisi mandatum generale sit, non speciale. Hæc exceptio ipso quidem iure reprobatur: admittitur autem in certis casibus, c. qui generaliter. 5. in princ. de procuratoribus, in 6. quos vide. except.prox.repl.1.dupl.1.*

III. *Exceptio: Nisi ad aliam causam procurator datus sit, quàm de qua agitur. Hæc exceptio approbatur exemplo c. constitutis. 12. de procuratoribus. Aliud exemplum est, Si ad agendum vel defendendum datus iuramentum aduersario detulerit, transegerit vel pactus sit. c. qui ad agendum. 4. §. procurator. de procuratorib. in 6. l. 17. §. fin. cum duab.ll sequentib. ff. de iureiurando. l.7.C. de transactionibus. M.I.R. lib.2. cap.3. de procurat. reg. 4. except. 6. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi mandatum sit generale: hoc enim ad omnes subiectas species pertinet, exemplo d.c. qui generaliter. 5.*

in

in prin. & d §. procurator. vers. nisi ei bonorum vel causæ administratio liberè sit permissa M. I. R. d. excepit. 6. repl. 2. Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi tales sint causæ, quæ speciale exigunt mandatum. In his enim generale mandatum non sufficit, d. c. qui generaliter, in princ. vers. exceptis his casibus, qui mandatum exigunt speciale. M. I. R. d. repl. 2. dupl. 1. Huius duplicationis exemplum est, causa matrimonialis. c. vlt. de procuratorib. in 6. Est item exemplum iuramēti delatio, transactio & pactum: de quibus paulo superius dictum est. Planè propositæ duplicationis triplicatio prima est: Nisi speciale mandatum generali sit subiectum, vel vniuersorum bonorum administratio libetè permissa, vel in rem suam procurator sit datus. Hæc multiplex triplicatio approbatur d. l. 17. cum ll. sequentib. item d. c. qui ad agendum. 4. §. fin. M. I. R. d. excepit. 6. repl. 1. Altera triplicatio est: Nisi quibusdam, quæ speciale mandatum exigunt, enumeratis, generalis clausula de ijs quæ speciale mandatum exigunt, sit subiecta: hæc enim causula etiam ad non specificata extenditur. d. c. qui ad agendum. 4. in prin. M. I. R. d. repl. 2. dupl. 1. tripl. 2. Cuius triplicationis quadruplicatio est: Nisi causæ incidentes non specificatæ ipsis specificatis sint maiores vel grauiores. Clemen. non potest. 2. de procuratoribus.

IV. Exceptio videtur: Nisi filiusfamilias procuratorē dederit. Sed reprobatur c. vlt. in fine. de iudicijs. in 6. l. 8. in prin. & l. 33. in prin. ff. de procurator.

V. Exceptio : Nisi seruus procuratorem dederit. c. accedens. 10. de procuratoribus. & d. l. 33. in princ.

VI. Exceptio : Nisi minor ætate procuratorem dederit. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit : verùm eius replicatio est : Nisi in beneficialibus, aliisq; spiritualibus causis minor procuratorem dederit. Quæ replicatio approbatur simul & distinguitur c. vlt. de iudicijs, in 6. Plures replicationes vide M. I. C. d. quæst. 4. except. 5.

VII. Exceptio : Nisi non dominus litis, sed alius procuratorem dederit. Hæc exceptio cùm ipso iure subsistat, recipit replicationem hanc : Nisi procurator procuratorem dederit. c. 1. §. 1. de procuratoribus, in 6. l. 11. vers. ad exemplum. & l. 23. C. eod. tt. M. I. R. d. reg. 4. except. 7. Huius duplicatio prima hæc est : Nisi ante litem conteſtatam procurator alium procuratorem dederit. d. §. 1. vers. antea tamen non potest. l. 4. §. fin. ff. de appellat. l. 8. §. si quis mandauerit. vers. quanquam enim. ff. mandati. l. 8 C. de procuratoribus. M. I. R. d. except. 7. repl. 1. Huius duplicationis triplicatio prima hæc est : Nisi procurator in rem suam datus, ante litem conteſtatam alium dederit procuratorem. d. §. 1. vers. nisi in rem suam sit datus. Altera triplicatio est : Nisi procurator mandatum habuerit substituendi. d. §. 1. vers. vel à domino substituendi alium. Tertia triplicatio est in extraiudicialibus negocijs : in hu enim quandocunq; procurator à procuratore constitui potest.

d. c. 1.

d.c.1.fin. Hac de prima duplicatione. Altera duplicatio est: Nisi ad contrahendum matrimonium procurator alium procuratorem dederit. c.vlt. vers. & quamuis. de procuratoribus, in 6. Tertia duplicatio est: Nisi inutiliter procurator datus alium procuratorem dederit. Quæ duplicatio approbatur exemplo Clement. religiosus. 3. de procuratoribus. Quarta duplicatio est: Nisi ad ministerium ecclesiasticum procurator datus alium procuratorem dederit. c. vltim. §. fin. de officio delegati. de qua duplicatione vide item j. lib. proxim. cap. 11. de vicario, reg. 2. Hac de prima propositæ exceptionis replicatione sint dicta. Altera replicatio est: Nisi ij qui vniuersitati præsunt, in causis vniuersitatis procuratorem dederint. c. quia in causis. 7. de procuratoribus. li. §. quibus. ff. quod cuiusq; vniuersitatis nomine. Plures huiusmodi replicationes vide M.I.C. d. q. 4. excep. 6.

VIII. Exceptio: Nisi excommunicatus procuratorem dederit. Quæ approbatur simul & distinguitur c. vlt. de procuratorib.

IX. Exceptio: Nisi filiusfamiliàs procurator datus sit. Reprobatur hæc exceptio c. non iniustè. 14. in princ. de procuratorib. c. qui generaliter. 5. §. 1. eod. ti. in 6. l. 8. §. ipse quoq; ff. eod. tt.

X. Exceptio: Nisi infamis procurator sit datus. 3. q. 7. c. 1. in prin. 5. q. 3. c. vlt. in fine. Concordant ea quæ habentur 8. cap. prox. quæst. 2. reg. 7. in prin. Contradicit Inst. de exceptionib. §. fin.

XI. Exceptio: Nisi excommunicatus procurator sit datus. c. post cessionem. 7. de probationib. Concordant ea quæ habentur d. quæst. 2. reg. 11.

XII. Exceptio: Nisi inuitus procurator datus sit, vel datus non consenserit. approbatur M. I. C. d. quæst. 4. except. 19. Cuius replicatio est: Nisi procurator datus postea mutata sententia consenserit. c. licet. 7. de procuratorib. in 6.

XIII. Exceptio: Nisi religiosus procurator sit datus. approbatur simul & distinguitur Clement. religiosus. 3. de procuratoribus. M. I. R. d. reg. 4. except. 13.

XIV. Exceptio: Nisi laicus in causa spirituali procurator sit datus. reprobatur c. 1. in prin. de procuratorib. in 6.

XV. Exceptio: Nisi plures procuratores ad eandem causam sint dati: hoc enim casu occupatis melior est conditio, & cæteri per exceptionem repelluntur. approbatur simul & distinguitur c. non iniustè. 14. in princ. vers. qui licet simul. de procuratoribus. c. si duo. 6. vers. sed tunc illius melior. eod. tt. in 6. l. 32. ff. eod. tt. Huius replicatio prima est: Nisi non in solidum plures sint dati: tunc enim nexter alterum excludit. d. c. si duo. 6. in princ. Huius replicationis duplicatio est in causis spiritualibus: in his enim magis idoneus debet præferri. Quæ duplicatio aprobatur simul & distinguitur d. c. si duo. 6. vers. sanè in electionum. Altera replicatio est: Nisi non simul, sed diuersis temporibus plures procura-

tores

tores sint dati: hoc enim casu non occupantis sed posterioris melior est conditio, & prior per exceptionem repellitur d.c.non iniustè.14.§.quod fieri.l.31.§ fin.ff.de procuratoribus. Tertia replicatio est: Nisi in constitutione procuratorum adiectum sit, non fieri occupantis meliorem conditionem. Quæ replicatio approbatur simul & distinguitur d.c. si duo. 6.vers. nisi dictum. Quarta replicatio est: Nisi à diuersis plures procuratores sint dati.d.l.31.§.vnius.

XVI. Exceptio: Nisi in ministerio ecclesiastico procurator sit datus.c.vlt.§. fin. de officio delegati. M.I.R d.reg.4. except.15. Cuius replicatio est: Nisi ordinarium habeat potestatem is qui ad ministerium ecclesiasticum procuratorem constituit, non ministerium illud specialiter sibi delegatum.c.quod sedem.10. & c. inter cætera.15. de officio ordinarij. Plura de replicatione proposita vide] lib.prox.c.11. de vicario, reg.1.

XVII. Exceptio: Nisi ante litem motam procurator sit datus. Reprobatur hæc exceptio c.non iniuste.14. in princ. vers. quamuis ad futuras.de procuratorib.l.3.ff eod.tt.

XVIII. Exceptio: Nisi iudex ipsum dominum ex iusta causa præsentem esse velit. c.1. de iudicijs, in 6.l.vlt. C. de procuratorib.

XIX. Exceptio: Nisi is qui procuratorem dedit, mortuus sit.reprobatur l.23.C.d.tt. Admittitur tamen in prælatis & rectoribus ecclesiarum procuratore constituentibus, Clement.vlt.eod.tt.

XX. Ex-

XX. Exceptio, sumpta ex verbis quibus constitutus est procurator, reprobatur Inst. de ijs per quos agere possumus. §. penult. cuius exemplum habetur c. petitio. 9. de procurat.

XXI. Exceptio: Nisi mandatum sit reuocatum, vel alius procurator datus. c. ex insinuatione. 3. & c. in nostra. 4. de procuratoribus. M.I.R. d. reg. 4. except. 16. Concordant ea quæ proposita sunt S. except. 15. repl. 2. Sed plura de reuocando mandato & procuratore mutando vide §. quæst. prox. item cap. 19. except. 6. repl. 2. dupl. 1.

XXII. Exceptio: Nisi procurator datus alium in locum suum substituerit: hoc enim casu postea substitutionem reuocare, & reassumere causam nō potest. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur c. ut qui. 3. & c. si duo. 6. §. cæterùm de procuratorib. in 6.

XXIII. Exceptio: Nisi dominus post ea ipse causam reassumpserit. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur c. si quem. 8. d. tt.

De replicatione præcedentium exceptionum generali.

Hactenus exceptiones procuratoriæ sunt enumeratæ, quarum tamen plures vide M.I.C. lib. 2. cap. 5. quæst. 4. Istarum autem exceptionum replicatio generalis hac est: Nisi exceptio procuratoria ante litem contestatam non fuerit opposita. Quæ replicatio approbatur per ea quæ proposita sunt d. quæst. 4. in fine, repl. 2. Cuius duplicatio est: Nisi exceptio sit

falsi

falsi procuratoris mandatum non habentis: hæc enim exceptio quandocunq; opponi potest. c. in nostra. 4. §. fin. de procuratorib. l 24. C eod. tt. Plures huiusmodi replicationes generales vide M. I. C. d. q. 4. in fine. Hæc de dando seu constituendo procuratore, & exceptionibus procuratorijs sint dicta. Sequitur de procuratore mutando.

II. DE PROCVRATORE MVtando, & iudicio in se vel in alium transferendo.

Regulariter dominus procuratorem mutare, vel litem in se transferre non potest, nisi causa cognita. Quæ regula approbatur, declaratur & distinguitur c. quamuis. 2 & c. is qui. 3. de procurator. in 6. De quare vide plura M. I. C. d. cap. 5. quæst. 5.

III. DE POTESTATE ET officijs procuratorum.

I. Regula: Procurator ius transigendi vel iusramenti deferendi non habet. c. qui ad agendum. 4. §. procurator quoq;. de procuratoribus, in 6. l. 60. ff. eod. tt. Cuius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi eo nomine speciale habeat mandatum. Quæ elicitur ex d. §. procurator. vers. absq; speciali mandato. De quare vide item S. quæst. 1. except. 3. repl. 1. duplic. 1. Altera exceptio est: Nisi bonorum vel causa libera administratio procuratori sit permissa. d. §. procurator. vers. nisi ei bonorum. Tertia exceptio

ptio est: Nisi mandato adiectum sit, vt etiam ea quæ speciale mandatum requirunt, agere possit, quibusdam eius generis specialiter enumeratis. Hæc exceptio approbatur simul & distinguitur per ea quæ proposita sunt d. duplic. 1. triplic. 1. & 2.

II. Regula: Procurator rei conuenti dominum defendere est cogendus. Clement. 1. de procuratoribus l. 8. §. procuratorem. ff. eod. tt. Cuius exceptiones vide M. I. C. lib. 2. cap. 5. quæst. 6. reg. 10.

III. Regula: Generaliter ad negocia constitutus procurator etiam agendi & defendendi habet potestatẽ. c. qui generaliter. x. in prin. de procurat. in 6.

IV. Regula: Generalis procurator agere non potest ea, quæ speciale mandatum requirunt. De quæ re vide §. quæst. 1. except. 3. repl. 1. dupl. 1.

IV. DE MANDATI ACTIONE, quæ datur domino aduersus procuratorem.

I. Regula: Si procurator litem, quam suscepit, exequi nolit: mandati iudicio tenetur. l. 8. §. 1. vers. sed & de lite. ff. mandati. Cuius exceptio est: Nisi sententia lata sit, & ab ea prouocatum: tunc enim appellationem iniustus persequi non cogitur. c. non iniustè. 14. §. fin. de procuratorib. l. 17. vers. nec eandem. C. eod. tt. M. I. R. lib. 2. cap. 3. de procuratorib. reg 6. except. 1.

II. Regula: Si sententia contra dominum lata procurator non appellauit, vel saltem dominum non certiorauit: tenetur. d. §. fin. vers. potuit enim procu-

procurator. Plura de actione proposita vide M.I.C. lib.2. cap.5. quæst.7. in tertio effectu. & M.I.R. d. loco, reg.11.

V. DE ACTIONE QVAE datur procuratori aduersus dominum.

Si procurator expensas fecit, eas hac actione repetit. c. cum pro causa. 6. de procuratorib. l. 46. §. item contra. ff. eod. tt. Plura de actione vide M.I.C. d quæst.7. effectu quarto. Sed & plura de procuratoribus vide M.I.C. lib.2. cap.5.

DE ACTORE ET REO, necnon de re litigiosa.

Cap. V.

DE ACTORE ET REO.

PRima regula: *In re dubia potius reo quam actori fauendum. Quæ regula approbatur simul & distinguitur per ea quæ proponentur*]. *cap.17. reg.15.*

II. Regula: *Non debet actori licere, quod reo non permittitur. c. non licet.32. de reg. iuris, in 6. l. non debet. 41. ff. eod. tt.*

III. Regula: *Actor vel reus, qui corrumpit iudicem, excommunicatur. extrauag. com. 1. de sentent. excomm. Plures huiusmodi regulas vide M.I.C. lib. 2. cap. 6. in princ.*

DE

DE RE LITIGIOSA.

Hactenus de personis iudiciorum sit dictum. Sequitur de rebus in iudicium deductis.

I. Regula: Res litigiosa prohibetur alienari c. ecclesia. 3. vt lite pendente nihil innouetur. 11. q. 1. c. vlt. M. I. R. lib. 2. cap. 4. reg. 4. Huius exceptio prima haec est: Nisi res aequiualens in locum rei alienatae substituatur. d. c. 3. & c. 4. eod. tt. Plura de regula proposita vide M. I. C. d. cap 6.

II. Regula: De re litigiosa sequestranda. Sequestratio regulariter prohibita est, per ea quae habentur M. I. C. d. 6. de re litigiosa sequestranda. M. I. R. d. cap. 4. reg. 6. Cuius regulae exceptio prima est: Nisi possessor vel in possessionem missus res vel eius fructus dissipet aut q; consumat. c. dilectus. 2. & c. vlt. de sequestrat. possess. l. 21. §. fin. ff. de appellat. l. 22. §. sin autem. vers. si verò dotem. ff. soluto matrimon. Altera exceptio est: Nisi sententia contra possessorem lata, executio per appellationem fuerit suspensa. d. c. vlt. item 2. q. 6. c. quoties post. item Clement. vnica, de sequestratione. l. 5. C. quorum appellat. non recipiantur. Huius exceptionis replicatio: Nisi triennio pacificè à reo res sit possessa. d. Clement. vnica. vers. dum tamen triennio. Plura de regula proposita vide M. I. C. d. cap. 6.

DE

DE IN IVS VOCANDO, & vocati contumacia coercenda.

Cap. VI.

HActenus de personis & rebus iudiciorum dictū est. Nunc de actibus iudicialibus dicendum, in quibus processus iudiciarius consistit. Actuum autem iudicialium alij litis contestationem præcedunt, Citatio, citati contumacia & absentia, editio libelli, dilatio exceptiones dilatoriæ & reconuentiones: de quibus singulis nunc ordine tractandū, & primùm de citatione, seu de in ius vocando.

I. ANTECEDENTIA.

Parentem, patronum, patronam, liberos & parentes patroni patronæue, in ius nisi venia prius impetrata, vocare non licet sub pœna quinquaginta aureorum. 12. q. 2. c. episcopus. §. libertus. l. 4. §. 1. & l. vlt. ff. de in ius vocando. Cuius exceptio prima hæc est: Nisi princeps libertum natalibus restituerit. d c. episcopus. §. si verò, l. 10. §. sed etsi ius. vers. aliud est. ff d. tt. Altera exceptio est: Nisi corporis alicuius vel collegij libertus sit. Quæ exceptio approbatur sub conditione d. c. episcopus. §. si verò à collegio, cum §. sequente Qui manumittitur. Plura de proposita regula eius q. actione vide M. I. C. lib. 2. cap. 7. quæst. 4. cum quæst. sequente.

II. Forma seu exemplum citationis habetur extrauag. com. vnica, de dilationibus,

III. MODVS INSINVANDAE citationis.

Si citatus non compareat, sufficit publicè citationem ad domum vel ecclesiam eius proponi. c. vlt. de dolo & contumacia. Clement. vnica, in princ. vers. vel ad domum. de foro competenti M. I. R. lib. 2. cap. 5. reg. 15. Plura de modo insinuandæ citationis videȝ. quæst. prox. in fine, except. 6.

IV. EVENTVS CITATIONIS, & de edicto peremptorio.

I. Regula: Si citatus vel in ius vocatus non venerit: proponitur edictum peremptorium. 5. q. 2. in prin. cum c. sequente. l. 68. cum duab. ll. sequentib. ff. de iudicijs. Declaratur regula proposita definitione edicti peremptorij 5. q. 2. c. vlt. §. fin. l. 53. §. 1. ff. de re iudicata. De interuallo dierum edicti peremptorij cauetur c. 1. de dilationibus. & d. c. vlt. in prin. vers. non intra angusta. item d. q. 2. c. præsenti. vbi septem dierum interuallum definitur. Longius definitur l. 70. ff. de iudicijs. Nouell. 112. §. si verò causam. M. I. R. d. c. 5. reg. 22. except. 26.

II. Regula: Peremptorio edicto proposito, & interuallo finito, quousq; citatus sit expectandus, definitur c. consuluit. 24. de officio delegati.

III. Regula: Si reus citatus non venerit, agetur nihilominus causa, & sententia ferri potest vel contra absentem. c. causam. 3. & c. prout nobis. 4. de dolo & contumacia. c. per tuas. 58. de appellationibus. c. quoniam. 5. §. porrò speciales. vt lite nō contestata.

24. q.

24.q.3.c.de illicita. §. de conuentione Apost. canon. 73. Concordant item ea quæ habentur M.I.C.lib.2. cap.8. quæst.6.reg.2. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi non contumaciter absit citatus. d. §. porrò speciales.vers.si verò aliter, cum sequentibus. Huius replicatio est: Nisi propter homicidium absit. c.1.qui matrimon. accusare poss. Alias replicationes vide d. §. porrò speciales, cum sequentibus. Altera exceptio est: Nisi lis nondum fuerit contestata. c. 1.c. accedens. 2. c. tuæ fraternitatis. 3. item c. accedens. 4. vt lite non contestata. Huius replicatio prima hæc est: Nisi causa sit manifesta, vel causa minimè dubia. d.c.1.qui matrimon. accusare poss. Altera replicatio est: Nisi de beneficio ecclesiastico agatur. c. vnico. §. fin. de eo qui mittitur in possess. in 6. Tertia replicatio est: Nisi appellationis causa agatur. c. interposita. 70. §. fin. de appellationibus. Plures replicationes vide j. cap.14.reg.3. Tertia proposita regula exceptio est: Nisi de causa liquere non possit. c. prout nobis. 4. & ibi glossa, in verbo Diffinitiua. de dolo & contumacia. Quarta exceptio est: Nisi is qui citationem impetrauit, absit. l.7. §. quod si. ff. de iudicijs. Plures huiusmodi exceptiones vide infrà cap. 19. except. 6. replicat. 1. duplicat. 1. cum sequentibus.

IV. Regula: Ante litem contestatam reo contumace existente, in bona eius mittendus est actor. c. tuæ fraternitatis. 3. & c. quoniam. 5. §. in alijs verò. vt lite non contestata, c. vlt. de eo qui mittitur

in possess. Concordat item M.I.C. d. quæst. 6. reg. 6. & lib. 2. cap. 32. Sed & plura de hac regula vide j. cap. 20. reg 12. cum sequentibus.

V. Regula: Etiam excommunicatur contumax, si aliter coërceri non potest. d. c. tuæ fraternitatis. 3. vers. quod si causa talis. c. 1. in fine. c. accedens. 2. §. cum igitur. vers. licet iudices. & c. quoniam. 5. §. fin. eod. tt. & 2. q. 6. c. non ita. §. fin. cum c. sequente. 4. q. 5 in princ. cum c. sequente. 5. q. 2. c. præsenti, in fine. 24. q. 3. c. de illicita. §. de peremptorio. Concordant item ea quæ proposita sunt S. lib. prox. c. 8. quæst. 5. causa 1.

VI. Regula: Actore latitante, reus est absoluendus, actore illi in expensas condemnato. c. reprehensibilis. 26. §. si autem. de appellat. c. 1. de dolo & contumacia. in 6. 3. q. 7. c. vlt. §. si ergo post. item Nouel. 53. in prin. Plura de regula proposita vide j. cap. 20. reg. 7. & M.I.C. d. quæst. 6. reg. 5.

VII. Regula: Si per alium stat, quo minus citatus se sistat, pœna constituitur. Clem. Multorum. 2. de pœnis. Plura de hac re vide M.I.C. lib. 2. c. 9. Sed & plures contumaciæ pœnas vide M.I.C. d. q. 6.

De exceptionibus præcedentium regularum generalibus.

Planè habent regulæ iam propositæ suas etiam exceptiones, quarum prima hæc est: Nisi propter aduersam valetudinem citatus venire non potuit. c. querelam. 2. de procuratoribus. l. 53. §. pœnam. & l. 60. ff. de re iudicata.

II. Ex-

II. *Exceptio : Nisi quis vltra duas diætas extra suam diœcesin in ius sit vocatus. c. nonnulli. 28. in princ. de rescriptis. c. olim. 7. de exceptionib. c. vlt. §. conseruatores autem. de officio delegati, in 6. Concordant item ea quæ habentur* s. *lib. prox. c. 5. de iurisdictione, reg. 1. except. 9. in fine, dupl. gener. 1. M. I. R. d. reg. 22. except. 13.*

III. *Exceptio : Nisi iudex extra suam ciuitatem vel religionem reum in ius vocauerit. d. §. conseruatores autem. c. statutum. 11. §. in nullo. de rescriptis, in 6. M. I. R. d. reg. 22. except. 18.*

IV. *Exceptio : Nisi ad locum non satis tutum, vel parum honestum reus in ius sit vocatus. c. cum R. 35. de officio delegati. c. ex parte. 47. de appellation. l. 21. §. sed etsi. ff. de recept. arbitris. M. I. R. d. reg. 22. except. 19. Exemplum huius proponitur Clement. pastoralis. 2. de re iudicata.*

V. *Exceptio : Nisi ad non competentem iudicem vocatus non venerit. l. 53. §. fin. & l. 54. §. fin. ff. de re iudicata. M. I. R. d. reg. 22. except. 40. Cuius replicatio est : Nisi de hoc ipso verisimiliter dubitetur, vtrũ sit iudex competens, nécne. l. 5. ff. de iudicijs. l. 2. in princ. ff. si quis in ius vocatus non ierit. M. I. R. d. except. 40. repl. 3. Cuius exemplum proponitur c. si duobus. 7. de appellat.*

VI. *Exceptio : Nisi citatio citato non fuerit insinuata M. I. R. d. reg. 22. except. 14. Huius exceptionis tanquam regulariter approbatæ replicatio prima hac est : Nisi absente citato ad domum vel eccle-*

siam eius citatio sit proposita. c. vlt. de dolo & contumacia. M.I.R.d.except.14. repl.1. Concordant ea quæ proposita sunt S. *q.3. Altera replicatio est: Nisi in magno templo curiæ Pontificiæ citatio fuerit affixa. extrauag. comm. vnica, de dolo & contumacia. Cuius exemplum habetur extrauag. com. vnica §. vt autem. de dilationib. Aliud exemplum habetur extrauag. com. vnica. §. aut autem de furtis. Huius replicationis duplicatio est: Nisi ad domicilium citati tutò peruenire posset, vel per eum non stet, quo minus ad se peruenire possit. Clement. 1. de iudicijs. Tertia replicatio est: Nisi citandus impedierit, quo minus citatio publicè potuerit proponi: tunc enim diebus Dominicis vel festiuis, cum populus ad diuina conuenerit, proclamatio vel citatio facta sufficit. Clement. vnica, in princ. vers. vel ad domum. de foro competenti.*

VII. Exceptio: Nisi citatus appellauerit, vel iter ad Papam arripuerit ei causam propositurus. Hæc duplex exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt S. *lib. prox. c. 8. q. 5. causa 1. except. 1. & 2. item* J. *c. 19. except. 6. repl. 1. duplic. 6. & 7. M.I.R.d.reg.22. except. 41.*

VIII. Exceptio: Nisi contumax non legitimè fuerit citatus 5 q. 2. c. 1. c. vlt. in prin. vers. nec canonicè. & §. his authoritatib. M I.R.d.reg.22 except. 1. Declaratur exceptio proposita, definitione legitimæ citationis d. c. vlt. §. canonica.

IX. Exceptio: Nisi absens procuratorē apud acta habue-

habuerit. Hæc exceptio distinguitur ſ. c. 20. reg. 7. except. 2. repl. 1.

Replicatio præcedentium exemptionum generalis.

Hactenus exceptiones aduerſus ſupradictas regulas generales expoſitæ ſunt, quarum tamen plures vide ſ. c. 19. except. 6. item M. I. C. lib. 2. c. 8. q. 7. Planè iſtarũ exceptionum replicatio generalis eſt: Niſi poſtea ceſſante cauſa exceptionis, nihilominus reus in contumacia ſua perſeuerauerit. c. cũ dilecti. 6. de dolo & contumacia. Hac de citatione, deq; citati contumacia coërcenda, dicta ſint: de qua vide plura M. I. C. d. lib. 2. c. 7. cum duob. capp. ſequentib.

DE EDENDO.

Cap. VII.

DE ACTIONE EDENDA.

PRima regula: Nomen actionis edi neceſſarium non eſt: ſed factum ita exponendum, vt iudici actio conſtare poſſit. c. dilecti. 6. de iudicijs. M. I. R. lib. 2. cap. 6. reg 1.

II. Regula: Cauſa actionis edenda. d. c. 6. & c. vlt. de libelli oblatione.

III. Regula: In ſcriptis actio edenda. c. 1. de libelli oblatione. 5. q. 2. c. vlt. in princ. verſ. & non prius. Concordant ea quæ habentur ſ. c. 1. q. 5. reg. 3.

IV. Regula: Si actio inepta eſt edita, reus ab inſtantia abſoluitur. c. examinata. 15. de iudicijs.

DE INSTRVMENTIS edendis.

I. *Regula*: *Reus actori non tenetur instrumenta edere. c. 1. de probationib. 4. q. 3. c. vlt. §. qui intendit. l. 6. C. de testibus.* Concordat item M. I. C. *lib. 2. cap. 10. quæst. 3. in princ.* M. I. R. *d. cap. 6. reg. 17.* Huius regulæ exceptio hæc est; *Nisi instrumenta actori & reo communia sint. c. G. perpetuus. 12. de fide instrument.* Plures huiusmodi exceptiones vide M. I. C. *d. quæst. 3.*

II. *Regula*: *Non totum instrumentum edendum est, sed id tantùm quod ad causam pertinet. c. contingit. 5. de fide instrument.* Plura de edendo vide M. I. C. *d. cap. 10. & de edendis instrumentis vide item* I. *cap. 13. reg. 2. & 3.*

DE DILATIONIBVS.

Cap. VIII.

I. ANTECEDENTIA DANdæ dilationis.

NON *nisi causa cognita dilatio danda. 3. q. 3. c. vlt. §. à iudice. l. 4. C. de dilationibus.* Concordat M. I. C. *lib. 2. cap. 11. in princ.* M. I. R. *lib. 2. cap. 7. reg. 1.*

II. CAVSAE EX QVIBVS dilatio danda?

I. *Causa*: *Si possessor eum, cuius nomine possidet, nominet: danda est ei dilatio ad ipsi denunciandum. c. quoniam. 5. §. in alijs. vers. quod si super. vt lite*

lite non contestata. Concordat M. I. C. d. c. 11. q. 2. causa 1. M. I. R. d. cap. 7. reg. 4.

II. Causa: Citato ad excipiendum dilatio danda. 3. q. 3. in princ. cum c. sequente. & c. vlt. § illi verò qui. l. 2. C. de dilationibus. Nouell. 53. §. sed & illud, cum sequentib. M. I. R. d. cap. 7. reg. 5. Huius causa exceptio est: Nisi ex ipsa citatione vel alio modo causam, aduersus quam ei fuit excipiendum, cognoscere potuit. c. præterea. 2. de dilationibus. Huius replicatio prima hæc est: Nisi libellus postea sit mutatus. Quæ replicatio distinguitur, si nihil in principali causa fuerit mutatum. c. litera. 3. eod. tit. Altera replicatio est: Nisi publico negocio impeditus de actione proposita satis deliberare non potuit. c. vltim. d. tit. Tertia replicatio est: Nisi reus spoliatus sit restitutus: tunc enim tanta ei dilatio danda, quanto tempore fuit spoliatus. De qua re vide j. quæst. prox. reg. 1.

III. Causa: Probationum & instrumentorū adferendorum causa danda dilatio est. l. 99. § fin ff de verb. signif. Nou. 115. §. sed & hoc. vers. dilationes. M. I. R. d. cap. 7. reg. 6. Huius causæ exceptio est: Nisi Princeps ad appellationem seu consultationem rescripserit. 3. q. 3. c. vlt. §. cùm verò. l. 5. C. de dilation.

IV. Causa: Si procurator dominum consulere velit. c. dilectus. 11. de procuratoribus.

Exceptiones præcedentium causarum generales.

Hactenus causæ dandæ dilationis expositæ sunt,

quarum tamen plures vide M.I.C.d.q.2. Planè istarum causarum exceptio generalis prima hæc est: Nisi dilationem petens ad extraordinarium iudicem rescriptum reportauerit.3.q.3.c.vlt.§. ei autem dilatio.l 2.in princ.C.de dilationibus. Altera exceptio est: Nisi eidem antea dilatio sit data. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur per ea quæ proponentur 3.q.4. item per ea quæ proposita sunt 5.causa 2.except.1.repl.1.& 2.

III. QVANTA DILATIO sit danda?

1. Regula: Reo ad excipiendum viginti dies dare iubentur Nouell.53. §. sed & illud. de quo 3. dicetur in litis contestatione. Huius regulæ exceptio est in reo spoliato ac restituto, cui tanta dilatio concedenda, quanto tempore spoliatus fuit.3.q.2. in prin. cum c.sequente.c.prius.c.tamdiu. c.electis. c.si episcopus.§.præsul verò.

II. Regula: Probationum causa danda dilatio est trium mensium in eadem prouincia, in continentibus prouincijs sex mensium, & in transmarinis nouem.3.q.3.c.vlt.§. spatium.l.1. C. de dilationibus. Hæc regula videtur distinguenda per sequentes regulas.

III. Regula: In criminalibus sex menses vel eo amplius reo conceduntur.d.c.vlt. in princ.

IV. Regula: Ad inquirendum non modicæ dilationes dandæ sunt. d.q.3.c. inducias.

V. Regula: Prælatis maius spacium ad se defendendas

dendos dandum est. d. q. 3. c. de inducijs. Plures huiusmodi regulas vide M. I. C. lib. 2. c. 11. q. 3.

IV. QVOTIES DILATIO danda?

Non nisi semel dilatio danda est. d. q. 3. c. vlt. §. spatium. vers. iudicantes autem. l. 1. in fine. C. de dilationibus. M. I. R. d. cap. 7. reg. 15. Huius exceptio est: Nisi quis appellauerit: nam quoties quis appellauerit, dilatio ei indulgēda est. 3. q. 6. c. pulsatus, in prin. Plures propositæ regulæ exceptiones vide M. I. C. d. c. 11. quæst. 4.

V. VBI DANDA dilatio?

Non de plano, sed pro tribunali danda est. 3. q. 3. c. vlt. §. à iudice. l. 4. C. de dilationibus. Hæc de dilationibus; de quib. tamen vide plura M. I. C. d. c. 11.

DE EXCEPTIONIBVS dilatorijs.

Cap. IX.

I. DE EXCEPTIONIBVS DILATORIJS in genere.

PRima regula: Hæ ante litem contestatam opponendæ, non post per ea quæ proposita sunt s. cap. 2. quæst. 2. in fin. item ex l. 12. C. de exceptionib. M. I. R. d. cap. 7. reg. 22. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi excommunicationis exceptio obijciatur; hæc enim etiam post litem contestatam

tam obijci potest. c. exceptionem. 12. de exceptionib. Clement. vnica, eod. tt. Concordant ea quæ proponentur ĩ. eod. cap. de excommunicationis exceptione, repl. 4. & 5. Altera exceptio est: Nisi falsi procuratoris exceptio obijciatur. De hac re dictum ẽ. c. 4. quæst. 1. in fine. Tertiæ exceptionis loco notandum, quòd exceptio dilatoria ante litem contestatam opposita, post litem contestatam sit probanda. l. 19. C. de probationibus. Cui concordant ea quæ proposita sunt ẽ. c. 2. q. 2. in fine.

II. Regula: Dilatoriæ exceptiones omnes simul intra certum terminum à iudice statuendum sunt obijciendæ. c. pastoralis. 4. de exceptionib. M. I. R. d. c. 7. reg. 23. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi vna opposita, de alia obijciẽda fuerit protestatus priore discussa: hanc enim etiam post terminum obijcere poterit. d. c. 4. vers. quas non fuerint protestata. Altera exceptio est: Nisi alia exceptio dilatoria post terminum competere cœperit. d. c. 4. vers. nisi fortè aliqua. Tertia exceptio est: Nisi aliquam dilatoriã per ignorantiam omiserit. d. c. 4. vers. is qui voluerit eam opponere. Quarta exceptio est: Nisi talis sit exceptio dilatoria, quæ etiam post litem contestatam possit opponi. Approbatur exemplo Clement. vnica, de exceptionibus.

III. Regula: Exceptio excommunicationis & suspensionis, quæ requirit altiorem indaginem, ad cautelam remittenda est: ne causa principalis nimium differatur. c. apostolica. 9. de exceptionibus.

Hæc

Hæc de exceptionib. dilatoriis in genere sunt dicta. Sequitur de ijsdem in specie.

IV. Regula: De speciebus exceptionum dilatoriarum. Sanè sumitur exceptio dilatoria vel ex persona iudicis, vel ex persona procuratoris, vel ex persona actoris, vel ex persona rei conuenti, vel ex loco actionis, vel ex modo, vel ex tempore, quo agitur. Ex persona iudicis sumitur recusatoria iudicis suspecti. Exceptiones ex persona procuratoris desumptæ propositæ sunt S. *cap. 4. quæst. 1. Ex persona actoris sumitur exceptio excommunicationis & similes. Ex persona rei conuenti sumitur exceptio spolij. Ex loco actionis sumitur fori præscriptio: de qua dictum* S. *cap. 2. quæst. 2. Sed & ex loco actionis sumuntur exceptiones, quas exposuimus* S. *cap. 6. quæst. 4. excepti. generali 2. cum sequentib. Ex modo actionis sumitur exceptio inepti libelli, de qua dictum* S. *c. 7. de actione edenda, reg. 4. item cautionis præstandæ exceptio. Ex tempore actionis sumitur exceptio, qua ante diem vel conditionem existentem agi dicitur: de qua in actionum tractatu agitur. Nunc de recusatoria iudicis, de excommunicationis & spolij, necnon de cautionis præstandæ exceptione dicetur.*

II. DE

II. DE RECVSATORIA iudicis.

1. CAVSAE EX QVIBVS IVdex recusari potest.

Si quis iudicem suspectum putat, eum recusare potest. 3. q. 5. c. vlt. §. & reuera. l. 14. vers. liceat ei qui suspectum. C. de iudicijs. M. I. R. d. cap. 7. reg. 25. Quæ autem sint causæ, ex quibus iudex tãquam suspectus recusari possit, dictum ſ. cap. 2. quæst. 2. Planè propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi causa principalis sit ecclesiastica, in qua non licet appellare: in hac enim nec iudicem recusare licet. c super eo. 12. §. in causis. de appellationib. Altera exceptio videtur: Nisi iudex ita datus sit, ne ab eo appelletur. Sed reprobatur c. postremò. 36. d. tt. Plures huiusmodi exceptiones vide d. quæst. 2. in fine. Item M. I. C. lib. 2. cap. 11. de exceptionibus dilatorijs, quæst. 1.

2. APVD QVEM EXCEPTIO PROposita disputanda sit?

Apud iudicem recusatum causa suspicionis proponenda, & apud arbitros vtriusq; consensu electos probanda est, & ab ijs cognoscenda. c. secundo. 41 §. tertio. c. cum speciali. 61. in prin. de appellationib. c. licet. 10. in fine. de foro competenti. c. suspicionis. 39. de officio delegati. Quod de arbitris dictum, eius exceptio prima hæc est: Nisi & alij iudices cum recusato dati sint: tunc enim non apud arbitros, sed apud coniudices causa suspicionis est probanda. c. si

contra.

contra.4.de officio delegati,in 6. Altera exceptio est: Nisi delegatus iudex recusetur: tunc enim ad delegantem cognitio spectat. d. c. si contra. §. cum autem. item c. super. 27. §. quem verò. & §. eius ergo. vers. coram iudice delegato. eod. tt. Tertia exceptio est: Nisi officialis episcopi recusetur. hoc enim casu episcopi cognitio est. d. c. si contra. 4. in fine.

3. EVENTVS RECVSATORIAE exceptionis oppositæ.

I. Regula: De tempore arbitris definiendo, intra quod nisi exceptio fuerit discussa, procedatur in negocio principali, cauetur c. legitima. 2. de appellat. in 6. c. suspicionis. 39. de officio delegati.

II. Regula: Si iudex suspectus fuerit pronunciatus: assensu recusantis alij negociū principale committet cognoscendum, vel ad superiorem id transmittet. c. ad hæc. 27. in fine. & c. cum speciali. 61. §. & ipsa probata. de appellationibus. c. si quis contra. 4. de foro competenti. l. 14. in prin. & vers. in eo scilicet. & l. 16. §. sancimus. vers. illico autem. C. de iudicijs. M. I. R. d. cap. reg. 30. Contradicere videtur c. licet. 10. in fine. de foro competenti. Planè propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi iudex delegatus recusatus sit: hic enim ne quidem cum assensu recusantis causam alij committet. c. iudex. 5. de officio delegati, in 6. Altera exceptio est: Nisi clericus episcopum suum suspectum dixerit: tunc enim vicini episcopi cognoscent. 2. q. 6. c. placuit. item 11. q. 3. c. presbyteri.

4. ADFI-

4. ADFINE PROPOSITAE EXceptionis remedium.

Adfine remedium est appellatio. 2. q. 6. c. si quis iudicem in prin. Hæc de recusatoria iudicii.

III. DE EXCOMMVNICAtionis exceptione.

Excommunicato actori obstat exceptio excommunicationis, donec absolutus sit. c. decernimus. 8. de sentent. excom. in 6. c 1. in prin. de exceptionibus in 6. Concordant ea quæ habentur §. lib prox. cap. 6. quæst. 4. except. tō. M. I. R. d. cap. 7. reg 31. Planè propositæ exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi excipiens speciem excommunicationis & nomen excommunicatoris non exprimat. d. c. 1. in prin. vers. si quis igitur. Altera replicatio est: Nisi excommunicatio intra octo dies nō fuerit probata. ibidem vers. sciturus eam rem. & c. prudentiam. 21. §. sexta nobis. de officio delegati. Huius replicationis duplicatio est: Nisi postea pendente lite probetur: tunc enim sequens processus inhibitur, quamuis præcedentia acta valeant. d c.1. § si verò postmodum. Tertia replicatio est: Nisi excommunicationis exceptio antea bis fuerit opposita. Quæ replicatio approbatur simul & distinguitur d. §. si verò postmodum. vers. prouiso quòd vltra duas vices hæc non opponatur exceptio, &c. Quarta replicatio videtur: Nisi exceptio proposita ante litem contestatam non fuerit opposita. Sed reprobatur per ea quæ proposita sunt §. eod. cap. in princ. Quibus concordat d. c 1 in prin.

prin. vers. in quacunq; parte iudiciorum, item §. sed si post. Quinta replicatio videtur: Nisi à reo non fuerit opposita exceptio. Sed reprobatur d. §. sed si post. vers. eo tamen saluo. & c. exceptionem, 12. in fine. de exceptionibus. M. I. R. d. reg 31, in prin. Sexta replicatio est: Nisi vniuersitate agente, non ipsa, sed rectores ipsius sint excommunicati. Quæ replicatio approbatur sub certis conditionib. c. vlt. de procuratoribus. Septima replicatio videtur: Nisi is qui exceptionem obijcit, antea excõmunicato actori communicauerit. Sed reprobatur c. à nobis, 2. de exceptionibus. Contradicere videtur c. in præsentia. 46. de sentent. excom. Octaua replicatio est: Nisi exceptionem, non actionem proponenti excommunicationis exceptio obijciatur c. cum inter. 5. de exceptionibus. M. I. R. d reg 31 except. 1. Huius duplicatio est: Nisi exceptio, quam excommunicatus obijcit, reconuentionem cõtineat. d. c. cum inter. 5 vers. Ceterum non sic in reconuentione. Nona replicatio est: Nisi appellanti & appellationem prosequenti excommunicationis exceptio obijciatur. d. c. cum inter. 5 vers. porrò tum excommunicato. c. dilecta. 10. c significauit. 11. & c. vlt. eod. tit. de exceptionibus. Hæc de excõmunicationis exceptione sint dicta.

IIII. DE EXCEPTIONE spolij.

1. Regula: Spoliatus reus in iudicio respondere non tenetur, nisi fuerit restitutus 2. q. 2. in prin. cum c. sequente. c. omnes. c. nullus. c. in scripturis. c. nul-

lus. & c. vlt. item 3. q. 1. c. 1. c. episcopi, cum sequentib. vsq; ad c. nulli. item c. vlt. §. patet ergo. & 3. q. 2. c. cum ecclesia c. oportet. c. audiuimus. c. prius. item 5. q. 2. c. vlt. in prin. vers. nam si aut vi. item 33. q. 2. c. historia, cum pluribus alijs, quæ vide ꝯ. lib. 4. cap. de actione qua vxor virũ petit, in princ. item c. cum dilectus. 2. & c. vlt. in fine. de ordine cognit. c. 1. §. illum autem. de restitut. spoliator. in 6. M. I. R. d. cap. 7. reg. 33 & lib. 3. cap. 16. reg. 1. Planè propositæ exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi ab alio quàm ab actore spoliatus fuerit reus. Quæ replicatio approbatur simul & distinguitur d. c. 1. in princ. M. I. R. d. reg. 33. except. 1. Huius duplicatio est in criminalib. causis: in his enim nihil refert, à quo reus accusatus fuerit spoliatus. d. c. 1. in prin. vers. in ciuilib. negocijs. & §. sed si in ciuilibus. M. I. R. d. except. 1. repl. 1. Altera replicatio est: Nisi intra quindecim dies Spolij exceptio non fuerit probata. d. §. sed si in ciuilibus. Tertia replicatio est: Nisi ab alio quàm actore spoliatus intra tempus à iudice statuendum restitutionem nõ petierit, nec causam ad finem perduxerit. d. c. 1. §. solet. Quarta replicatio est: Nisi super rebus ecclesiasticis agatur. d. c. 1. §. fin. Quinta replicatio est: Nisi rebus ecclesiasticis spoliatus, de rebus priuatis conueniatur. d. §. fin. vers. vel è contrario. Sexta replicatio est: Nisi quis vi occupans possessionem in continenti sit deiectus. 3. q. 1. c. vlt. §. sed obijcitur. Septima replicatio est: Nisi spoliatus res ecclesiæ, quib. spoliatus est, ꝓfundat. 3. q. 2. c. vlt.

II. Re-

II. Regula: Vis propositæ exceptionis hæc est, vt repellat agentem, non etiam vt agens ad restitutionem cogatur vel condemnetur. c. cum dilectus. 2. de ordine cognit. M.I.R.d.cap.7.reg.34. Cuius regulæ exceptio est: Nisi per reconuentionem spoliatio opponatur. d.c 2.§.nos autem distinguendum. M.I.R. d.reg.34.except.1. Hæc de exceptione spolij.

V. DE EXCEPTIONE CAVtionis præstandæ.

Postremò actor tenetur cauere de lite intra duos menses contestanda, aut damno quod sensit reus in duplum præstando, si intra duos menses litem non fuerit contestatus: alioquin exceptione repellitur. 3.q.3.c.vlt.§.libellum. Nouell.96. in prin.

Sed & cauere tenetur actor de certa quantitate reo præstanda, si in causa non obtinuerit: qua cautione non præstita, per exceptionem submouetur. d.c.vlt.§.quod fieri. Nouell.53.§. & quia mortis. & §.quia verò compertum. item Nouell.112. §. cæterùm. Plura de huiusmodi cautionibus præstandis vide M.I.C.lib.2.cap.12. cum tribus capp. sequentib. Hæc de exceptionibus dilatorijs, quarum tamen plures proponentur j.lib.5. cap. de actionibus, quæst. quando competat.

DE RECONVENTIONIbus. Cap. X.

PRima regula, De differentia reconuentionis & exceptionis, habetur c.cum dilectus. 2.d.ordine

cognitionum: de qua vide paulo superius in exceptione spolij reg. 2.

II. Regula: Reus actorem in eodem iudicio reconuenire potest, & conuentio & reconuentio paribus passibus ambulare debent. d. c. cum dilectus. 2. §. nos autem distinguendum. vers. quanquam in idem. item c. 1. de mutuis petitionibus. M. I. R. d. cap. 7. reg. 50. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi interdicto recuperandæ possessionis agatur; huic enim reconuentio non potest opponi. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur c. vlt. de ordine cognit. item c. ad vltimum. 2. de causa possessionis. Concordant ea quæ habentur j. cap. 17. reg. 1. cum sequente. M. I. R. d. reg. 50. except. 1. dist. 2. Altera exceptio est: Nisi excommunicatus reconuentionem opponat. c. cum inter. 5. § fin. de exceptionib. Tertia exceptio est: Nisi apud alium quàm actionis iudicem reconuentio opponatur. c. dispendia. 3. §. reus quoq; de rescriptis, in 6. Quarta exceptio est: Nisi apud arbitros causa agatur. c. cum dilectus. 6. de arbitris. Quinta exceptio est: Nisi prius liqueat de vna causa quàm de alia, vel reus in reconuentione moram faciat. Mynsing. cent. 1. obseruat. 10. Plures exceptiones vide ℈. cap. 2. quæst. 2. in fine, repl. 3.

III. Regula: Modus procedendi per rescriptum conuentioni præscriptus, etiam reconuentioni datus intelligitur. c. prudentiam. 2. de mutuis petitionib. Hæc de reconuentionibus, & alijs actibus iudicialibus litis contestationem præcedentib. Sequitur nunc de ipsa

de ipsa litis contestatione, & actibus eam sequentib.

DE LITIS CONTESTATIONE, de q̃ iureiurando ob calumniam dando, & alijs huiusmodi iuramentis.

Cap. XI.

DE LITIS CONTESTATIONE.

PRima regula: Litis contestatio fit non per positiones & ad eas responsiones, sed per petitionem in iure propositam, & responsionem secutam c. vnico. de litis contestatione. c. dudum. 54. §. licet autem. de electione. M. I. R. lib. 2. cap. 8. reg. 6. in prin. & except. 4. Quod autem dicitur, per responsionem secutam fieri litis contestationem, id intelligendum de responsione, quæ in negando, non distinguendo consistit. Nam per exceptionē, quam uis peremptoriam, quæ in distinguendo consistit, nō fit litis contestatio. c. si oblato. 2. de litis contestatione, in 6. M. I. R. d. cap. 8. reg. 5.

II. Regula: Omissa litis contestatione, processus est nullus. d. c. vnico. vers. quia litis contestationem non inuenimus esse factam, &c. & d. §. licet autem. M. I. R. d. cap. 8. reg. 3. Huius regulæ exceptio est: Nisi non iure actionis, sed officio iudicis procedatur. c. iudicis. 2. de officio iudicis. M. I. R. d. reg. 3. except. 1.

III. Regula: Viginti dierum dilationem habet reus ad litem contestandam. 3. q. 3. c. vlt. §. offeratur. Nouell. 53. §. sed & illud. Hac de litis contesta-

tione: de qua vide item M.I.C. lib.2.cap.16.

DE IVRAMENTO CALVMniæ, & alijs huiusmodi iuramentis.

1. Regula: Lite contestata, de veritate atque calumnia iurandum est. Instit. de pœna temerè litigãtium, in prin. vers. ecte enim l.2. in prin. C. de iure iurando propter calumniam. l. 12. in prin. C. de iudicijs. M.I.R. d. cap.8. reg.9. Cuius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi ab aduersario iusiurandum remittatur. c.1. §.1. de iuramento calumniæ, in 6. Contradicit d.l.2. §. sed quia veremur. Altera exceptio est: Nisi clerico iusiurandum deferatur. Hæc exceptio approbatur certò modo c.1. de iuramento calumniæ. Contradicere videtur c. cæterùm. 5 eod.tt. Tertia exceptio est: Nisi in causis spiritualibus iusiurandum deferatur. c. literas. 2. d.tt. Mutatur ac reprobatur exceptio hæc c.1. §. fin. eod.tt. in 6. Quarta exceptio videtur: Nisi semel sit iuratum. Sed reprobatur c. in appellationis. 2. in prin. & §. fin. d.tt. in 6. Quinta exceptio videtur: Nisi consuetudo extet in contrarium. Sed reprobatur c. constitutus. 3. & præsentium. de fideiussoribus. Sexta exceptio videtur: Nisi collegiũ vel vniuersitas conueniatur. Sed reprobatur c. Imperatorũ. 4. de iuramento calũniæ.

II. Regula: Non solùm principales personæ, sed etiam aduocati vtriusq; partis iurare compellũtur. c. cum causam. 6. d.tt. Concordat M.I.C. lib.2. cap. 16. de iuramento calumniæ, quæst.4. reg.4. Cuius

regulæ

regula exceptio prima videtur: Nisi aduocatus vel procurator post iuramentum à principali præstitum sit constitutus. Sed reprobatur c. in appellationis. 2. §. procuratores. de iuramento calumniæ, in 6. Altera exceptio videtur: Nisi dominus instruxerit procuratorem quid proponere debeat. Sed reprobatur d. §. procuratores. vers. etiamsi à suis dominis.

III. Regula: Non solùm de opinione, sed etiam de veritate iuratur. c. 1. §. fin. de iuramento calumniæ, in 6. Contradicit l. 2. §. & licet. C. eod. tt.

IIII. Regula: Principalis tam per se, quàm per procuratorem iurare potest. c. in pertractandis. 3. & c. Imperatorum. 4. de iuramento calumniæ. item c. vlt. eod. tt. in 6.

V. Regula: Tactis sacrosanctis euangelijs iuratur. Cuius exceptio est: Nisi episcopus per se de calumnia iuret: hic enim propositis tantùm, non etiam tactis euangelijs iurat. c. vlt. in prin. de iuramento calumniæ. 11. q. 1. c. testimonium.

VI. Regula: Non est necesse, vt statim post litem contestatam de calumnia iuretur, sed ante vel post, quandocunque iudici videbitur, iurandum. c. 1. in prin. & c. in appellationu. 2. §. fin. de iuramento calumniæ, in 6.

VII. Regula: Pœna non iurantis statuitur c. vlt. §. fin. de iuramento calumniæ. Concordant ea quæ habentur M. I. C. lib. 2. cap. 16. de iuram. calumniæ, quæst. 9. Hæc de iuramento calumniæ sunt dicta: de quo tamen vide plura M. I. C. d. cap. 16.

DE PROBATIONIBVS. Cap. XII.

PRima regula: Lite conteſtata, & iureiurando calumniæ præſtito, præſtanda eſt probatio eius de quo inter partes controuertitur ſeu dubitatur. Quæ regula cùm ipſo iure ſubſiſtat. M.I.R. lib.2.cap.9.reg.4.aliquot recipit exceptiones. quarum prima hæc eſt: Niſi id, de quo quæritur, ſit notorium: hoc enim probatione non indiget. c.ſuper eo.3.in prin.de teſtibus cogendis. c.tua nos.8.in prin. de cohabitat.clericor. M.I.R.d.reg 4.except.1. Plura de hac exceptione vide ſ. lib.prox.cap.14.in prin. Altera exceptio eſt: Niſi factum iudici notum ſit. 15.q.5.c.vlt.in prin. Cuius replicatio eſt; Niſi iudici non vt iudici, ſed vt Deo vel homini notum ſit. d.c. vlt.§ ſed mirandum. c ſi ſacerdos.2. de officio ordinarij.2.q.1.c.vnus ex vobis. Plura de exceptione propoſita vide j.cap.19. except.20.repl.1.dupl.1. Tertia exceptio eſt: Niſi aduerſarius factum ſit confeſſus. d.c. vlt. verſ. niſi ſua ſponte ipſum confiteatur, & verſ. ſola ergo ſpontanea. 2.q.1. c.1. Huius replicatio eſt: Niſi iudici tantùm ſit confeſſus in pœnitentia.d.c ſi ſacerdos.2. Plures huiuſmodi replicationes vide j. de confeſſis. Quarta exceptio videtur: Niſi is qui dicit, in dignitate ſit poſitus: vtputa epiſcopus. Sed reprobatur 6.q.2.in prin.cum c.ſequente, & c.vlt. Planè admittitur exceptio propoſita in perſona Papæ dicentis, cuius adſertioni ſtandum eſt.

Clement.

Clement. 1. de probationibus. Quinta exceptio videtur: Nisi exceptio aliqua contra testem producta in controuersiam deducatur. Hæc enim probanda non videtur. Sed & hæc exceptio reprobatur. c. 1. de exceptionibus. Sexta exceptio est. Nisi iureiurando delato vel relato, id præstitum sit vel remissum. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur per ea quæ proponentur. cap. 16. reg. 19. cum sequentibus.

VTRI PROBATIO INcumbat.

II. Regula: Affirmanti, non neganti probatio est iniungenda. c. bona. 23. §. porrò excessus. vers. & quod citati. de electione. Concordat M. I. C. lib. 2. cap. 17. quæst. 2. reg. 1. in prin. M. I. R. lib. 2. cap. 9. reg. 5. in prin. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi ex confessione negantis, vel ex alio argumento præsumptio sit pro affirmante: tunc enim neganti contra præsumptionem probatio est iniungenda. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur exemplo cautionis indebiti c. si cautio. 14. de fide instrum. l. 25. §. fin. ff. de probationib. l. 13. C. de non numerata pecunia. Aliud exemplum est in solutione indebiti d. l. 25. §. fin verò ab initio. item c. is qui cõqueritur. 4. de solutionibus. Aliud exemplum habetur c. afferte. 2. & c. vlt. de præsumptionibus. c. per tuas. 10. de probationib. item), reg 5. cum sequẽtibus. M. I. R. d. reg. 5. except. 4. & d. lib 2. cap 10. reg. 7. in prin. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi affirmans in eadem causa deprehensus

sit in mendacio: hoc enim casu & in proposita quæstione mentiri præsumitur, atq; ita præsumptio per aliam præsumptionem eliditur, affirmantiq; probatio est iniungenda, exemplo d. c. is qui conuenitur. 4. vers. nisi eius aduersarius solutionem inficians. de solutionib. & d. l. 25. in prin. Altera proposita exceptionis replicatio est: Nisi confessio, ex qua præsumptio sumitur, sit nimium generalis, nõ expressa causa: hoc enim casu præsumptio ex ea sumpta inualida est ad transferendum onus probandi, exemplo d. c. si cautio. 14. de fide instrum. Huius ratio videtur esse, quia quemadmodum libellus actoris non expressa causa, incertus atq; ineptus censetur, cui reus respondere non cogitur, c. vltim. de libelli oblatione: ita quoq; confessio, non expressa causa, incerta reputatur: ideoq; præsumptionem contra confitentem non parit. l. 6. in princ. ff. de confessis. Hac de prima exceptione. Altera proposita regulæ exceptio est: Nisi quis sponte se beneficio renunciasse neget. c. super hoc. 5. de renunciatione. Tertia exceptio videtur: Nisi affirmans in probatione deficiat. Sed hac exceptio reprobatur 6. q. 5. in prin. cum c. sequente, & c. vlt. l. 23. C. de probationibus. Plura de hac exceptione vide M. I. C. d. reg. 1. except. 6. Quarta exceptio est: Nisi mixtum sit iudicium, in quo vterque actor & reus est: in hoc enim vterq; probat. c. ex literis. 3. de probationib. Accedit M. I. R. lib. 2. cap. 9. reg. 5. except. 7. Quinta exceptio est: Nisi viro affirmante se debitum coniugale vxori reddidisse, illa neget: hoc enim

enim casu neganti vxori probatio incumbit. 33 q.1. c. requisisti. §. fin. cum c. sequente. Concordant ea quæ habentur j. lib. 4 cap. de actione ad dissoluend. matrim. quæst. 4 reg. 2. Sexta exceptio est: Nisi quis aliquid ritè vel iure factum esse neget: nam & hoc casu neganti probatio incumbit. c. bonæ memoriæ. 23. §. porrò excessus de electione. c. sicut. 16. §. fin. de reiudicata. Concordat M. I. C. lib. 2. cap. 17. quæst. 2. reg. 1. except. 4 Septima exceptio est: Nisi delictum dolo commissum esse negetur. c. 1. de præsumptionibus. Hæc de secunda regula: de qua tamen alijsq; similibus vide plura M. I. C. d. quæst. 2.

PER QVAE PROBANdum?

III. Regula: Fama probandi vim non habet, nisi alijs adminiculis iuuetur. c. super eo. 5. §. fin. de eo qui cognouit consang. c. tam literis. 33. in princ. de testibus. c. tua nos. 8. §. si verò publicum. de cohabitat. cleri cor. Adiuta autem alijs indicijs & argumentis fama probandi vim habet. c. cum causam. 13. vers. famam. de probationibus. c. præterea. 27. de testibus.

III. Regula: Non solùm testes & instrumenta, sed & alia indicia & argumenta vim probandi habent. d. c. cum causam. 13. Concordat M. I. C. lib. 2. cap. 17. quæst. 3. reg. 7.

V. Regula: Ex eo quòd quis dilationibus subterfugit iudicium, vel contumaciter abest, præsumitur.

malam

malam fouere causam. c. nullus. 4. de præsumptionib. c. cum contumacia. 7. de hæreticis, in 6. 11. q. 1. c. Christianis. §. fin. M. I. R. lib. 2. cap. 11. in verbo Confessio.

VI. Regula: Idem præsumitur de eo qui defensionis vel probationis copiam aduersario subtrahit. c. constitutis. 45. vers. cum secundum legitimas. de testibus. c. peruenit. 4. vers. & quod eam ille. de testibus cogendis.

VII. Regula: Ex vita etiam anteacta præsumptio sumitur. c. ex studijs. 3. c. mandata. 6. & c. cum in iuuentute. 15. de præsumptionibus. c. semel. 8. de reg. iuris in 6.

VIII. Regula: Ex vicinitate præsumitur noticia facti vicini. c. quosdam. 7. & c. quanto. 8. de præsumptionibus. M. I. R. d. cap. 11. in verbo Scientia.

IX. Regula: Qui ex duobus propositis vnum negat, alterum affirmare creditur. c. nónne. 5. d. tt.

X. Regula: Quæ argumenta cuiq; rei probandæ sufficiant, nullo certo modo potest definiri, sed hoc iudicis arbitrio relinquendum. 4. q. 2. c. vlt. §. sæpe etiam. l. 3. §. eiusdem. ff. de testibus.

XI. Regula: De filiatione probanda cauetur c. transmisse. c. causam. 4. & c. per tuas. 12. qui filij sint legitimi. Plura de hac re vide M. I. C. lib. 2. cap. 17. quæst. 3. de eo, an sit filius, probando. & lib. 4. cap. 25. quæst. 1.

XII. Regula: De ingenuitate probanda cauetur 4. q. 2. c. vlt. §. soli testes. l. 1. C. de testibus.

XIII. Re-

XIII. Regula: De dolo probando. Qualitas causa principalis ad dolum arguendum non sufficit. l. 15. §. ad vim. C. de transactionib. Cui videtur contradicere De pœnitent. distinct. 5. c. qualitas.

XIIII. Regula: De testamento seu oblatione probanda. Etiam per vnum testem, qui dicit se interfuisse, & alios duos deponentes de confessione testatoris aliud agentis, probatur. c. vlt. de successionibus ab intestato.

XV. Regula: De re iudicata probanda. Etiam per testes probari potest. c. Albericus. 43. de testibus. c. sicut. 16. de re iudicata.

XVI. Regula: De virginitate probanda cauetur c. proposuisti. 4. & c. causam. 14. de probationibus.

XVII. Regula: De carnali copula probanda cauetur c. literis. 12. c. tertio, de præsumptionibus. c. præterea. 27. de testibus.

XVIII. Regula: De consanguinitate probanda cauetur c. quoties. 5. de testibus. Concordant ea quæ habentur ĩ. lib. 4. cap. 19. quæst. 4. reg. 3.

XIX. Regula: De matrimonio probando cuetur c. illud quoq; 11. de præsumptionib. Concordant ea quæ habentur ĩ. lib. 4. cap. 17. q. 3. reg. 2.

XX. Regula: De impotentia viri vel vxoris probanda vide d. quæst. 4. reg. 6.

XXI. Regula: De iurisdictione probanda. Hæc probatur per solutionem tributi. c. omnis. 2. in fine. de censibus.

XXII. Regula: De falsis literis Papæ probandis

ac co-

c. cum veniſſet. 25. §. quæſtiones. de teſtibus. de qua replicatione vide item j. cap. 14. reg. 4. Tertia replicatio eſt: Niſi probationi in contrariũ fuerit renunciatum. d. §. quæſtiones. verſ. vel renunciatum fuit teſtibus. Quarta replicatio eſt: Niſi poſterior probatio non ſit efficacior priori. Approbatur exemplo c. quia veriſimile. 10. de præſumptionibus. Quinta replicatio eſt: Niſi probatio ſit facta per confeſſionem iudicialem, per iuſiurandum delatum vel relatum præſtitum vel remiſſum, per rem iudicatam, vel ſimilia argumẽta, quæ ius faciunt: contra hæc enim non admittitur probatio in contrarium, vt ſub ſingulis iſtis locũ docebitur. Accedit M. I. R. d. except. 1. repl. 1. Hæc de prima exceptione. Altera propoſita regulæ exceptio eſt: Niſi exceptione id quod probatum eſt aduerſarius elidat. l. 9. in fine. C. de exceptionib. Cuius replicatio eſt: Niſi de hæreſi ſuſpectus, in agone mortis cõſtitutus petierit hæreticos conſolatores, & exceptio, illum nõ fuiſſe ſanæ mentis, opponatur. Hæc enim exceptio admittenda non eſt. c. filij. 3. de hæreticis, in 6. Tertia propoſita regula exceptio eſt: Niſi vehemens ſit præſumptio contra probantem: hoc enim caſu efficacior probatio ab eo requiritur: qua deficiente, leui probatione nõ iuuatur, exemplo d. c. quia veriſimile. 10. de præſumptionib. c. vlt. §. fin. in fine. de presbytero non baptizato. & l. vlt. in prin. ff. quod metus cauſa. Hæc de 25. regula: cuius tamen plures exceptiones vide M. I. C. d. reg. 1.

XXVI. Regula: Si non fuerit probatum: ſuc-

cum-

cumbit is qui probare debuit. 2. q. 1. c. 1. c. iudex. c. primates. c. vnus. c. notum. c. nomen. & c. primo. item 2. q. 5. c. consuluisti. vers. spontanea enim. item 11. q. 3. c. graue. c. quamuis. c. non solùm, in prin. & 15. q. 5. c. vlt. in fine. item 24. q. 3. in prin. §. hinc Paulus. item 30. q. 5. c. si quis diuinu. §. his ita respondetur. c. nullum. item De restitut. spoliator. c. cum ad sedem. 15. & c. vlt. §. sane si actor. de iureiurando. Accedit M. I. R. d. cap. 9. reg. 14. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi aduersarius factum sit confessus. Quæ exceptio locũ pluribus iam allegatis probatur. Altera exceptio est: Nisi ei cui probatio incumbit, iusiurandum à iudice delatum sit, isq; iurauerit. d. §. sane si actor. Plura de hac exceptione vide p. cap. 16. reg. 19. cum sequentib. Sed & plures propositæ regulæ exceptiones vide s. reg. 1. Hæc de probationibus in genere sint dicta: de quibus vide plura M. I. C. d. 17. Sequitur nunc de ijsdem in specie, & primùm de instrumentis.

DE INSTRVMENTIS. Cap. XIII.

PRima regula: Instrumenta regulariter quidem vim probandi habent. l. 15. C. de fide instrumentor. M. I. R. lib. 2. cap. 12. reg. 5. in prin. Cuius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi instrumentum non sit solenniter factum testibus adhibitis & subscriptionibus subiectis c. cum à nobis. 28. §. nec scriptũ. de testibus. l. vlt. §. fin. C. si certum petatur. M. I. R. d. reg.

d.reg 5 except.1. Huius replicatio est: Nisi consuetudo instrumẽtum minus solemne probet.c.cum dilectus.9.§. super tertio.de fide instrument. Altera exceptio est: Nisi presbyteri testes in conficiendo instrumento adhibiti sint.14.q 2.c.vlti. Tertia exceptio est: Nisi instrumentum sit imperfectum.l.16. C.de fide instrum.M.I.R.d.reg.5.except.7.Cuius replicatio est: Nisi defectus sit vntus aut alterius literæ.Quæ replicatio approbatur exemplo c. ex parte. 11.de fide instrum. Quarta exceptio est: Nisi instrumentum non ab eodem tabellione fuerit absolutum, sed à diuersis.d.l.16. M I R d.reg.5.except.12. Cuius replicatio est: Nisi tabellione mortuo, alius authoritate ordinarij id perfecerit. c. penult. de fide instrum. M.I.R.d. except.12. repl.1. Quinta exceptio est: Nisi instrumentum rasuram habeat. Reprobatur c. ex literis. 3. eod. tt. & c.ex conscientia. 9. de falsi crimine.vide M.I.R.d.reg.5. except 21. Sexta exceptio est: Nisi signa instrumenti vitiosa sint vel adulterina.Nouell.73.§.oportet verò. Cuius exemplum habetur c.inter dilectos. 6. de fide instrum. Septima exceptio est: Nisi falsitas vel mendacium in instrumento deprehendatur. distinct.9. c. si adscripturas. Plura de hac exceptione vide M.I.C lib 2. cap.18. quæst 5. except.6 M.I.R.d.reg.5. except.20. Sed & eius species est 5 except proxi. Octaua exceptio est: Nisi testes contra instrumentum deponant. c.tertiò.5.de probationibus.c.cum Ioannes.10. de fide instrum.Nona exceptio est: Nisi is qui instrumẽto

vtitur, illud antea impugnauit. c. cum olim. 19. vers. licet enim. de censibus. c. ex eo. 38. de reg. iuris, in 6. l. 3. C. de fide instrum. M. I. R. d. reg. 5. except. 22. Decima exceptio est: *Nisi exemplum instrumenti, non ipsum authenticum producatur. c. 1. de fide instrumen. l. 2. ff. eod. tt. M. I. R. d. reg 5. except. 23.* Huius replicatio est: *Nisi authoritate ordinarij per tabellionem exemplum sit confectum. c. vlt. eod. tt.* Plures huiusmodi replicationes vide *M. I. C. d. quæst. 5. except. 10.* Vndecima exceptio est: *Nisi diuersæ scripturæ proferantur. c. imputari. 13 de fide instrum. l. 14. C. eod. tt.* Cuius replicatio est: *Nisi diuersitas in idem tendat. c. nihil. 7. de verb. signif.* Duodecima exceptio est: *Nisi testes qui in instrumẽto continentur, decesserint.* Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur *c. scripta. 2. de fide instrum.* Decimatertia exceptio est: *Nisi instrumentum sit mutilatum. c. inter dilectos. 6. eod. tt.* Decimaquarta exceptio videtur: *Nisi post publicatas attestationes instrumentum proferatur. Sed reprobatur. c. cum dilectus. 9. in prin. d. tt.* Hæc de prima regula: cuius tamen plures exceptiones vide *M. I. C. d. quæst. 5.*

DE EXHIBENDIS INstrumentis.

II. Regula: *Instrumenta regulariter quidem apud iudicem, coram quo litigatur, exhibenda sunt. Sed ex causa etiam alibi exhiberi possunt. c. accepimus. 4. de fide instrum. l. 17. C. eod. tt.*

III. Regula: *De tempore exhibendorum seu produc-*

ducendorum instrumentorum cauetur c. cum dilectus. 9. in prin. eod. tt. Plura de exhibendis instrumentis vide §. cap. 7.

DE INNOVATIONE instrumentorum.

IIII. Regula: Innouatio instrumenti seu priuilegij nouum ius non tribuit, nec antiquum confirmat: sed si quod competit, conseruat. c. cum dilecta. 4. de confirmatione vtili.

DE INSTRVMENTO amisso.

V. Regula: Contenta in instrumento amisso probari possunt per testes, & quòd fuerit sine vitio. c. cum olim. 12. de priuilegijs. Hæc de instrumentis, de quibus vide plura M.I.C. lib. 2. cap. 18.

DE TESTIBVS.

Cap. XIIII.

DE PRODVCENDIS ET examinandis testibus.

PRima regula, *De loco vbi producendi & examinãdi sunt. Regulariter quidem apud ipsum iudicem, vbi causa agitatur, testes examinandi sunt, per ea quæ habentur M.I.C. libro 2. cap. 19. quæst. Vbi testes producendi? in prin. M.I.R. lib. 2. cap. 13. reg. 3. Cuius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi testes longè absint: tunc enim ibi, vbi sunt, examinari possunt, examine alij commisso, per ea quæ d. quæst. excep. 1. proponũtur. Quibus cõcordat. c. cõstitutus.*

tutus.3.§.praterea.de fideiussoribus. M.I.R.d.reg.3. except.3. Altera exceptio est: Nisi testes sint valetudinarij, senes, debiles vel pauperes, vt ad ipsum iudicem commodè accedere non possint. c. si qui testiū. 8. de testibus. M.I.R.d.cap.13.reg.4. except.1.repl.4. Tertia exceptio est: Nisi fœmina testis producatur. c. mulieres. 2. de iudicijs, in 6. M.I.R.except.1.repl.5. Quarta exceptio est: Nisi episcopus testis producatur. 11.q.1.c.testimonium.§.fin. Nouell. 123. §. praterea nulli. Quinta exceptio est: Nisi clericus testis producatur: hic enim non nisi in ecclesia est examinandus. d.c testimonium, in prin.

II. Regula: De commissarijs idoneis & discretis ad examinandos testes mittendis cauetur c. si qui testium. 8. in fine. de testibus.

III. Regula: De tempore producēdorum & examinandorum testium. Ante litem contestatam testes examinandi non sunt. c. accedens. 4. vers. si vobis constiterit. & c. quoniam. 5. in princ. vt lite non contestata. M.I.R.d.cap.13.reg.9. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi de morte vel diuturna testium absentia timeatur. d.c.5. & c.cum dilecta. 4. §. nos igitur. de confirmatione. M.I.R.d.reg.9. except.1. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi actor qui produxit testes, intra annū ex quo potest, non egerit: vel cum non possit, aduersario receptionem testium non denunciauerit. d.c.5. vers. sed si actor non conuenerit. M.I.R.d.except.1.repl.1. Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi cum agatur de ma-

de matrimonio carnali vel spirituali, reus contumaciter absit. d. c. quoniam. 5. §. porrò. Tertia exceptio est: Nisi per viam inquisitionis contra contumacem procedatur. d. c. quoniam. 5. §. sunt & alij. & c. veritatis. 8. de dolo & contumacia. Quarta exceptio est: Nisi in causa liberali contra contumacem procedatur. c. cum autem. 34. & ibi glossa. de testibus. Quinta exceptio est: Nisi quis metuens controuersiam, ad perpetuam rei memoriam testes petat examinari, & in publicam formam dicta eorum redigi. d. §. sunt & alij. vers. vel testium publicatio immineat. & c. significauit. 41. c. Albericus. 43. de testibus. Plures propositæ regulæ exceptiones vide S. cap. 6. quæstione 4. regula 3.

IIII. Regula, itidem de tempore producendorum & examinandorum testium. Post publicationem attestationum testes alij produci non possunt. Clement. testibus. 2. de testibus. c. iurauit. 6. de probationib. c. cum venisset. 25. §. quæstiones. de testibus. Nouell. 90. §. quia verò. M. I. R. lib. 2. cap. 13. reg 1. excepti. 1. Planè propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi in summario iudicio testes publicati fuerint examinati. hoc enim casu variato agendi modo licet eosdem vel alios testes super ijsdem capitulis producere. c. veniens. 38. c. cum in tua. 44. de testibus. M. I. R. d. excepti. 1. repl. 16. Altera exceptio videtur. Nisi prima instantia testibus publicatis, in causa appellationis alij producantur. Sed reprobatur d. Clement. testibus. 2. M. I. R. d. excepti. 1. repl. 2. Tertia ex-

ceptio est: Nisi dolo vel culpa examinatoris non de omnibus capitulis testes fuerint interrogati. c. per tuas. 48. de testibus. M.I.R. d. except. 1 repl. 7. Quarta exceptio est: Nisi propter obscuritatem dictorum ex officio iudex testes repetat. c. cum clamor. 53. & ibi glossa. eod. tt. Quinta exceptio est: Nisi de alijs articulis postea producantur testes, quàm producti sunt prius. c. fraternitatis. 17. 6. causam. 19. c. cum veniisset. 25. §. fin. de testibus. M.I.R. d. except. 1. repl 3. Exemplum habetur c. cum causa. 42. eod. tt. Huius exceptionis replicatio est: Nisi de articulis, qui prioribus contrarij sunt, denuò producantur testes. d. Clement. testibus. 2. vers. vel directò contrarijs. de testibus. M.I.R. d. repl. 3. dupl. 1. Huius duplicatio est: Nisi non directò, sed per indirectum posteriores articuli prioribus sint contrarij. Quæ duplicatio elicitur ex verbis d. vers. vel directò contrarijs. Cuius exemplum est in exceptione aduersus priores articulos, c. ex tenore. 35. de testibus. Hac de 4. regula.

V. Regula: itidem de tempore producendorum & examinandorum testium. Ante prandium ieiuni, non post examinandi sunt testes. c. 1. in fine. de testibus. 4. q. 2. c. placuit. vers. & vt nullus. Hanc regulam glossa dicit esse de honestate, non de necessitate.

VI. Regula: De testibus non facilè euocandis, nisi causa desideret, cauetur c. statutum. 11. §. proferendo. de rescriptis, in 6. l. 3. §. testes. ff. de testibus.

VII. Regula; De impendijs à producente testi-

bus

bus præstandis cauetur d. §. pro ferendo. vers. sed nec tunc. 4. q. 2. c. vlt. §. liberi testes. l. 10. C. de testibus. Concordant item ea quæ habentur M. I. C. lib. 2. cap. 19. de producendis testibus, quæst. 3. reg. 1.

VIII. Regula: De puniendis ijs qui testes testimonium perhibere, vel ad examen venire impediãt, cauetur c. cum causam. 37. §. quod si forte. & c. constitutis. 45. de testibus.

DE TESTIBVS INVITIS cogendis.

IX. Regula: Si testis testimonium perhibere nolit, cogendus est. c. 1. c. dilectorum. 10. de testibus cogendo. Nouell. 90. §. præterea. M. I. R. d. cap. 13. reg. 17. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi aduersus socerum, generum, vitricum, priuignum, sobrinum, sobrinam, sobrinóue natum, eósue qui priore gradu sunt, & c. quis testimonium perhibere nolit: hoc enim casu inuitus cogendus non est. 4. q. 2. c. vlt. §. item lege Iulia. l. 4. ff. de testibus. Altera exceptio est: Nisi aduersus sponsum filiæ, vel sponsæ patrem testimonium ferre nolit. d. c. vltim. §. cum autem. l. 5. ff. d. tt. Tertia exceptio est: Nisi libertus aduersus patronum testimonium perhibere nolit. d. c. vlt. §. liberti aduersus. l. 11. C. de testibus. Quarta exceptio est: Nisi testis senex sit, valetudinarius, miles, vel qui cũ magistratu abest, aut cui venire nõ licet. Hæc multiplex exceptio approbãtur d. c. vlt. §. item inuiti. & l. 8. ff. de testibus. Quinta exceptio est. Nisi testis publicanus sit, vel non detractandi testimonij

causa absit, vel qui l exercitui prebendum conduxerit. d.c.vlt. §. publicani. l.19. ff. d.tt. Sexta exceptio est: Nisi testis pupillus sit. d. §. publicani. verf. sed nec pupillis. & d.l.19 in fine. Septima exceptio videtur: Nisi testis in magistratu positus sit. Sed reprobatur d.c.vlt. §. si res exigit. & l.21. §.1. de testibus. Octaua exceptio est: Nisi testis sit de domo aduersarij. d.c. vlt. §. qui intendit. l.6. C. de testibus. Nona exceptio est: Nisi testis episcopus sit. 11. q.1.c. testimonium. §. nec honore. l.7. C. de episcopis & clericis. Decima exceptio est: Nisi testis clericus sit, vel alia ecclesiastica persona. 2.q.6.c. statutum. verf. & nulla. M.l. R.d.reg.17.except.6. Huius replicatio est: Nisi veritas aliter inuestigari non possit. 14.q.2.c.vlt. Vndecima exceptio videtur: Nisi testis iurauerit se testimonium non dicturum. Sed reprobatur c. intimauit. 18. de testibus. c.vlt. de testibus cogendis. Duodecima exceptio est: Nisi de alia re interrogetur testis, quàm de qua productus est. Qua exceptio approbatur simul & distinguitur c. de testibus. 29. de testibus. Decimatertia exceptio est: Nisi de crimine testis sit productus. c. dilectorum. 10. verf. praterquam super criminibus de testibus cogendis. Huius replicatio prima est: Nisi timore aduersa partis testis perhibere testimonium nolit. c. super eo. 3. eod. tt. Altera replicatio est: Nisi reus testes malitiosè subtraxerit. c. peruenit. 4. eod. tt. Tertia replicatio est: Nisi veritas aliter inuestigari non possit. c. peruenit. 5. eod. tt. Quarta replicatio est: Nisi de fama electi inquisitio

fiat.

fiat c super his 8. eod. tt. Quinta replicatio est: Nisi in falsi causa testis sit productus. d. c. 8. vers. quàm literis contra eum, & c. cum contra. 9. eod. tt. Decimaquarta exceptio videtur: Nisi de consanguinitate testis fit productus. Sed reprobatur c. caterùm. 6. eod. tt. Hæc de nona regula eiusq; exceptionibus sint dicta: quarum tamen plures vide M. I. C. lib. 2. c. 19. de producendis testibus. q. 3. reg. 3.

X. Regula: De modo cogendi testes per excommunicationem cauetur c. 1. in fine. c. cum super. 2. & c. vlt. in fine. de testibus cogendis. Hæc de cogendis testibus sint dicta.

MODVS ET ADIVNCTA examinis testium.

XI. Regula: De iureiurando à testibus præstando cauetur 2. q. 4. c. vlt. §. & prius. 3. q. 9. c. penult. 4. q. 2. c. vlt. §. iurisiurandi. l. 8. in princ. C. de testib. Huius regulæ exceptio est: Nisi testis episcopus sit: his enim iurare non cogitur. 11. q. 1. c. testimonium. §. episcopus. Plures huiusmodi exceptiones vide ibi. eod. cap. except. 49.

XII. Regula: De forma iurisiurandi testium cauetur c. quoties. 5. §. probatio. de testibus. Concordant ea quæ habentur ibi. lib. 4. cap. de actione ad dissol. matrim. quæst. 4. reg. 5.

XIII. Regula: De testiũ multitudine refrenanda cauetur c. cum causam. 37. §. volentes. de testib.

XIV. Regula: Sigillatim & diligẽter testes examinandi. c. venerabili. 52. eod. tt.

causa absit, vel qui l exercitui prabendum conduxerit. d. c. vlt. §. publicani. l. 19. ff. d. tt. Sexta exceptio est: Nisi testis pupillus sit. d. §. publicani. vers. sed nec pupillis. & d. l. 19 in fine. Septima exceptio videtur: Nisi testis in magistratu positus sit. Sed reprobatur d. c. vlt. §. si res exigit. & l. 21. §. 1. de testibus. Octaua exceptio est: Nisi testis sit de domo aduersarij. d. c. vlt. §. qui intendit. l. 6. C. de testibus. Nona exceptio est: Nisi testis episcopus sit. 11. q. 1. c. testimonium. §. nec honore. l. 7. C. de episcopis & clericis. Decima exceptio est: Nisi testis clericus sit, vel alia ecclesiastica persona. 2. q. 6. c. statutum. vers. & nulla. M. I. R. d. reg. 17. except. 6. Huius replicatio est: Nisi veritas aliter inuestigari non posit. 14. q. 2. c. vlt. Vndecima exceptio videtur: Nisi testis iurauerit. se testimonium non dicturum. Sed reprobatur c. intimauit. 18. de testibus. c. vlt. de testibus cogendis. Duodecima exceptio est: Nisi de alia re interrogetur testis, quàm de qua productus est. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur c. de testibus. 29. de testibus. Decimatertia exceptio est: Nisi de crimine testis sit productus. c. dilectorum. 10. vers. præterquam super criminibus de testibus cogendis. Huius replicatio prima est: Nisi timore aduersæ partis testis perhibere testimonium nolit. c. super eo. 3. eod. tt. Altera replicatio est: Nisi reus testes malitiosè subtraxerit. c. peruenit. 4. eod. lt. Tertia replicatio est: Nisi veritas aliter inuestigari non posit. c. peruenit. 5. eod. tt. Quarta replicatio est: Nisi de fama electi inquisitio

fiat.

fiat.c super his.8.eod.tt. Quinta replicatio est: Nisi in falsi causa testis sit productus.d.c.8.vers. quàm literis contra eum, & c.cum contra. 9. eod.tt. Decimaquarta exceptio videtur: Nisi de consanguinitate testis fit productus. Sed reprobatur c. caterùm. 6. eod.tt. Hæc de nona regula eiusq; exceptionibus sint dicta: quarum tamen plures vide M.I.C. lib.2.c.19. de producendis testibus.q 3. reg 3.

X. Regula: De modo cogendi testes per excommunicationem cauetur c. 1. in fine. c. cum super. 2. & c.vlt.in fine.de testibus cogendis. Hæc de cogendis testibus sint dicta.

MODVS ET ADIVNCTA examinis testium.

XI. Regula: De iureiurando à testibus præstando cauetur 2.q.4.c.vlt.§. & primus. 3.q.9.c.penult. 4.q.2.c.vlt. §.iurisiurandi.l.8.in princ. C.de testib. Huius regulæ exceptio est: Nisi testis episcopus sit: his enim iurare non cogitur. 11.q.1.c. testimonium. §. episcopus. Plures huiusmodi exceptiones vide J. eod.cap. except.49.

XII. Regula: De forma iurisiurandi testium cauetur c.quoties.5.§. probatio. de testibus. Concordant ea quæ habentur J.lib.4.cap.de actione ad dissol.matrim.quæst.4. reg.5.

XIII. Regula: De testiū multitudine refrenanda cauetur c.cum causam.37. §. volentes. de testib.

XIV. Regula: Sigillatim & diligèter testes examinandi.c.venerabili.52.eod.tt.

XV. Regula: De singulis circumstantijs negotij diligenter inquirendis cauetur d.c.cum causam.37. in prin.

XVI. Regula: De testibus humilibus & abiectis torquendis vide §.lib prox.cap.10.in fine.

QVOTIES TESTES PRODUCI POSSINT.

XVII. Regula: Ter possunt testes produci: quarto autem non nisi solennitate legali interueniente. c.in causis.15.c.significauerunt.36. c.cum causam. 37.§.fin. c. constitutis. 46. & c. vltra.55. de testibus. Huius regulæ exceptio prima hac est: Nisi attestationes sint publicatæ: tunc enim idem vel alij iterum produci non possunt. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur §.reg.4. Altera exceptio est: Nisi testibus sit renunciatum. c.cum venisset.25.§.quæstiones.vers.vel renunciatum. de testibus. Tertia exceptio est: Nisi is qui testes denuò vult producere, attestationes priores penes se habuerit. c.constitutus.30.d.tt. Quarta exceptio videtur: Nisi consuetudo sit in contrarium. Sed reprobatur c.series.28.eod.tt.

EVENTVS EXAMINIS ET consequentia.

XVIII. Regula: Attestationes petentibus partibus publicandæ. Cuius exceptio est: Nisi tertius aliquis eas sibi publicari petat.d.c.constitutus 30.

XIX. Regula: Publicatis attestationibus, alij testes

ſtes produci amplius non poſſunt. Quæ regula approbatur ſimul & diſtinguitur S. *reg.4.*

XX. Regula: De teſtibus reprobatoryjs aduerſus probatorios teſtes producendis cauetur c.præſentiũ. 2.§.teſtes etiam.de teſtibus,in 6. M.I.R. *lib.2.cap. 13.reg.34.*

*XXI. Regula: De teſtibus reprobatoryjs aduerſus reprobatorios teſtes producendis cauetur d.c.2.§. ſi verò dicti.*M.I.R.*d.reg.34.*

*XXII. Regula: De teſtibus reprobatoryjs reprobatoriorum non vlterius impugnandis cauetur c.licet.49. de teſtibus.*M.I.R.*d.reg.34.*

DE EXCEPTIONIBVS aduerſus teſtes.

*XXIII. Regula: Regulariter quidem teſtibus fides adhibenda eſt.4.q.2.c.vlt.in prin. & §. teſtium fides.l.3.in prin.verſ.nam ſi careat. & l.21. §. ſi teſtes ff.de teſtibus.*M.I.R.*d.cap.13.reg.37.in prin.Sed huius regulæ plures ſunt exceptiones,deſumptæ partim ex perſonis, partim ex dictis teſtium, quas publicatis atteſtationibus ad diſputandum proponere licet.c.in cauſis.15. in fine. de teſtibus. Concordant ea quæ propoſita ſunt* S. *reg.20.cum duabus ſequentibus. Iſtiuſmodi autem exceptiones hæ ſunt.*

I. Exceptio: Niſi non ſit ſufficiens teſtium numerus. Quæ exceptio approbatur M.I.C. *lib.2.cap.19. de exceptionibus contra teſtes, in princ.* M.I.R.*d. reg.37. excepti.1. Regulariter autem duo teſtes ſufficiunt.*

ciunt. 2. q. 4. in prin. c. 1. item 4. q. 2. c. vlt. §. vbi nu-merus. l. 12. ff. de testibus. Contradicit d. q. 4. c. præsul. c. nullam. Quam obiectionem Gratianus in d. c. nullam. verſ. ſed hoc vel ſpeciali, ſoluit diſtinguẽdo.

II. *Exceptio: Niſi teſtis vnicus ſit vel ſingularis. c. veniens. 19. §. fin. c. licet. 23. c. cum à nobis. 28. & c. licet. 47. §. nec tamen. de teſtibus. Apoſtol. canon. 74. 4. q. 2. c. vlt. §. vnius verò. 35. q. 6. c. vltim. §. quod autem. 33. q. 2. in princ. verſ. per vnum hominem. l. 20 ff. de quæſtionib. l 8. C. de teſtibus. M. I. R. d. reg. 37. except. 2. Exemplum ſingularitatis teſtium habetur c. bonæ memoriæ. 23. §. porrò exceſſ. verſ. cum etſi quilibet. de electione. Planè propoſitæ exceptioni replicatio prima hæc eſt: Niſi epiſcopus teſtis ſit: huius enim vnius teſtimonium ſufficit. 11. q. 1. c. omnes. §. teſtimonium. Altera replicatio eſt: Niſi iudex de ſententia ſua teſtimonium perhibuerit: nam & huic, quamuis vnico, creditur. c. poſt ceſſionem. 7. de probationib. Secus autem obtinet in alijs actis iudicialibus. c. quoniam contra. 11. eod. tt. & c. cum à nobis. 28. de teſtibus. Tertia replicatio eſt in teſtimonio Papæ, d. c. 28. in fine. M. I. R. d. reg. 37. except. 20. repl. 1.*

III. *Exceptio: Niſi teſtis infamis ſit, notatus & reprehenſibilis, humilis vel abiectus. 2. q. 1. c. in primis. § ſed & de perſonis. 2. q. 4. c. præſul. in fine. q. 7. c. teſtes, in prin. 3. q. 5. c. ſuſpectos. c. conſtituimus. 3. q. 4. c. nulli. 4. q. 2. c. vlt. §. teſtium. §. eos teſtes. 6. q. 1. c. qui crimen. verſ. teſtes autem. c. infames, in fine.*

fine. item De verbor. significat. c. forum. 10. §. fin. & De testibus cogendis c. praterea. 7. §. huiusmodi. l. 3. in prin. ff. de testibus. l. 4. C. eod. tt. M. I. R. d. reg. 37. excep. 3. & 4. Quod dictum de humilibus & abiectis, replicationem recipit. si fuerint torti, per ea quæ proposita sunt ſ. lib. prox. cap. 10. in fine. Altera propositæ exceptionis replicatio quoad reprehensibiles hæc est: Nisi se emendauerint. c. testimonium. 54. de testibus. Cuius duplicatio prima hæc est: Nisi emendatum comitetur infamia. d. c. 54. vers. & eum non comitetur infamia. Altera duplicatio est: Nisi periurus se emendauerit. d. c. 54. vers. præterquam pro reatu periurij. Tertia duplicatio est: Nisi in criminali causa testis sit. d. c. 54. vers. in criminali autem. Cuius triplicatio est: Nisi de crimine ciuiliter agatur. d. c. 54. vers. vel etiam cum de crimine ciuiliter agitur. Tertia propositæ exceptionis replicatio videtur: Nisi de crimine nondum fuerit cõdemnatus testis. Sed hæc reprobatur d. c. 54. vers. vel si nunc per exceptionẽ exinde conuincatur. item c. super eo. 13. eod. tt. Plura de exceptione proposita vide M. I. C. lib. 2. cap. 19. de exceptionibus cõtra testes, excep. 4.

IIII. Exceptio: Nisi testis sit periurus. 3. q. 5. c. constituimus. vers. periuri. 6. q. 1. c. quicunq;. 22. q. 5. c. paruuli. vers. & q; semel. M. I. R. d. reg. 37. excep. 6. Huius replicatio est: Nisi in causa hæresis testis falsum deponens, & ita periurus factus, postea dicat contrarium: hoc enim causa ei creditur. c. accusatus. 8. §. licet. de hæreticis, in 6.

V. Ex-

V. Exceptio: Nisi testis socius criminis de se confessus vel conuictus sit. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur S. *lib. prox. cap. 10. q. 3. reg. §.*

VI. Exceptio: Nisi testis sit homo litigiosus. 3. q. 5. c. suspectos vers. aut facile litigãtes, c. nullus vers. nullus frequenter litigans.

VII. Exceptio: Nisi testis ob dicendum vel non dicendum testimonium pecuniam acceperit. 4. q. 2. c. placuit. c. vlt. §. lege Iulia, in fine. 14. q. 5. c. vltim. §. sed non ideo. item De testibus c. 1. c. sicut nobis. 9. & l. 3. §. lege Iulia ff. eod. tt.

VIII. Exceptio: Nisi testis in vinculis sit, custodiáue publica. d. §. lege Iulia. vers. quíue in vinculis.

IX. Exceptio: Nisi testis publico iudicio reus sit. 4. q. 2. c. vlt. §. in testimonium. item c. vlt. de testibus. l. 20. ff. eod. tt. M. I. R. d. reg. 37. except. 10.

X. Exceptio: Nisi testis iudicio publico damnatus sit. d. q. 2. c. vlt. §. lege Iulia. vers. quíue iudicio publico. & d. l. 3 §. lege Iulia. Plura de hac exceptione vide S. *except. 3. M. I. R. d. reg 37. except. 11.*

XI. Exceptio: Nisi testis ob carmen famosum sit damnatus. d. c. vlti. §. ob carmen. & l. 21. in prin. ff. de testibus.

XII. Exceptio: Nisi testis hæreticus sit. c. 1. de hæreticis. 2. q. 7. c. non potest. c. si hæreticus. §. orthodoxus. c. testes, in princ. vers. & vera fidei. 3. q. 4. 6. beatus. c. si quis verò. 3. q. 5. c. suspectos. vers. & qui rectam. 6. q. 1. c. qui crimen. vers. Christum omnino. Apostol. canon. 74. l. 12. C. de hæreticis. M. I. R. d. reg. 37. ex-

37. excep. 12. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi hæreticus contra hæreticum testis sit. Quæ replicatio approbatur simul & distinguitur d. l. 12. §. inter se autem. & c. in fidei fauorem. 5. de hæreticis, in 6. 2. q. 7. c. si hæreticus, in princ. Altera replicatio est: Nisi pro orthodoxo hæreticus testimonium ferat. d. c. si hæreticus. vers. sin autem orthodoxus. Nouell. 45. §. enimuero.

XIII. Exceptio: Nisi testis apostata sit, vel legis suæ transgressor. d. c. beatus. & d. c. si quis verò.

XIIII. Exceptio: Nisi testis de fide dubitet. c. 1. de hæreticis.

XV. Exceptio: Nisi testis sit excommunicatus vel anathematizatus. c. decernimus. 8. de sentent. excom. in 6. 3. q. 4. c. nullus. M. I. R. d. reg. 37. except. 14. Huius replicatio est: Nisi in causa hæresis excommunicatus testimonium perhibeat. c. in fidei. 5. de hæreticis, in 6.

XVI. Exceptio: Nisi testis non sit legitimè coniugatus. 3. q. 4. c. consanguineorum.

XVII. Exceptio: Nisi testis raptor sit. d. c. consanguineorum. vers. similiter &.

XVIII. Exceptio: Nisi testis pauper sit. 2. q. 1. c. in primis. §. sed & de personis. vers. & ne inopis. 4. q. 2. c. vlt. §. testium fides. l. 3. in prin. vers. an etiam egenus. ff. de testibus. M. I. R. d. reg. 37. except. 16.

XIX. Exceptio: Nisi testis seruus sit. c. forum. 10. §. testes autem. de verb. signif. d. l. 3. in prin. Huius replicatio est: Nisi alia probatio desit. 4. q. 2. c. vlt. §. serui.

§. serui responso. l. 7 ff. de testibus. Huius replicationis duplicatio prima est: Nisi pro domino vel contra dominum suum seruus testis sit. d. c. vlt. §. serui nec pro domino. l. 7. C. de testib. Concordant ea quæ habentur M. I. C. lib. 2. cap. 19. de exceptionibus contra testes, except. 13. repl. 1. dupl. 1. Contradicit 12. q. 2. c. quæstionem. § fin. Altera duplicatio est: Nisi seruus contra tutorem vel matrem domini testis sit. Quæ duplicatio approbatur simul & distinguitur d. q. 2. c. insolitum.

XX. Exceptio: Nisi testis se ad bestias depugnandi gratia locauit. 4 q. 2. c. vlt. §. lege Iulia. l 3. §. lege Iulia. vers. quia ad bestias. ff de testibus.

XXI. Exceptio: Nisi mulier testis sit. c. forum. 10. §. testes. vers. natura. de verb. significat. Contradicit 15 q. 3. c. ex eo. l. 18 ff. de testib. item c. quoniam. 3. & c. tam literis. 33. de testibus. vide M. I. R. d. reg. 37. except. 17. Ex quibus patet, exceptionem propositam reprobari magis quàm approbari. Admittitur tamen in testamento, in quo mulier testis esse non potest, vt alibi dicetur: item 7. except. prox.

XXII. Exceptio: Nisi mulier testis palàm corpore quæstum faciat. 4. q. 2. c. vlt. §. lege Iulia. & l. 3. §. lege Iulia. vers. quiue palàm quæstum ff. de testibus. M. I. R. d. reg 37. except 18.

XXIII. Exceptio: Nisi testis minor sit ætate. d. §. lege Iulia. vers. quiue impubes erit. & d. q. 2. c. 1. in fine. Concordat M. I. C. lib. 2 cap. 19. except. 17. Contradicit d. q. 2. c. vlt. § fin. Cui obiectioni ibidem

respon-

respondetur vers. sed miracula diuina. Vide M.I.R. d. reg 37. except 19.

XXIV. Exceptio: Nisi is qui contra sacerdotem perhibet testimonium, neq; liberos neq; vxorem habeat. 6. q. 1. c. qui crimen. vers. testes autem.

XXV. Exceptio: Nisi in criminalibus testis sit, qui accusare non potest. 4. q. 2. c. 1.

XXVI. Exceptio: Nisi testis domesticus, familiaris, cognatus vel adfinis sit producentis, vel cui imperari potest, vt testus fiat. d. c. 1. vers. vel etiam eos quos ipse. & d. q 2. c. vlt. §. etiam ciuili. c. item idonei. §. testis. §. testes. item 3 q. 5. in princ. cum c. sequente. c. similiter. vers. vel adfines. c. accusatores. q 9. c. absens. vers. nec adfinis. item De testibus. c super eo. 22. & t. in literis. 24. item l. 6. l. 9. & l. 24. ff. de testibus. l. 2. C. eod. tt. M.I.R. d. reg 37. except 25. & 32. Huius exceptionis replicatio prima hæc est; Nisi testis productus contra producentem, vel alium producentis, familiarem testimoniũ perhibuerit. d. q 5. c. 1. vers. sed si voluerint. Altera replicatio est: Nisi testis de vniuersitate pro vniuersitate producatur. Quæ replicatio approbatur per ea quæ proponentur ʒ. except. 45. repl. 1. Tertia replicatio est in consanguinitate probanda, & matrimonio contrahendo, vel disiungendo: his enim casibus admittuntur testes domestici ac familiares. c. videtur. 3. qui matrimon. accusare possunt. Concordant ea quæ habentur ʒ. lib. 4. ca. 19. quæst. 4. reg 3.

XXVII. Exceptio: Nisi testis amicus sit producentis,

centis.4.q.2.c.vlt.§.testium.l.3.in prin.vers.vel amicus ff.de testib. M.I.R.d.reg.37.except.38.

XXVIII. Exceptio: Nisi testis sit inimicus eius, aduersus quem testimoniũ perhibet. 2.q.1.c. in primis.§.sed & de personis.vers.ne fortè.3.q.5. in prin. vers. & quod vox.c. accusatores & testes. c. suspectos, in prin.c.omnes, in fine.l.3. in prin. vers. vel an inimicus. ff. de testibus. M.I.R. d.reg.37. except.39. Planè pendet exceptio proposita, quemadmodum & aliæ pleræq; aduersus testes propositæ, ex arbitrio iudicantis.l.1.§.præterea.ff.de quæstionibus.

XXIX. Exceptio: Nisi testis antea in eundem reum testimonium dixerit.4.q.2.c. placuit.§. fin.l. 23.ff.de testib. M.I.R.d.reg.37.except.44.

XXX. Exceptio: Nisi plures testes ex eadem domo producti sint, reprobatur. d.q. 2. c. vlt.§. pater. & l.17. ff.de testibus.

XXXI. Exceptio: Nisi pater contra filium, vel filius contra patrem testis sit. d.c.vlt. §. parentes. l. 5.C.de testibus. Huius replicatio est in causis matrimonialibus per ea quæ paulo superius except.26. in fine annotauimus.

XXXII. Exceptio: Nisi libertus cõtra patronum testimonium perhibeat. 12. q. 2. c. episcopus. §. fin. item 4.q.2.c.vlt.§.liberti.l.11.C.de testibus. Eadem exceptio obtinet, si seruus ecclesiæ ab episcopo manumissus contra ecclesiam testimonium perhibeat. d.c.episcopus.§.huiusmodi autem.

XXXIII. Exceptio: Nisi minor aduersus maiorem

rem testimonium ferat. 2. q. 7. c. clericus. Concordant ea quæ habentur ff. lib. proxim. cap. 6. quæst. 4. except. 11.

XXXIV. Exceptio: Nisi laicus, vel is qui clericus esse non potest, contra clericum testis sit. c. de cætero. 14. de testibus. 2. q. 7. c. beati. §. fin. cum c. sequente. Concordant ea quæ habentur d. quæst. 4. except. 13. M. I. R. d. reg. 37. except. 23. Huius replicatio est in causis electionum vel ordinationum, c. tam literis. 33. de test. M. I. R. d. except. 23. repl. 1.

XXXV. Exceptio: Nisi monachus contra clericum testis sit. Hæc exceptio approbatur per ea quæ d. quæst. 4. except. 16. proposita sunt.

XXXVI. Exceptio: Nisi detractor vel actor inimicorum contra episcopum testis sit. 3. q. 4. c. detractores.

XXXVII. Exceptio: Nisi sacrilegus contra Christianum sit testis. 3. q. 4. c. nulli.

XXXVIII. Exceptio: Nisi clericus contra laicum testis sit. 11. q. 1. c. testimonium, in prin. M. I. R. d. reg. 37. except. 24.

XXXIX. Exceptio: Nisi Christianus contra Iudæum testis sit. reprobatur c. Iudæi. 21. de testibus. Clement. 1. eod tt.

XL. Exceptio: Nisi testis ab eo, eiúsve contra quem testimonium perhibet, parente se liberauerit. 4. q. 2. c. vlt. §. lege Iulia. l. 3. §. lege Iulia. ff. de testibus.

XLI. Exceptio: Nisi patronus vel executor

causa in ea testimonium perhibeat. 4. q. 2. c. vlt. §. patroni. item de testibus c. in super. 6. item c. vlt. in prin. eod. tt. in 6 & l. vlt. ff. eod. tt. M. I. R. d. reg. 37. except. 45. Contradicere videtur c. præsentium. 2. §. sine iuramento. d. tt. in 6.

XLII. *Exceptio: Nisi iudex causa in ea testimonium perhibeat. 2 q. 6. c. hoc etiam. §. quæritur, cum c. sequente 4. q. 4. c. 1. c. nullus. vers. sed per se.*

XLIII. *Exceptio: Nisi testis sit domesticus iudicis. d. q. 4. c. vlt.*

XLIV. *Exceptio: Nisi testis negocio non interfuit, vel casu, non rogatus interuenit. 3. q. 9. c. testes. in princ. vers. sub eorum præsentia. & §. de his etiã. item 5. q. 2. c. relatum. §. vnde canonica. vers. nec de alijs. Contradicere videtur posteriori parti exceptionis 4. q. 2. c. vlt. §. ad fidem. & l. 11. ff. de testibus.*

XLV. *Exceptio: Nisi causa, in qua testimonium perhibetur, testem aliqua parte contingat. d. c. vlt. §. nullus. §. omnibus. d. 10. ff. de testibus. l 9. C. eod. tt. M. I. R. d. reg. 37. except. 48. Huius etiã loci est, quòd nemo simul accusator & testis esse possit. 4. q. 4. c. 1. c. nullus, in prin. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi quis de vniuersitate in causa vniuersitatis testis sit: huius enim testimonium ob id non infirmatur. c. insuper. 6. & c. cum nuncius. 12. de testibus. c. tertio loco. 5. de probationibus. item 14. q. 2. in princ. cum c. sequente. Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi causa sit criminalis: in hac enim testes ex vniuersitate pro ea non admittuntur. d. q. 2.*

in princ. cum c. sequente. Altera proposita exceptionis replicatio est: Nisi queratur de admonitione præmissa denunciationi: hoc enim casu denuncians testis esse potest in propria causa. c. in omni. 4. de testibus.

XLVI. Exceptio: Nisi testis similem causam habeat. c. personas. 20. de testibus.

XLVII. Exceptio: Nisi solutio per testes probetur. Hæc exceptio approbatur simul & distinguitur 3. q. 9. c. testis. §. de his. l. 14. C. de testibus.

XLVIII. Exceptio: Nisi absente & non citato aduersario testes sit examinati. c. in nomine. 2. de testibus. 2. q. 1. c. in primis. §. deinde causarum. vers. si eo præsente. & §. quod autem dicit. Nouell. 90. §. scimus. Plura de hac exceptione vide M. I. C. lib. 2. c. 19. except. 34. M. I. R. d. reg. 37. except. 56.

XLIX. Exceptio: Nisi testis examinatus non iurauerit. Hæc exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt §. reg. 11. M. I. R. d. reg. 37. except. 58. Huius exceptionis replicatio prima videtur: Nisi monachus vel religiosus sit testis. Sed reprobatur c. tuis. 39. & c. nuper. 51. de testibus. Altera replicatio est: Nisi iusiurandum ab aduersario testi fuerit remissum. d. c. 39. vers. nisi forte à parte. Tertia replicatio est: Nisi testis antea etiam in eadem causa examinatus iurauerit: hoc enim casu cum repetitur, denuò iurare non cogitur. c. præterea. 7. in princ. de testibus cogendis. Quarta replicatio est: Nisi testis episcopus sit. De hac replicatione vide §. d. reg. 11.

L. Exceptio : Nisi testis non sit omne exceptione maior. c.1. de testibus. & 4. q. 2. c. placuit. vers. & vt quique.

L I. Exceptio : Nisi in alio iudicio vel apud alium iudicem testimonium latum sit. Reprobatur hac exceptio c. causam. 11. & c. constitutus. 30. §. fin. de testib. Admittitur tamen primùm quidem, si testes producti in summario iudicio, in ordinario iudicio allegentur. c. veniens. 38. eod. tt. M. I. R. d. reg. 37. except. 54. Deinde admittitur, si apud arbitrum producti, apud ordinarium allegentur. Quæ replicatio approbatur simul & distinguitur c. præsentata. 50. de testib. l. 16. C. eod. tt.

L II. Exceptio : Nisi in scriptis, non viua voce testimonium sit perhibitum. 3. q. 9. c. testes, in prin. 4. q. 2. c. vlt. §. altera est. 5. q. 2. c. relatum. §. vnde canonica. item c. tua nos. 8. §. si verò publicum. vers. cum non sit. de cohabitat. clericor. c. à nobis. 2. qui matrimon. accusare poss. l. 3. §. idem diuus. ff. de testibus. M. I. R. d. reg. 37. except. 71. Huius exceptionis replicatio est, Quòd quamuis scriptum testimonium non probet, faciat tamen præsumptionem. d. c. 2. vers. nisi quantum ad præsumptionem.

L III. Exceptio : Nisi testes variauerint, vel contraria deposuerint. 3. q. 9. c. testes. §. fin. c. cum c. sequente. 4. q. 2. c. vlt. §. in testib. vers. & ideo. & §. qui falsò vel variè. item l. 2. ff. de testibus. M. I. R. d. reg. 37. except. 73. Huius exceptionis replicatio prima hæc est : Nisi non vnus sibi ipsi contradixerit, sed

ex

ex pluribus alij aliud deposuerint: tunc enim credendum est vel maiori parti, vel quod verisimilius est. d. c. vlt. in princ. & c. in nostra. 32. de testib. l. 21. §. si testes. ff. eod. tt. M. I. R. d. except. 73. repl. 1. Altera replicatio est: Nisi in continenti testis se correxerit. c. præterea. 7. §. fin. de testibus cogendis. Tertia replicatio est: Nisi diuersitas sit in verbis, non in rebus: seu addidem tendat. c. nihil. 7. de verb. significat. Quarta replicatio est: Nisi in causa hæresis testis, quod antea negauerat postea confirmatur. c. accusatus. 8. §. licet. de hæreticis, in 6. Quinta replicatio est: Nisi vtrunq; verum esse posit diuerso respectu. Approbatur exemplo c. cum tu fili. 16. de testib. Plura de proposita exceptione vide M. I. C. lib. 2. cap. 19. except. 38. item in glossa 4. q. 2. c. vlt. in princ.

LIV. Exceptio: Nisi de alia re, quàm de qua productus est, testimonium perhibuerit. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur c. de testib. 29. de testibus.

LV. Exceptio: Nisi testis in dicendo testimonio aliquid adfinxerit. 3. q. 9. c. pura.

LVI. Exceptio: Nisi testis rationem dicti sui nullam adiecerit. 4. q. 2. c. vlt. §. solam. l. 3. C. de testibus. M. I. R. d. reg. 37. except. 81.

LVII. Exceptio: Nisi de auditu testis deponat. c. præterea. 27. & c. tam literis. 33. in prin. vers. nisi de auditu. de testibus. 2. q. 1. c. in primis. §. sed & de personis. vers. vtrum testimonium. 3. q. 9. c. testes, in princ. M. I. R. d. reg. 37. except. 85. Huius exceptionis

replicatio prima hæc est: Nisi testimonium de auditu alijs argumentis adiuuetur. d. c. præterea. 27. vers. vel etiam de auditu. Altera replicatio est: Nisi de antiquis deponatur. Approbatur exemplo 35. q. 6. c. de parentela illa. & ibi glossa in verbo Audisti. item c. licet. 47. de testibus. Vbi additur conditio, sub qua replicatio proposita sit admittenda; scilicet, si ij, à quibus se audiuisse dicit, essent ad testimonium perhibendum sufficientes, minimè suspecti, &c. M.I.R. d. except. 85. repl. 1.

LVIII. Exceptio: Nisi is qui testimonio vtitur, antea fuerit protestatus, se contra personas testium excepturum esse. c. præsentium. 31. in fine. de testibus.

Replicationes præcedentium exceptionum generales.

Hactenus exceptiones aduersus testes eorumq; dicta enumerauimus, quarum tamen plures ex arbitrio iudicis pendent; sed & prædictæ exceptiones admittunt replicationes ex arbitrio iudicis pendentes. 4. q. 2. c. vlt. §. in testibus. l. 3. §. 1. ff. de testibus. l. 1. §. præterea. ff. de quæstionibus. Planè istarum exceptionum replicatio generalis hæc est: Nisi is qui contra personam testis excipit, antea eodem teste in alia causa sit vsus: hoc enim casu exceptiones illi aduersus personam testis sunt denegandæ. Quæ replicatio approbatur simul & distinguitur d. c. vlt. §. si quis testibus. l. 13. C. de testibus. M.I.R. d. reg. 37. in

fine,

fine, repl gener. 1. Altera dictarum exceptionum replicatio generalis hæc est: Nisi post publicationem attestationum aduersus personas testium excipere velit. Quæ replicatio approbatur simul & distinguitur c. præsentium, 31, de testibus. M. I. R. d. reg. 37. in fine, repl gener. 10. Huius replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi iuramentum malitiæ præstiterit. d. c. 31. vers. ei tunc tandem id liceat. Altera duplicatio est: Nisi publicationem de exceptionibus aduersus personas testiū opponendus fuerit protestatus. d. c. 31. vers. nisi forsan ante publicationem id fuerit protestatus. Tertia duplicatio est: Nisi post publicationem primùm scire cœperit, quod personis testium obijcit. d. c. 31. vers. vel ostendere poterit, quòd post publicationem. Hactenus de testibus.

DE CONFESSIS ET INterrogationibus in iure faciendis.

Cap. XV.

DE CONFESSIONE, ET actione exinde descendente.

PRima regula: Confessus pro iudicato habetur, datur q; aduersus eum ex sua ipsius confessione actio, per ea quæ habentur M. I. C. lib. 2. ca. 20. in princ, M. I. R. lib. 2. cap. 14. reg. 2. in prin. Cuius

regulæ exceptio prima hæc est: Nisi vi coactus confessus sit. Quæ exceptio approbatur exemplo 31.q.2. c.vlt.præterea vos scire. Concordant ea quæ habentur S.lib.prox.cap.10.quæst.3.reg.7. Altera exceptio est: Nisi per errorem & ignorantiam sit confessus. c. ex parte.3.de confessis. c.cum causam. 62. de appellationibus. c si aduersus. 2. §. fin. de restitut. in integrum, in 6. M I.R.d.reg.2.except.9. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi negotium sit finitum: tunc enim ratione errõneæ confessionis causa retractanda non est. Quæ replicatio elicitur ex d. §. fin. ibi: donec negocium sit finitum. Concordat d.c. ex parte.3. vers. cum negocio. M.I.R.d.except.9.replic.1. Plures propositæ exceptionis replicationes vide M.I.C.d.c.20.except.8. Tertia exceptio est: Nisi apud non competentem iudicem facta sit confessio. c.at si clerici.4.de iudicijs. M.I.R.d.reg.2. except.18. Quarta exceptio est: Nisi confessus eodem die confessionem reuocauerit. c.cum causam.62.de appellationibus.l.11.§. fin.ff.de interrogat.in iure faciendis. M.I.R. d. reg.2. except.21. Quinta exceptio est: Nisi aduersus confessionem in integrum restitutio petatur. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur c.si aduersus.2.de restit.in integr.in 6. Sexta exceptio videtur: Nisi incidenter, non principaliter, de eo quod confessus est, quæstio fuerit. Sed reprobatur c.cum super.2. & ibi glossa.de confessis. Septima exceptio videtur: Nisi confessus antea nõ fuerit diffamatus. Sed reprobatur c.1.de accusationibus, in 6.

Octaua

Octaua exceptio videtur: Nisi articuli accusationis vel inquisitionis confesso nõ fuerint traditi. Sed reprobatur d.c.1. in fine. Plures huiusmodi exceptiones, sed & alia plura de actione proposita vide M.I. C.d.cap.20.

DE INTERROGATIONIBVS IN iure faciendis.

II. Regula: Si in iure interrogatus non respondeat, in solidum tenetur. c. si post. 2. de confessis, in 6. l.11. §. qui tacuit ff. de interrogat. in iure faciendo. M.I.R.d. 6.14. reg.16. Huius exceptio prima est: Nisi interrogatus absens fit. d.c.2. vers. verùm si antequam. Altera exceptio videtur: Nisi positio, ad quam respondere iussus est, fit negatiua. Sed reprobatur 6.1.d.tt.

Replicatio generalis.

Plures propositæ regulæ exceptiones vide M.I.C. d.c.20. de interrogat. q.6. reg.1. Quarum replicatio generalis hæc est: Nisi articuli sint à Papa transmissi: tunc enim sine omni contradictione ad eos est respondendũ. c. præsentium. 2. §. præterea sigillatim. & ibi glossa. de testibus, in 6.

III. Regula: Si interrogatus obscurè, vel non ad interrogata responderit: æquè in solidum tenetur. d. §. præterea sigillatim, in verbo Sufficienter. Concordat M.I.C. d. reg.1. except.14. Plurà de interrogationibus vide M.I.C.d. cap.20. & M.I.R. lib. 2. cap.14. reg.16. cum seqq.

DE

DE IVREIVRANDO.

Cap. XVI.

PRima regula: Iurandum regulariter quidem non est. 22. q. 1. in princ. 22. q. 4. c. non peierabis, in princ. vsq; ad §. malum tamen. q. 5. c. iuramenti. M. I. R. lib. 2. cap. 15. reg 1. Ratio regulæ habetur d. q. 1. c. in nouo. c. ita ergo. c. non est. Alia ratio habetur d. q. 1. c. considera. & c. & iurabunt. Ex quibus patet, propositam regulam non carere exceptionibus: quod etiam innuitur d. q. 1. c. non est contra. c. vt notis. item De iureiurando c. etsi Christus 26. Quibus concordant etiam ea quæ habentur j. lib. 4. cap. 6. quæst. 7. reg. 2. Planè propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi aliter fides fieri, vel probari non possit quod iuratur. d. c. 26. vers. ne propter defectum testium. item 22. q. 1. c. in fine. c. ita ergo. vers. nisi necessitas. c. tu malum. c. si peccatum. Altera exceptio est: Nisi testis iuret pro dicenda veritate. d. c. 1. vers. omne enim quod. Tertia exceptio est: Nisi pro asserenda innocentia sua quis iuret. 22. q. 1. in princ. §. sed aliud. Quarta exceptio est: Nisi pro pace seruanda iuretur. d. §. sed aliud vers. vel ad fœdera. & d. q. 1. c. 1. Quinta exceptio est: Nisi pro fide catholica persuadenda iuretur. d. §. sed aliud. vers. vel ad persuadendum. & d. q. 1. c. si peccatum.

II. Regula: Recipere ab aliquo iusiurandum, malum non est. 22. q. 1. c. si peccatū. §. ex præmissu. Concordant ea quæ habentur j. reg. 10. & M. I. R. lib. 2. c. 15. reg. 2.

III. Re-

III. Regula : *Si deficiente probatione iusiurandum delatum sit : is cui delatum est, aut iurare debet, aut causa cadere, per ea quæ habentur M. I. C. lib. 2. cap. 21. quæst. 2. in prin. M. I. R. d. cap. 15. reg. 11. Cuius regulæ exceptio prima hæc est : Nisi pupillo iusiurandum delatum sit. 22. q. 5. c. paruuli. c. pueri, in prin. & c. honestum, in fine. item l. 34. §. pupillo. ff. de iureiurando. Altera exceptio est: Nisi is cui iusiurandum delatum est, illud deferenti referat. Quæ exceptio approbatur M. I. C. d. quæst. 2. except. 11. Cuius replicatio prima est: Nisi famosa actione agatur : hoc enim casu iusiurandum referri non potest. c. vlt. §. nec liceat. de iureiurando. Concordat d. except. 11. repl. 3. Altera replicatio est: Nisi non aduersarius, sed iudex iusiurandum detulerit. d. c. vlt. in princ. Plures replicationes vide d. except. 11. Sed & plures exceptiones vide 7. reg. 21. item M. I. C. d. quæst. 2.*

IV. Regula : *Ieiunus iurare debet. 22. q. 5. c. honestum.*

V. Regula: *In diebus ieiunij quatuor temporum, & Dominicis, & alijs quibusdam diebus non iurandum. d. c. honestum. § fin. cum c. sequente.*

VI. Regula: *Per Deum, non per creaturas iurandum est. 22. q. 1. c. & iurabunt. c. considera. c. clericũ. c. si quis per. c. mouet te. § sicut etiam.*

VII. Regula : *Per dæmonia & falsos deos non est iurandum. d. c. mouet te, in prin.*

VIII. Regula : *De pœna illicitè vel sine causa*

iuran-

iurantis cauetur 22.q.1.c.si quis per capillum.q.4.c.qui sacramento.& c.necesse.

DE PERIVRIO.

IX Regula: Si non præstetur, vel falsum est quod est iuratum, periurium committitur & vindicatur. d.c.monet te, in prin. item 22.q.2.c.animaduertendum.§.cum ergo. M.I.R.d. cap.15. reg.19. Declaratur regula proposita, definitione periurij d.q.2.in princ. cum c.sequente.& d.c.animaduertendum.§.1.M.I.R.d.reg.19. Huius species enumerantur d.c.animaduertendum, in prin.& 22.q.4.c.vlt.§.quod autem illicitum.vers.iuramentum nam q. Propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi illicitum fuerit iusiurandum, vel contra bonos mores.c.cum quidam.12.§.illi verò.c.sicut.13.c.quanto.18.§.super quo.vers.si falsam.& c.intellecto.33. de iureiurando.c.vltim.§.fin.de pactis.c.non est.58. de reg.iuris, in 6.22.q.3.c.vnico, in fin.cum q.4.sequēte, in prin. vsq; ad c.qui sacramento. item c.non est. c.non peierabis.§.malum.c.si aliquid.c.si quis præuentus. c. mulier, in prin.& §.si autem propterea, cum c.sequente. Vide item j.lib.5.cap.7.reg.1.except.3. M.I.R.d.reg.19.except.10. Planè propositæ exceptionis replicatio prima est: Nisi nō seruando iusiurandum illicitum in aliud malum transeatur, non in bonum redeatur: tunc enim non seruando iusiurandum, quamuis illicitum, pœna periurij committitur. d.c. si quis præuentus.§.fin.cum c.sequente & d.c.mulier, in princ. vers. sed si nec adultero.& §.ex his

ita q.

itaq;. Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi dum iurauit, illicitum iusiurandum esse ignorauit. d. c. quanto. 18. §. si verò legitimam. & d. q. 4. c. innocens, in prin. vsq; ad §. quod autem illicitum. Huius duplicatio est: Nisi in iure, non in facto iurans errauit. d. c. innocens. vers. non ex ignorantia iuris, sed facti. Tertia replicatio est: Nisi id quod iuratur, non sui natura sit vitiosum, sed propter personam iurantis, vel similem circumstantiam. d. c. innocens. §. iuramentum itaq;. Quarta replicatio est: Nisi quis temerè id iurauit, quo nec corporalis nec spiritualis salus admittur. Quæ replicatio approbatur simul & declaratur d. c. innocens. §. ex modo. Quinta replicatio est: Nisi relaxatio iuramenti illiciti non fuerit petita vel impetrata. Quæ replicatio videtur approbari per ea quæ habentur j. lib. 4. cap. 10. de iureiurando, reg. 1. in princ. Hæc de prima exceptione: de qua tamen vide plura j. lib. 5. de pactis. Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi cum generaliter iuraſſet, casus specialis extet à lege exceptus: in hoc enim iuramentum non seruans periurium non committit. c. ad nostram. 21. de iureiurando. Tertia exceptio est: Nisi iudex, à quo appellatum est, iurauerit de sententia intra certum tempus exequenda. hoc enim iuramentum in præiudicium superioris non valet: ideoq; à pœna periurij qui iurauit excusatur. c. venientes. 19. eod. tit. Quarta exceptio videtur: Nisi de eo quod iurauit, conuentus vt præstet, appellauerit. Sed reprobatur

6. breui

c. breui. 17. eod. tt. Quinta exceptio videtur: Nisi in communi loquela peierauit. Sed reprobatur 22. q. 1. c. habemus. Sexta exceptio est: Nisi cum quis generaliter iurasset, se facturum quidquid sibi fuerit mandatum: id mandatum sit, de quo si admonitus esset, verisimiliter non fuisset iuraturus. Approbatur exemplo c. veniens. 16. de iureiurando. Septima exceptio: Nisi id quod iurauit, ex iusta vel necessaria causa non prestet. c. ex parte. 13. de clericis non residentib. 22. q. 2. c. beatus. c. vlt. § probatur hoc etiam. l. vlt ff. qui satisdare cog. l. 38. in princ ff. ad municipalem. Octaua exceptio: Nisi sine dolo malo falsum iurauit, vel verum esse putauit. 22. q. 2. c. animaduertendum. §. sed aliud. c. homines. c. is autem. c. beatus. §. ille ergo. c. vlt. §. episcopus verò verò. M. I. R. lib. 2. cap. 15. reg. 19 except. 2. Nona exceptio videtur: Nisi verbis fraudem adhibuit, vt cum non iurasset, putaretur tamen iurasse, vel secundum verba nō peierauit. Sed reprobatur 22. q. 5. c. hoc videtur. §. fin. cum c. sequente. c. ecce dico. Contradicit d. q. 5. c. humana. Cui obiectioni respondet Gratianus d. q. 5. c. qui peierare. §. ex his omnibus. Decima exceptio est: Nisi iurans mentem iniuratam retinuerit. Quæ exceptio videtur approbari d. c. humana. Vndecima exceptio videtur: Nisi quis super lapidem iurauerit. Sed reprobatur d. c. ecce dico. & d. c. humana. §. itē obijcitur, qui iurat. Duodecima exceptio: Nisi nondum iurauerit. Quæ exceptio ipso quidem iure subsistit: verùm eius replicatio est: Nisi paratus fuit peiera-

peierare.d.c.qui peierare,in prin.Decimatertia exceptio : Nisi aliquid promiserit sub eo iuramento, quod antea de alia re præstiterat : hoc enim casu periurij pœna non committitur, quamuis non præstetur promissum, exemplo c.clericus. 35. de iureiurando. Decimaquarta exceptio : Nisi filijfamiliâs iuramentum pater reuocauerit. d. q. 5. c. pueri. §. puella. Hac de nona regula eius q̃ exceptionibus sint dicta. Plures exceptiones vide ꝑ.lib.5.cap.7.reg.1.

ADVERSVS QVOS PERIV-
rij vel illiciti iuramenti accu-
satio competat?

X. Regula, De eo qui recepit iusiurandum illicitum,vel ex quo periurium commissum est. Hic non videtur peccare: ideo q̃ non tenetur.22.q.1.c. si peccatum.§.fin.cum c sequente.Huius regulæ exceptio prima est : Nisi sciens eum peierare,iuramentum ab eo exegerit.22.q.5.c.ille qui. & c.qui exigit. Altera exceptio est : Nisi per falsos deos sibi iurari faciat. 22.q.1.c.mouet te.Tertia exceptio est : Nisi ad illicitum iusiurandum aliquem coëgerit.22.q.4.c.inter cætera.§.qui verò eum.

XI. Regula, De eo qui aliquem coëgit, vt faceret contra iusiurandum. Hic quoq̃ periurij reus est.22. q.5.in princ.cum c.sequente. c. si quis conuictus. c. hoc videtur.§.penult.

XII. Regula, De eo qui audit peierantem,& tacet. Hic quoq̃ peccat.d.c.si quis conuictus.§.fi.cum c.sequente.

XIII. Regula, De eo qui periurio consensit. Hic quoque punitur. d.c. si quis conuictus. vers. ij verò qui.

QVID VENIAT, SEV DE pœna periurij & illiciti iuramenti.

XIV. Regula: De excommunicatione cauetur 22. quæst. 1. cap. vltim. & d.c. si quis conuictus, in princ. & d.q. 5. c. paruuli. vers. & qui semel. & c. si quis laicus.

XV. Regula: Clericus periurium committens deponitur. d.c. si quis laicus. vers. episcopus, presbyter. item c. querelam. 10. & c. tua nos. 11. in fine. de iureiurando. M.I.R. d. cap. 15. reg. 22.

XVI. Regula: Episcopus periurium committens grauius est puniendus. c. cum quidam. 12. in princ. d. tt. de iureiurando.

XVII. Regula: Quanto sanctius est id per quod iuratur, tanto maius est periurium. 22 q. 1. c. mouet te. § penult.

XVIII. Regula: De pœnitentia peierantis cauetur 6. q. 1. c. quicunq;. Hæc de periurij & illiciti iurisiurandi accusatione. Nunc de actione exceptioneq; ex delato iureiurando orta dicendum est.

DE ACTIONE ET EXCEPTIONE iurisiurandi.

XIX. Regula: Si delato vel relato iureiurando iuratum sit; iuranti ex eo iureiurando tam actio quàm

quàm exceptio datur. M.I.C. lib.2. cap.22. quæst.1. causa 1. M.I.R.d.cap.15.reg.24.

XX. Regula: Si delato iureiurando illud remissum sit: perinde ei, cui remissum est, iurisiurandi actio & exceptio datur, ac si iurasset. d. quæst. 1. causa 2.

XXI. Regula: Si delato vel relato iureiurando, is cui delatum vel relatum est, iurare noluerit: deferenti vel referenti hoc casu actio & exceptio datur, per ea quæ habentur d.q.1. causa 3. Cuius exceptio hæc est: Nisi is cui defertur iusiurandum, suam intentionem satis probauerit. c. sicut. 2. de probationibus. M.I.R.d.cap.15.reg.11.except.6. Plures exceptiones vide ē. reg.3.

Exceptiones trium præcedentium regularum generales.

Planè habent regulæ tres iam propositæ suas exceptiones communes: quarum prima hæc est: Nisi alius, quàm is cui iusiurandum obijcitur, illud detulerit. d. quæst. 1. except. generali 6. Cuius replicatio prima est: Nisi procurator eius cui obijcitur, iusiurandum detulerit. Quæ replicatio approbatur certis conditionibus c. qui ad agendum. 4. §. fin. de procuratoribus. in 6. Plura de hac replicatione vide d. except. 6. repl. 2. Altera replicatio est: Nisi iudex iusiurandum detulerit. c. ex literis. 32. & c. vlt. §. fin. de iureiurando. Huius replicationis duplicatio est: Nisi causa nondum cognita iudex iusiurandum detulerit. Quæ duplicatio videtur approbari c. vlt. §. fin.

de testibus, in 6. Plures huiusmodi replicationes vide d. except. 6. Sed & plures propositarum regularum exceptiones, necnon plures regulas de actione & exceptione iurisiurandi vide d. cap. 7. Hæc de iureiurando sint dicta.

DE ORDINE COGNITIONUM, & officio iudicis.

Cap. XVII.

QVO ORDINE QVODQVE sit cognoscendum?

PRima regula: Prius de possessione, quàm de proprietate, vel alio iure, quod quis in re sibi vendicat, cognoscendum. c. ad vltimum. 2. de causa possessionis. Concordat M. I. C. lib. 2. cap. 23. in princ. reg. 2. M. I. R. lib. 2. cap. 16. quæst. 1. reg. 1. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi petitorium cum possessorio sit cumulatum: tunc enim iudex in vtroque simul procedere, & sententiam ferre potest, exemplo c. cum ecclesia 3. & c. cum super. 4. c. cum dilectus. 6. d. tt. Altera exceptio est: Nisi petitorio & possessorio apud diuersos iudices pendente, possessorium intra biennium non fuerit finitum. extrauag. com. 1. §. præterea quia. de treuga & pace.

II. Regula: Si duæ causæ in iudicium deducantur, quarum alteri per alteram futurum est præiudicium, maior causa ante minorem est expedienda, exemplo 3. q. 11. c. vltim. in princ. l. 1. C. qui accusare non possunt, & l. vltim. C. de ordine cognit.

Plura

Plura de hac regula vide M.I. C.d. cap. 23. q.1. reg. 3.

III. Regula: Præiudicialis causa, quæ cum alia concurrit, prius est terminanda, exemplo d.c. vlt. §. si de hæreditate. §. si crimen. §. qui confitetur. item l.2.3.& 4. C. de ordine cognitionũ. Concordat item M.I.C.d. quæst.1, reg.6.

IV. Regula: Prius de exceptione cognoscendum, quàm de actione pronuncietur, exemplo c. literæ tuas.13. §. secunda verò assertio. de restitut. spoliator. c.1. cum duob. sequentibus. de ordine cognitionum. c. exhibita.19. de iudicijs.

DE ALIIS OFFICIIS IVdicis in iudicando.

V. Regula: De qualitate causæ plena inquisitione discutienda cauetur 2.q.1.c. in primis. 30.q.5.c. vlt. in princ. & l.9. C. de iudicijs.

VI. Regula: Non exemplis iudicandum, sed legibus. distinct. 9. c. vltim. in princ. l.15. C. de sententijs.

VII. Regula: Ne secundum acclamationem populi sententia feratur, cauetur c. ad audientiam. 3. de consuetudine. Concordat §. lib. prox. cap.10. quæst.3. reg.6.

VIII. Regula: Ne affectibus indulgeat iudex, cauetur 3.q.7.c.iudicet. §. iudicet ille. 5.q.2.c. relatum. §. fin. 11.q.3.c. iudicare. 6. ira, vsq; ad c. qui recte. & d.q. 3.c. illa. c. ira sæpe. c. cum apud. c. summopere. c. pauper. c. quatuor, cum c. sequente. c.

plerung3, item 23.q.4.c.est iniusta.c.ne amisso. c.ea vindicta. §. sed huic vindictæ.q.5.c.prodest. §.nihil cupiditate. item De re iudicata, in 6.c.1. Planè quatenus homo, ei miserendum: quatenus peccator est, puniendus.23.q. 4.c. duo ista.

IX. Regula: Ne præmium pro sententia accipiat, cauetur 11.q. 3.c. qui rectè. 6. non licet, & 14.q.5.c. vlt. §. sed non ideo. Concordant ea quæ habentur S. *c.2.q.3.reg.1.*

X. Regula: Ne respectum personarum habeat iudex, cauetur c.in iudicijs.12.de reg. iuris, in 6.

XI. Regula: De transactione inter partes tentanda cauetur c. vlt. de transactionibus. M.I.R. *lib.2. cap.1.quæst.12.reg.1.*

XII. Regula: De actis iudicij conscribendis & alijs dictum S. *c.1.q.5.*

DE REBVS DVBIIS ET OBscuris officia iudicis.

XIII. Regula: Ne aliter iudicet, quàm legibus datum est, cauetur 3.q.7.c.iudicet. §. bonus iudex.11. q.3.c.summoperè. §. fin. Instit. de officio iudicis, in prin.l.1. §. sed etsi. ff. ad l. Cornel. de falsis. Nouell. 82. §. omnis denique. M.I.R. *lib.2.cap.16. quæst.2. reg. 9. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi lex deficiat: tunc enim causa relinquitur arbitrio iudicantis.13.q.2.c.vnaquæque. §. fin. Concordant ea quæ habentur* S. *lib.prox.cap.7.quæst.2.reg.3.*M.I.R. *d.q.2. reg.10. Altera exceptio est: Nisi causæ sint clericorum: hæ enim non secundum leges, sed secundum*

cano-

canones definiendæ. c. quod clericis. 9. de foro competenti. Plura de hac exceptione vide S. lib. proxim. cap. 2. except. 13.

XIV. Regula: In ambiguo pacto contra eum qui legem apertius dicere potuit, interpretatio facienda. c. contra eum. 57. de reg. iuris, in 6. l. 132. in princ. ff. de reg. iuris.

XV. Regula: In re dubia potius reo quàm actori fauendum. c. cum sunt. 11. & 6. in pari. 65. de reg. iuris, in 6. c. ex literis 3. §. quod si ambarum. de probationibus. c. inter dilectos. 6. §. fin. de fide instrument. Concordant item ea quæ habentur M. I. C. lib. 2. c. 6. in princ. reg. 2. Planè propositæ regulæ exceptio est in causa liberali, d. §. quod si ambarum. vers. præterquam in liberali causa. Concordant ea quæ habentur M. I. C. lib. 2. cap. 24. reg. 22.

XVI. Regula: In obscuris quod minimum est sequimur. c. in obscuris. 30. de reg. iuris, in 6. M. I. R. d. quæst. 2. reg. 18. Cuius exemplum habetur c. ex parte. 18. de censibus. Concordant ea quæ habentur M. I. C. d. cap. 24. reg. 20.

XVII. Regula: In dubijs benignior sententia præferenda. c. estote. 2. de reg. iuris. Concordant M. I. C. d. cap. 24. reg. 24. & reg. 25. M. I. R. lib. 2. cap. 11. in fine.

XVIII. Regula: Odia restringenda. fauores sunt ampliandi. c. odia. 15. de reg. iuris, in 6.

XIX. Regula: In obscuris quod verisimilius est, aut quod plerunq; fieri solet, sequendum. c. in-

spicimus. 45. d. tt. M. I. R. lib. 2. cap. 16. quæst. 2. reg. 19. cum seq.

XX. Regula: In pœnis benignior interpretatio est facienda. c. in pœnis. 49. d. tt. Cuius exemplum habetur c. ex literis. 11. de constitutionibus.

XXI. Regula: Si quibusdam specialiter enumeratis generalis clausula subijciatur: ea intelligenda est de paribus & minoribus, non de maioribus quàm sunt species enumeratæ. c. sedes. 15. de rescriptis. Clement. non potest. 2. de procuratoribus.

XXII. Regula: Non ordo scripturæ spectandus, sed ex iure communi interpretatio sumenda. c. causam. 18. de rescriptis. l. 5. cum l. sequẽte. ff. de solutionib. Plures huiusmodi regulas vide M. I. C. d. c. 24.

DE RELATIONIBVS ET CAVSIS dubijs ad superiorem iudicem remittendis.

XXIII. Regula: In causis dubijs Papa consulendus est. 6. q. 3. c. deniq; verſ. quod si qualibet. distin. 20. c. de libellis. verſ. nam si tale.

XXIV. Regula: Ad quos sit recurrendum, si sacræ scripturæ authoritas desit, definitur d. dist. 20. c. vltim.

XXV. Regula: De consultationis exemplo litigatoribus ante relationem edendo cauetur c. intimasti. 68. de appellationibus. l. 1. §. fin. cum l. sequente. C. de relationibus.

XXVI. Regula: Ne relatione pendente iudex pronun-

pronunciet, vel aliquid innouet, cauetur c. licet. 5. de officio legati. 2. q. 1. c. nomen. vers. quod nec in negocijs. d. l. 1. in princ. vers. non prius. C. de appellationibus.

XXVII. Regula: Relatione facta & responso accepto, sententiaq; exinde lata, appellatio denegatur. 2. q. 6. c. bidnum. §. fin. l. vlt. ff. quando appellandum sit. Plura de regula proposita vide M. I. C. lib. 2. cap. 25. quæst. 3. reg. 5.

DE SENTENTIA FORMANda ac pronuncianda.

XXVIII. Regula: Contra episcopum inconsulto Papa non est ferenda sententia. 3. q. 6. c. accusatus, in fine, cum c. sequente. Concordat ī. libro prox. cap. 8. quæst. 10. reg. 10.

XXIX. Regula: De sententia non præcipitanda cauetur 11. q. 3. c. summopere. Concordat M. I. C. lib. 2. cap. 26. reg. 1.

XXX. Regula: De sententia ab ipso iudice sedente recitanda cauetur c. vlt. §. fi. de re iudicata, in 6. M. I. R. lib. 2. c. 16. q. 2. reg. 49. Huius exceptio est in episcopo iudice d. c. vlt. in prin. Plura de regula proposita vide M. I. C. d. c. 26. reg. 11.

XXXI. Regula: De sententia in plurali, non singulari numero proferenda, cauetur c. cum ab vno. 4. d. tt.

XXXII. Regula: De sententia ex scripto recitanda cauetur 2. q. 1. c. in primis. §. sed & de personis. vers. si scriptis iudicatum. & §. fi. cum. c. sequēte.

c.legum.l.vlt.C.de sentent.ex breuiculo recitandũ. M.I.R.d.quæst.2.reg.50.Huius exceptio est:Nisi episcopus in causa clerici sententiam ferat. 11. q. 1.c.si quis cum clerico.Nouell.83.§.vbi autem dirimere.

XXXIII. Regula : De sententijs expulsorum episcoporum ab alijs episcopis in suis diœcesibus publicandis cauetur Clement.1.§.penult.de foro competenti.

XXXIV. Regula:Sententia lata, cessat officium iudicis. Quæregula approbatur simul & distinguitur s̃.lib.prox.c.5. de iurisdictione, reg.1. except.18. M.I.R.d.q.2.reg.51. Plures huiusmodi regulas vide M.I.C.d.c.26.

DE APPELLATIONIBVS.

Cap. XVIII.

HActenus actus iudiciales tractauimus,tam eos qui litis contestationem præcedunt,quàm eos qui eam sequuntur. Nunc de euentu & consequentibus iudiciorum agendum est:inter quæ primum locum obtinent appellationes.

I. VSVS appellationis habetur 2. q. 6. in princ. cum c.sequente.l.1.in princ.ff. de appellationibus.

II. CAVSA EX QVA APPELLATIO concedenda, cum suis exceptionibus.

Si quis per sententiam grauatum, vel non rectè iudi-

iudicatum esse conqueratur : regulariter quidem licet illi appellare, vt ex iam propositis constat. Quibus concordat Nouell. 82. §. nam si per prouocationem. M.I.R. lib. 2. cap. 17. reg. 1. Cuius tamen regulæ plures sunt exceptiones.

I. Exceptio : Nisi ex compromisso arbiter sumptus pronunciauerit. Quæ exceptio approbatur, declaratur atq; distinguitur 2. q. 6. c. à iudicibus, cum c. sequente. c. si quis episcopus. §. arbitrarij tantum. M.I.R. d. reg. 1. except. 8. Huius replicatio prima est: Nisi in ordinarium vel delegatum iudicem sit compromissum. d. c. à iudicibus. verſ. ab his etsi vt arbitrarij. Altera replicatio est : Nisi non omnes, in quos est compromissum, iudicauerint. d. q. 6. c. sanè si ex consensu partium. Tertia replicatio est : Nisi non sponte, sed iure cogente in arbitros sit compromissum. c. ab arbitris. 11. de officio delegati, in 6. l. 23. in prin. ff. de appellationib. & l. 16. in fin. C. de iudicijs. Plura de exceptione proposita vide M.I.C. lib. 2. ca. 40. quæst. 21. except. 21. M.I.R. d. except. 8.

II. Exceptio : Nisi episcopus pronunciauerit. 11. q. 1. c. omnes itaq; in princ.

III. Exceptio : Nisi primas regionis iudicauerit. 6. q. 4. c. si inter. §. fin.

IV. Exceptio : Nisi communi consensu comprouincialium episcoporum sententia sit lata. d. q. 4. c. si metropolitanus, cum c. sequente. Aliam tamen horum canonum interpretationem adfert Gratianus ibidem verſ. subintelligendum est.

V. Ex-

V. Exceptio: Nisi ab auditore seu subdelegato pronocetur. Qua exceptio approbatur simul & distinguitur c. super. 27. §. verùm cum totam. & §. eius ergo. de officio delegati.

VI. Exceptio: Nisi causa in qua pronunciatum est, exigua sit. Hac reprobatur c. de appellationibus. 11. de appellationibus. l. 20. C. eod. tt. M. I. R. d. reg. 1. except. 10.

VII. Exceptio: Nisi officialis à suo iudice ob malè gestum officium fuerit condemnatus. 2. q. 6. c. ei qui appellat. §. nulli quoque. l. 3. C. quorum appellat. non recipiantur. M. I. R. d. reg. 1. exception. 13.

VIII. Exceptio: Nisi in causa criminali sententia fuerit lata. reprobatur d. q. 6. c. liceat item. c. cum sit Romana. 5. §. fin. de appellationibus. Concordat M. I. C. lib. 2. cap. 27. quæst. 2. except. 12. M. I. R. d. reg. 1. except. 14.

IX. Exceptio: Nisi ab executore appelletur. Qua exceptio approbatur simul & distinguitur c. nouit ille. 43. de appellationibus. c. quod ad consultationem. 15. §. fin. de re iudicata. 2. q. 6. c. vlt. l. 5. in prin. C. quorum appellatio non recipiatur. Plura de hac exceptione vide M. I. C. d. quæst. 2. except. 13. & M. I. R. d. reg. 1. except. 17.

X. Exceptio: Nisi per appellationem impediatur, ne testamentum aperiatur, vel ne scriptus hæres in possessionem mittatur. d. c. vltim. §. si quis etiam ausus. & l. 6. C. d. tt.

XI. Ex-

XI. *Exceptio: Nisi contra id quod perpetuo edicto decretum est, appelletur. c. consuluit. 29. de appellationib. l. 7. §. pen. ff. de appellationib. recipiendis. M. I. R. d. reg. 1. except. 19. distin. 1.*

XII. *Exceptio: Nisi contra regularem disciplinam, seu correctionem appellatio fiat. c. ad nostram. 3. c. reprehensibilis. 26. §. nec subiecti. & §. fi. c. quia nos. 32. de appellationib.*

XIII. *Exceptio: Nisi in causa momentaneæ possessionis fuerit appellatum. 2. q. 6. c. vlt. §. de possessione. l. vnica. C. si de momentanea possessione. M. I. R. d. reg. 1. except. 20.*

XIV. *Exceptio: Nisi in causa fisci vel tributariæ functionis fuerit appellatum. d. c. vltim. §. quoties etiam. l. 4. C. quorum appellation. non recipiantur.*

XV. *Exceptio: Nisi à sententia interdicti appelletur c. ad hoc. 37. de appellationibus. M. I. R. d. reg. 1. except. 21.*

XVI. *Exceptio: Nisi ante sententiam definitiuam fuerit appellatum. l. 6. §. super his. C. de appellationib. l. 7. C. quorum appellat. non recipiantur. M. I. R. d. reg. 1. except. 24. Cuius exemplum est 2. q. 6. c. non solent. §. fin. l. 4. ff. de appellationib. recipiendis. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi iudex quæstionem habendam interlocutus sit: ab hac enim interlocutoria potest appellari. d. c. non solent. §. ante sententiam. l. 2. ff. d. tt. Altera replicatio est: Nisi quis ab ea sentẽtia, qua ei probatio*

exce-

exceptionum aduersus testes denegatur, appellet. c. ex parte. 7. de testibus. Tertia replicatio est: Nisi quis ab hac sententia, qua ei exceptio haec, ne vltra duas diatas in ius vocetur, aufertur, appellauerit. c. olim. 7. de exceptionibus. Quarta replicatio est: Nisi exceptio non sufficientis mandati vel litis pendentiæ per interlocutoriam sit reiecta: ab hac enim interlocutoria licet appellare. c. significauit. 48. de appellationibus. Quinta replicatio est: Nisi exceptio rei petitæ in libello non designatæ per interlocutoriam fuerit reiecta. c. significantibus. 49. d. tt. Planè iure quidem ciuili exceptio proposita approbatur, contra verò iure pontificio reprobatur. Ideóque iam dictæ replicationes videntur magis exempla exceptionis reprobatæ, quàm ius ciuile distinguere. Quòd autem iure pontificio reprobetur, constat ex c. cum sit. 5. §. si verò. c. super eo. 12. in princ. de appellationibus. 2. q. 6. c. qui scit. §. fin. c. non ita. & c. si quis. M. I. R. d. except. 24. vers. planè iure canonico. Planè iure quoq; pontificio exceptio proposita admittitur, si causa rationabilis coram iudice, à quo ante sententiam appellatur, non fuerit ab appellante expressa. c. vt debitus. 19. de appellationibus. c. Romana. 3. §. cum autem. eod. tt. in 6. M. I. R. d. except. 24. in fine. distinct. 1. Iuxta hanc distinctionem intelligendum videtur c. vlt. de dolo & contumacia, in 6. Plura de exceptione proposita vide M. I. C. lib. 2. cap. 27. quæst. 2. except. 22.

XVII. Exceptio; Nisi generalis sit appellatio de

de omni grauamine tam præsenti quàm futuro. c. inter cætera. 2. de appellationib. Huius replicatio est: Nisi generalis appellatio restricta sit ad certam causam. c. consuluit. 18. eod. tt.

XVIII. Exceptio: Nisi sententia, à qua appellatur, sit conditionalis. Reprobatur hæc exceptio c. præterea. 40. de appellationibus. l. 1. §. biduum. vers. quid ergo. ff. quando appellandum sit.

XIX. Exceptio: Nisi causa sit manifesta, vel appellans eam sit confessus. c. cum speciali. 61. §. porrò. de appellationibus. c. Romana. 3. §. si autem post. eod. tt. in 6. c. 2. q. 6. c. quicunque. Concordat §. except. 31. Sed & plura de hac exceptione vide §. lib. prox. cap. 12. de execut. quæst. 1. except. 3. replicat. 1. & 2.

XX. Exceptio: Nisi iudex ita datus sit, ne ab eo appelletur. c. pastoralis. 53. in princip. de appellationibus. c. 1. de rescriptis. l. 1. §. fin. ff. à quibus appellare non licet. M. I. R. lib. 2. cap. 17. reg. 1. exception. 28. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi specialis aliquis casus à iure fuerit exceptus. d. c. 53. vers. quæ à iure non indulgetur expressè. Secunda replicationis loco notandum, quòd quamuis appellatio executionem sententiæ hoc casu non impediat: tamen nihilominus grauamen appellantis per iudicem appellationis poterit emendari. d. c. 53. vers. sed si appellans fuerit. Tertia replicatio videtur: Nisi appellans priuilegium habeat appellandi, Sed reprobatur

d.c.1.de rescriptis. Quarta replicatio est: Nisi alius, quàm cui iudex datus est, ob suum interesse appellet. c.super eo.15.de officio delegati. M.I.R.d.except.28. replic.3. Quinta replicatio est: Nisi cùm duobus causa delegata esset, ne ab ijs appelletur, vnus alteri ex ijs vices suas commiserit. c. super. 27.§. si verò. d.tt. Sexta replicatio est: Nisi sententia manifestam contineat iniquitatem. c. inter cateras. 9. de re iudicata. Septima replicatio: Nisi causa appellationis facta à iudice dato appellatione remota, fuerit à dante alij delegata. c. pastoralis. 28. §. praterea. de officio delegati. Octaua replicatio: Nisi cum plura essent negocia, quibus iudex datus est, alia eorum præcedant clausulam Appellatione remota, alia eam sequantur. hoc enim casu clausula illa ad sequentia non videtur pertinere. c. inquisitioni. 71. de appellationibus. Huius duplicatio prima est: Nisi negocia sint connexa. d. c. 71. vers. si sunt plura negocia se minimè contingentia. & c. secundò. 41. in princip. eod. tt. Altera duplicatio est: Nisi clausula hæc Appellatione remota, in fine literarum fuerit repetita. d. c. 71. vers. nisi fortè in fine. Nona replicatio est: Nisi iudex datus appellatione remota recusetur: hoc enim licet. c. postremò. 36. d. tt. Decima replicatio est: Nisi appellans ad locum non satis tutum in ius vocetur. c. ex parte. 47. eodem tt. Hæc de vicesima exceptione.

XXI. Exceptio: Nisi appellans antè iuramẽtum præstitit, quòd sententiæ velit stare. c. quæstioni. 21.

de

de appellationibus. Huius replicatio est: Nisi sententia excedat limites iuramenti & licitæ promissionis. c. ad hæc. 20. & ibi glossa. eod. tt.

XXII. Exceptio: Nisi antea in eadem causa bis fuerit appellatum. c. sua nobis. 65. de appellationib. 2. q. 6. c. si autem, in princ. & §. vnde in septimo. l. vnica. C. ne liceat in vna eademq; Nouell. 82. §. præbebunt. vers. nisi tertiò. M. I. R. d. reg. 1. except. 30.

XXIII. Exceptio: Nisi appellans antea appellationem ab alio grauamine factam deseruerit. Quæ tamen reprobatur c. directa. 39. de appellationibus.

XXIIII. Exceptio: Nisi appellans per contumaciam absens condemnatus est: huic enim ius appellandi non est. 2. q. 6. c. sunt etiam. 24. q. 3. c. de illicita. §. de conuentione. l. 1. C. quorum appellat. non recip. Concordat M. I. C. lib. 2. cap. 27. quæst. 2. except. 27. in prin. M. I. R. d. reg. 1. except. 35. Huius replicatio prima est: Nisi ideo non adfuit, quòd ante definitiuam sententiam appellauerit. Approbatur simul & distinguitur hæc replicatio Clement. 1. de dolo & contumacia. Altera replicatio videtur: Nisi ideo non adfuit, quòd dicat se libellum principi dedisse, & eius expectare responsum. Reprobatur hæc replicatio 2. q. 6. c. non soleut. l. 4 ff. de appellat. recipiend. Plures replicationes vide §. cap. 6. quæst. 4. except. generali. 1. cum sequentib. item M. I. C. d. except. 27.

XXV. Exceptio: Nisi appellans appellationi renunciauerit, vel litem coram iudice, à quo appella-

uerat, postea prosecutus sit. c. gratum. 20. §. fin. de officio delegati. M. I. R. d. reg. 1. except. 29.

XXVI. Exceptio: Nisi appellans acta causæ sigilla violando aperuit. c. cum olim. 33. d. tt.

XXVII. Exceptio: Nisi intra statutum tempus appellatum non sit. 2. q. 6. c. propter superfluam. Concordant ea quæ habentur j. quæst. 5. vbi etiam replicationes vide.

XXVIII. Exceptio: Nisi appellans intra statutum tempus dimissorias literas non petierit vel impetrauerit, aut iter ad iudicem appellationis non arripuerit. d. c. propter superfluam. & d. q. 6. Crab eo. item Clement. quamuis. 2. de appellationibus. Huius replicatio est: Nisi non per appellantem, sed per iudicem steterit, quo minus suo tempore apostoli dati sint. d. q. 6. c. post appellationem. §. sufficit. d. Clement. quamuis. 2. §. quod si iudex. & c. vt super. 4. in fine. c. ab eo. 6. de appellat. in 6. l. vnica. §. fin. ff. de libellis dimissorys. Plura de hac exceptione vide j. quæst. 7. reg. 2. & 3.

XXIX. Exceptio: Nisi appellans post appellationem nonnulla contra appellationem attentauerit. c. an sit. 42. de appellationibus. M. I. R. d. reg. 1. except. 49.

XXX. Exceptio: Nisi appellans antea appellationem sui aduersarij in eadem causa noluit admittere. d. c. an sit. 42. vers. quod cum in eo qui. & 6. constitutis. 23. eod. tt. c. bonæ memoriæ. 23. §. dein inquireret. de electione.

XXXI. Ex-

XXXI. *Exceptio: Nisi appellatio manifestè sit frustratoria. c. pastoralis. 53. in prin. vers. quod per appellationem. de appellat. 2. q. 6. c. ideo huic. § fin. c. quisc. it. § patet ergo. c. quicunq; & l. 4. C. quorũ appellat. non recipiantur. Concordat s. except. 19.*

XXXII. *Exceptio: Nisi appellans post appellationem interpositam alium iudicem quàm appellatum, de attentatis adierit, c. sollicitudinem. 54. de appellationib.*

XXXIII. *Exceptio: Nisi iudex grauamen, ob quod appellatum est, sustulerit. c. cum cessante. 60. d. tt. & c. si à iudice. 10. § fin. eod tt. in 6. M. I. R. lib. 2. cap. 16. quæst. 2. reg. 51. except. 3. & cap. 17. reg. 1. except. 46.*

XXXIIII. *Exceptio: Nisi sententia medio tempore à Papa fuerit confirmata. Reprobatur hæc exceptio c. bonæ memoriæ. 3. de confirmatione vtili. Hæc de exceptionib. aduersus causam appellationis dictasint: quarum tamen plures vide j. cap. prox. except. 26. repl. 4. cum sequentibus. item M. I. C. lib. 2. cap. 27. quæst. 2.*

III. QVIBVS COMPETAT ius appellandi?

Regulariter alij quam qui condemnatus est, vel qui egit, ius appellandi non cõpetit, exemplo c. cum inter. 16. de electione. Cõcordat 2. q. 6. c. non solent, in prin. l. 1 ff. de appellat. recipiẽdis. M. I. R. d. cap. 17. reg 2. Cuius regulæ exceptio est: Nisi alterius interest: hic enim ratione sui interesse agere vel appellare

non prohibetur.c.vltim.§.fin.vt lite pendente nihil innouetur,in 6.Cuius exemplum habetur c.cum super.17.de re iudicata.Plura de regula proposita vide M.I.C.d.cap.27.quæst.3.

IIII. QVI APPELLANDI, seu ad quos?

1. Regula: Gradatim appellandum est,non omisso medio.c.dilecti.66.de appellation. c.duo simul.9. de officio ordinarij.c.Romana.3.§. archidiaconis.de appellat.in 6. Concordant item ea quæ habentur M.I.C.d.cap. 27. quæst. 4. reg. 1. M.I.R.d. cap.17. reg.3.Planè propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi Papa omisso medio adeatur,vel appelletur: hic enim omisso medio appellari potest. 2.q.6. c.si quis vestrum.c.omnes. c.ad Romanam. c.si quis putauerit.c.ad Romanam. c.ideo huic. c. decreto. c. quise scit.c.arguta.t.si quis putauerit.c.ideo huic.c.quoties.3. q. 6. c. accusatus. & De appellationibus c.si duobus.7.in prin.M.I.R.d.reg.3.except.1. Altera exceptio est: Nisi legatus Papæ omisso medio adeatur vel appelletur.c.1.de officio legati. Tertia exceptio est: Nisi consuetudine aliter obseruetur.c.Romana. 3.§.ab archidiaconis. vers.nisi aliud.de appell.in 6.

II. Regula: A delegato iudice appellatur delegans.c.super quæstionum.27.§.fin.de officio delegati.Concordat M.I.C.d. quæst.4.reg.7. M.I.R.d. cap.17 reg.4. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi delegatus alij causam subdelegauerit: hoc enim casu non subdelegans,sed prior delegans appellatur.

Qua

Quæ exceptio approbatur sub conditione d. c. super quæstionum. 27. §. porrò. & §. si verò, in fine. item l. 1. §. fin. ff. quis à quo appelletur. M. l. R. d. reg. 4. excepta. 4. Huius replicatio est: Nisi subdelegans aliquid sibi de iurisdictione reseruauerit: hoc enim casu subdelegans est appellandus. d. §. porrò, & d. c. 27. in prin. vers. ipse nanq; respondit. & §. eius ergo. & c. cum te consulente. 18. eod. tt. item c. si delegatus. 7. §. fin. eod. tt. in 6. Planè huius replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi ex tribus delegatis duo vices suas non in totum subdelegauerint: hoc enim casu tertio delegato cum duobus subdelegatis cognoscente, non ad subdelegantem, sed ad delegantem prouocatur. c. si duo. 3. d. 3t. de officio delegati, in 6. Altera duplicatio est: Nisi subdelegans excommunicatus vel mortuus sit. c. si is cui. 10. d. tt. Tertia duplicatio est: Nisi subdelegans negetur habere iurisdictionem. c. si à subdelegato. 14. eod. tt. Hæc de prima exceptione sint dicta. Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi ordinario iudici à Papa mandata sit causa: hoc enim casu nō mandans seu delegans, sed proximus superior appellatur. c. licet. 12. de officio ordinarij. Tertia exceptio est: Nisi delegatio sit generalis: nam à generali officiali ad episcopū appellari nō potest, per ea quæ j. reg. prox. proponētur.

III. Regula: Ab officiali generali episcopi non appellatur episcopus, sed archiepiscopus. c. non putamus. 2. de consuetudine, in 6. c. Romana. 3. in prin. de appellationibus, in 6.

IIII. Regula: Ab episcopo archiepiscopus appellatur. d. c. Romana. 3. §. debet autem.

V. Regula: Ab arbitris delegatorum à Papa iudicum Papa appellatur. c. ab arbitris. 11. de officio delegati, in 6.

VI. Regula: Ex Aegyptiaco tractu vel Lybia appellatur prefectus Augustalis. 2. q. 6. c. anteriorum. §. illud etiam. Nouell. 23. §. illud etiam.

VII. Regula: Ex Asiatica vel Pontica diœcesi appellantur viri spectabiles, quibus specialiter Princeps cõmiserit. d. §. illud etiam. vers. similiq; modo.

VIII. Regula: Ex tractu Orientali appellatur Comes Orientis. d. c. anteriorum. §. Orientalem autem. & d. Nouell. 23. §. Orientalem autem.

IX. Regula: A ciuili iudice Papa non appellatur, nisi sit de temporali iurisdictione ecclesiæ. c. si duobus. 7. §. fin. de appellationibus. M. I. R. d. cap. 17. reg. 9. Contradicere videtur ī. reg. 14.

X. Regula: A Capitulo ad episcopum appellatur. Quæ regula approbatur simul & distinguitur c. à collatione. 11. de appellationib. in 6.

XI. Regula: A pari par iudex non appellatur. 2. q. 6. c. anteriorum. §. illo videlicet. Nouell. 23. §. ille videlicet.

XII. Regula: Licet appellanti iudicem appellatum mutare, & errorem suum corrigere. 2. q. 6. c. vlt. §. si verò is quis. l. 28 C. de appellationibus.

XIII. Regula: Ne clericus laicum iudicem appellet, cauetur 21. q. 5. in prin. cum sequentib.

XIIII. Re-

XIIII. Regula: Laicus tamen ecclesiasticum iudicem appellare potest. 2. q. 6. c. omnis.

XV. Regula: A concilio prouinciali appellatur Primas. 2. q. 6. c. placuit. 6. q. 4. c. si inter. 11. q. 3. c. presbyteri.

XVI. Regula: Ne ad transmarina concilia appelletur, cauetur d. c. presbyteri. vers. ad transmarina. & d. c. placuit. vers. ad transmarina, vbi additur exceptio hæc: Nisi Papa appelletur.

XVII. Regula: De nullitate iudex qui sententiam tulit non executor cognoscit. c. de catero. 5. de re iudicata. c. pastoralis. 28. §. quia verò sæpe. de officio delegati.

De exceptionibus præcedentium regularum generalihus.

Hactenus propositæ quartæ quæstionis regulas ex numerauimus: quarum tamen plures vide M. I. C. lib. 2. cap. 27. quæst. 4. Harum autem exceptio generalis hæc est: Nisi is qui appellandus est, non sit fidei catholicæ. 2. q. 6. c. catholicus. Plures huiusmodi exceptiones generales vide S. cap. 2. q. 2.

V. QVANDO APPELLANDVM, & quamdiu?

Iure ciuili antiquo ad appellandum in propria quidem causa biduum, in aliena verò triduum erat constitutum. l. 1. §. in propria. ff. quando appellandum sit. l. 6. §. penult. C. de appellat. Declaratur hæc causa definitione propriæ causæ d. §. in propria. vers. & palàm est. 2. q. 6. c. biduum. §. palàm est.

Planè pro biduo & triduo constitutione Theodosij quinque dies constituuntur, d.q.6.c.propter superfluum. Tandem hoc appellationis tempus constitutione Imp.Iustiniani rursus mutatum est in decendium, Nouell.23.in prin.d.q.6.c.anteriorũ, in princ. & c.quod ad consultationem.15.de re iudicata. Accedit M.I.R.d cap.17.reg.16.Planè quæ de tempore, quo biduum ac triduum currere incipiebat, iure antiquo statuta sunt, ad ius nouum decem dierum transferri possunt. Biduum autem & triduum illud currere incipiebat ex die latæ sententia.2.q.6.c.biduum.in prin l.1.§.biduum.ff.quando appellandum sit. Cuius regulæ exceptio prima hæc videtur: Nisi sententia sub conditione lata sit: hoc enim casu videtur potius à tempore conditionis existentis decendium computandum esse. Sed reprobatur d.c.biduum. §.1. & d.§.biduum.verſ. quid ergo. item c. præterea requisiti. 40. de appellationibus. Altera exceptio est: Nisi iudex sententiã Imperatori transmiserit confirmandam, vel vt locus pœnæ assignetur: hoc enim casu etiam à rescripto Principis tempus appellandi currit.d. c. biduum. §.si quem in insulam.l.1.in prin.ff. quando appellandum. Tertia exceptio videtur: Nisi extraiudicialis sit causa, in qua appellatur, Sed reprobatur c.concertationi.8.de appellationib.in 6. Quarta exceptio est: Nisi non per appellationem, sed per aliud iuris remedium grauamen proponatur. d.c.8.verſ. sed si per contradictionem. Quinta exceptio videtur: Nisi in sententia præci-

præcipiatur aliquid fieri intra certum terminum: hoc enim casu videtur non nisi termino elapso decendium currere. Sed reprobatur c. quod ad consultationem. 15. de re iudicata. Plures exceptiones vide ĵ. cap. proxim. except. 26. repl. 1. dupl. 1. cum sequent.

VI. MODVS ET FORMA appellandi.

I. Regula: In scriptis regulariter est appellandũ. 2. q. 6. c. post appellationem. §. fin. M. I. R. d. cap. 17. reg. 17. Huius exceptio est: Nisi quis ipso die, quo sententia fertur, apud acta viua voce appellauerit. d. q. 6. c. vlt. §. litigatoribus. l. 14. C. de appellationibus. l. 2. & l. 5. §. fin. ff. eod. tt. M. I. R. d. reg. 17. except. 1. Huius exceptionis replicatio est: Nisi ab interlocutoria, vel extraordinario grauamine ad Papam appelletur. c. 1. in princ. de appellation. in 6. M. I. R. d. except. 1. repl. 2.

II. Regula: De forma appellandi cauetur 2. q. 6. c. post appellationem. §. forma verò.

III. Regula: Coram maiori parte iudicum est appellandum. Clement. 1. in prin. de appellat. M. I. R. d. cap. 17. reg. 18.

VII. OFFICIA APPELLANTIS, necnon appellationis euentus & consequentia.

I. Regula: De appellatione appellato insinuanda cauetur d. Clement. 1. vers. est tamen appellatio. & Clement. causam. 3. de electione.

II. Regula: De apostolis seu libellis dimissoriis

à priore iudice ad posteriorem petendis ac dandis cauetur c.1.in prin.vers.petat apostolos. & c. vt super.4.de appellat.in 6.2.q.6.c. post appellationem, in prin.l.vnica,in prin ff. de libellis dimissorijs.Concordant ea quæ habentur 8.quæst.2 except.28. item M.I.C.lib.2.cap.27.quæst.9.reg.4. M.I.R. d.cap.17. reg.26. Forma apostolorum præscribitur d.c. post appellationem. §. forma.

III. Regula: De itinere ad iudicem appellationis intra certum tempus arripiendo cauetur 2.q.6.c. propter.vers. & in his ipsis.

IIII. Regula: De actis edendis & transmittendis cauetur d.q.6.c.vlt.§.iudicibus. c.vlt. de probationibus. l. 24. C. de appellationibus.item M.I.C.d. quæst.9 reg.7.

V. Regula: De causa appellationis reddenda iudici à quo appellatur, cauetur c.vt debitus.59. §. cum autem. & c. cum speciali.61.§.excessu quoq; de appellationib. c.1. in prin. vers. causam appellationis.eod.tt.in 6.M.I.R.d.reg.17.except.23.

VI. Regula: De causa appellationis probanda. Iudici à quo appellatum est, causa appellationis probanda non est.c.si à iudice.10.de appellat. in 6.

VII. Regula: Coram iudice appellationis causa probanda est, quòd scilicet exceptio legitima non solùm fuerit opposita, sed etiam non admissa:ideoq; appellatio interposita. c. dilecto. 63. c. interposita. 70.in prin.de appellationibus.

VIII. Regula: Causa appellationis ab initio expressa

pressa mutari potest, aliaq; in prosecutione appellationis allegari. l. 3. §. fin. ff. d. tt. Contradicit tamen Clement. appellanti. 5. eod. tt.

IX. Regula: De prosequenda appellatione, quando prosequenda, & quamdiu, item per quos & à quibus? dicetur j. cap. prox. except. 26. repl. 4.

X. Regula: De appellatione non deneganda à iudice, à quo est appellatum, cauetur 2. q. 6. c. appellantem. & c. vlt. §. similiter. item De appellationibus. c. de priore. 31. Concordant item ea quæ habentur s. quæst. 4. reg. 1. except. 1. & M. I. R. d. cap. 17. reg. 29.

XI. Regula: De appellatione à iudice appellationis recipienda, nec remittenda, cauetur c. interposita. 70. §. eidem. de appellationibus. 2. q. 6. c. placuit. c. vlt. §. fin. l 6. in prin. vers. ab eo qui de. C. de appellat. Concordant item ea quæ præposita sunt 8. lib. prox. cap. 5. de iurisdictione, except. 7.

XII. Regula: Si metropolitanus à prouinciali episcopo appellatus appellationem suscipere nolit: ad synodum prouocare licet. 6. q. 4. 6. si metropolitanus.

XIII. Regula: Appellatione pendente nihil innouandum, estq; de eo iudici, à quo appellatum est, per iudicem appellationis inhibendum: & innouatum seu attentatum rescindendum. 2. q. 6. 6. post appellationem. §. Vlpianus. l. vnica. ff nihil innouari appellatione interposita. M. I. R. d. cap. 17. reg. 32. Eius exemplum proponitur 3. q. 6 c. accusatus. vers. & dum

& dum iteratò. item De appellationib. c.1. & c.ad præsentiam.16. & c. dilectis.55. item c.licet.14. de sentent.excom.in 6.c.cum olim.32. de officio delegati.c.cum tu fili.16.de testibus.c. dilecta.10. de exceptionib. Concordant *proposita regulæ ea quæ habentur* S. *cap.1. quæst.5.reg.1. Eius autem exceptio prima hæc est: Nisi nondum constet, causam per appellationem ad iudicem inhibentem esse deuolutam: tunc enim ab eo inhibendum non est. c. Romana.3. §. si verò vocatis. de appellationib.in 6. Altera exceptio est: Nisi cum ab aduersario dicatur appellationis causa iniusta seu minus legitima, iudex appellationis nondum recepta appellatione velut ex causa probabili facta, cœperit de causæ veritate cognoscere: tunc enim inhibere non potest.d.c.Romana. §. quod si obijciatur. Huius replicatio est: Nisi à definitiua sententia sit appellatum: hoc enim casu etiam ante receptam appellationem iudex potest inhibere.d. §. quod si obijciatur. verſ. ante sententiam. & d.c.Romana. §. si autem post. Tertia exceptio est: Nisi in alia causa vel quæstione procedatur, quàm in qua appellatio est interposita. Quæ exceptio approbatur exemplo c. cum terreamur.17. & c. præterea. 22.de appellationibus. Huius replicatio prima hæc est: Nisi quæstio in qua non est appellatum, sine ea in qua appellatum est, expediri non possit.c.super eo.10.d.t. Altera replicatio est: Nisi propter plura crimina condemnatus, in grauioribus appellauit: hoc enim casu in alijs minoribus executio*

suspen-

suspenditur.2.q.6.c.post appellationem. §.si quis ex pluribus. l. vnica. §. fin. ff. nihil innouari appellat. pend.Tertia replicatio est: Nisi alterum alterius, ob quod appellatum est, sit accessorium.6.dilectis.55.de appellationib.Hæc de tertia exceptione, eiusq; replicationibus. Quarta proposita regulæ exceptio est: Nisi in integrum restitutione cõtra sententiam petita, præsumptio sit eam malitiosè ad differendam executionem peti: hoc enim casu executio fieri potest, cautione ab aduersario præstita. c.suscitata.6. de in integr.restitut. Quinta exceptio videtur: Nisi iudex à quo appellatum est, iusiurandum præstiterit de sententia intra certum tempus exequenda. Sed reprobatur c. venientes.19. de iureiurando. Sexta exceptio: Nisi appellans quoq; cõtra appellationem suam vel aduersarij sui antea factam aliquid nouauerit.c.constitutis. 23. de appellationibus. Septima exceptio: Nisi per sententiam excommunicatus ad cautelam absoluatur.c.qua fronte.25.d.tt.Concordant ea quæ habentur s̃.lib.prox.cap.13.quæst.2.except.gener.1.replic.1. Octaua exceptio est: Nisi appellans appellationem non prosequatur.c.ad hæc. 27.c.peruenit. 28. & c.cum speciali. 61.§.excessu quoq;. vers.quam si prosequi. de appellationib.Nona exceptio est: Nisi à sententia excommunicationis vel suspensionis sit appellatum.c.pastoralis.53.§. verùm quia.d.tt.& c.is cui.20.§.fin. de senten. excom. in 6. Decima exceptio videtur: Nisi extraiudicialiter sit appellatum. Sed reprobatur c. bonæ.51. de ap-

de appellationib. M. I. R. d. reg. 32. except. 8. Vndecima exceptio: Nisi appellans agat de præbenda sibi antequam vacasset promissa: hoc enim casu ea potest alij conferri, appellatione non obstante. c. relatum. 3. de conces. præbenda. Duodecima exceptio est: Nisi ab electione à maiore parte facta sit appellatum. c. 1. & c. exore. 3. de his quæ fiunt à maiore parte. Decimatertia exceptio: Nisi duobus præsentatis, prior repulsus appellauerit: hoc enim casu alterius institutio, quamuis pendente appellatione facta, valet. c pastoralis. 29. de iure patronatus. Decimaquarta exceptio: Nisi appellatio aliquo iure non subsistat. Hæc exceptio videtur approbari exemplo c. vlt. de dolo & contumacia, in 6. c. non solum. 7. in prin. vers. exceptis casibus. de appellat. in 6. Decimaquinta exceptio est: Nisi tertius aliquis pendente appellatione aliquid innouauerit: hic enim de attentatis contra inhibitionem non tenetur. c. Romana. 3. §. in alium de appellat. in 6. Decimasexta exceptio: Nisi appellationi sit renunciatum. c. vt super. 4. vers. nisi appellationi. d. tt. Decimaseptima exceptio videtur: Nisi antequam appellatio interposita est, fuerit innouatum. Sed reprobatur c. non solum. 7. in princ. eod. tt. M. I. R. d. reg. 32. except. 3. Decimaoctaua exceptio: Nisi ab interlocutoria sit appellatum. d. c. non solum. 7. §. illa autem. Huius replicatio prima hæc est: Nisi postea appellationis causam veram esse constet. d. §. illa autem. vers. donec appellationis causam. Altera replicatio

tatio est: Nisi legitima inhibitione facta innouatū sit. d. §. illa autem. vers. nisi iudex appellationis. Decimanona exceptio est: Nisi iudex grauamen, ob quod appellatum est, reuocauerit. c. si à iudice. 10. §. fin. de appellat. in 6. Vicesima exceptio est: Nisi tres conformes sententiæ in eadem causa latæ sint. Clement. 1. de re iudicata. M. I. R. d. reg. 32. except. 58. Vicesima exceptio: Nisi possessore condemnato, fructus rei sequestrentur. 2. q. 6. c. quoties post. Hæc de decimatertia regula, eiusq; exceptionib. sint dicta. De qua tamen vide plura ꝑ. lib. prox. cap. 10. quæst. 4. reg. 5. & M. I. C. lib. 2. cap. 27. quæst. 9. reg. 13.

XIIII. Regula: In causa appellationis allegari possunt, quæ in priore iudicio fuerunt omissa, per ea quæ habentur M. I. C. d. quæst. 9. reg. 16. M. I. R. d. cap. 17. reg. 38. Cuius exceptio prima hæc est: Nisi alia actio proponatur, vel alia res petatur. hoc enim non licet. l. 4. vers. qua non ad nouum. C. de tempor. & reparat. appellat. Huius exceptionis replicatio est: Nisi causa beneficialis ad Curiam Pontificis per appellationem fuerit deuoluta: hoc enim casu tam petitorium quàm possessoriū de nouo potest intentari. Clement. 1. de causa possess. & proprietatis. Altera exceptio est: Nisi ab interlocutoria vel extraiudiciali grauamine fuerit appellatum. Clement. appellanti. 5. de appellationibus.

XV. Regula: Appellatione à definitiua facta, reuocari etiam potest interlocutoria, licet ab ea non fuerit appellatum. Qua regula approbatur

simul

simul & distinguitur c.vlt. de appellationib. in 6.

XVI. Regula: De pœna appellantis non obtinentis cauetur 2.q.6. c.omnino. Concordat M.I. C. d. quæst. 9. reg. 19. Huius exceptio est: Nisi appellans ante sententiam appellationi renunciauerit. d.q.6. c.vlt. §. si verò is qui l.28. C. de appellationib.

XVII. Regula: Si ad residendum in ecclesia admonitus appellauerit, interim alius in locum eius substituendus est. c. peruenit. 28. vers. interim verò. de appellationib. Concordat in simili casu l.21. §. magistratus. & §. in locum. ff. eod. tt.

XVIII. Regula: De contumacia appellantis punienda cauetur c. reprehensibilis. 26. §. si autem in quocunq; de appellationib. c.1. §. quod si appellationib. c.1. §. quod si appellator. eod. tt. in 6.

XIX. Regula: De contumacia appellati punienda cauetur d.c.1. §. fin. item c. cum speciali, 61. § excessu quoq;. vers. nullo autem. & c. interposita. 70. §. fin. de appellationib. Nouell. 126. §. in omnibus.

XX. Regula: De causa remittenda ad iudicem à quo appellatum est, si constiterit malè appellatum esse, cauetur c. cum in ecclesia. 38. c. vt debitus. 59. §. cum autem. vers. etsi minus. c. cum speciali. 61. §. fin. de appellationib. c. Romana. 3. §. fin. & c. cum appellationib. 5. eod. tt. in 6. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi causa nondum cognita remittatur. c. accepta. 35. de appellationibus. Concordant ea quæ proposita sunt s̄. lib. prox. cap. 5. de iurisdictione, reg. 1. excep. 7. Huius exceptionis replicatio

prima

primahac est: Nisi partes consentiant vt remittatur.d.c.accepta.vers.nisi partes consenserint. Altera replicatio est: Nisi appellans causam remitti petat.c.interposita.70.§. ille denique. de appellationib. Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi iudex à quo appellatum est,appellationem iniustam admisit: tunc enim ad eum remittenda non est. c. cum appellationibus.5.de appellationib. in 6.

XXI.Regula: Si constiterit bene appellatum esse, iudex ad quem appellatum est, rescissa priore sententia in causa principali procedere potest ac debet. c.ad probandum.24.de re iudicata.c.vt debitus.59. §.cum autem.vers.alioquin ipse procedat.& c.cum speciali.61.§.excessu quoque.vers. appellationis causa.de appellationibus.Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi exceptio de vltra duas diætas non citando reo, propter quam fuit appellatum,probetur vera: hoc enim casu quamuis bene appellatum esse constet,nihilominus tamen causa est remittenda, c.alun.7.de exceptionibus.

XXII. Regula: Sententia priori cassata,non punitur iudex à quo, nisi inimicitia vel pecunia probetur corruptus.2.q.6.c.hoc etiam. Hæc de officijs appellantis, necnon appellationis euentis & consequentibus de quib.vide item M.I.C.d.quæst.9.

VIII. ADFINIA APPELLATIONIS remedia.

I. Regula: De in integrum restitutione aduersus sententiam.Hoc remedium certis quibusdam personis

nis competit, de quibus vide M.I.C. lib.2.cap.28.in prin.vbi additur exceptio talis: Nisi pro libertate iudicatum sit. Sed & eius exceptio videtur: Nisi Papa sententiam dixerit. Quæ tamen exceptio reprobatur c. tum ex literis. 5. de in integr. restitut. Concordant ea quæ habentur ĵ.cap.prox. excep.13. vers. hisce contradicere.

II. Regula: De accusatione & denunciatione perperam electi cauetur c.constitutis. 46. de appellationibus.

III. Regula: De exceptione, Quod quisque iuris aduersus alium statuit, vt ipse eodem iure vtatur, vide M.I.C. d.cap.28. Cuius inter cæteras exceptiones & hæc est: Nisi statutum ius non habuerit effectum. Cui concordat De pœnitent. distinct.1.c.hæc autem verba.

IV. Regula: De arripiendo iter ad Papam, seu nuncium mittendo, proponitur ĵ. cap.prox.excep.6. repl 1.dupl.6. Hæc de appellationibus sint dicta: de quibus vide plura M.I.C.lib.2.cap.27.cum sequẽte.

DE SENTENTIA ET RE iudicata. Cap. XIX.

SEntentia vel res iudicata actionem simul & exceptionem parit, & pro veritate accipitur. 35. q. 9 c.1.c. loci nostri. item De re iudicata c. cum inter.13. Concordat item M.I.C.lib.2.cap.29. quæst.2.in princ. M.I.R.lib.2. cap 18. reg.5.in princ. Sed & pro sententia præsumitur, donec probetur iniusta.

iniusta.c.in præsentia.6.vers.& tanta sit.de renunciatione. Planè habet regula proposita plures exceptiones, quas ordine subijciemus, & primùm eas quæ sumuntur ex persona iudicis.

I. Exceptio: Nisi à non competente iudice sententia sit lata.c.at si clerici.4.de iudicijs.2.q.1.c.in primis.§.de persona episcopi.3.q.8.c.1.§.nullum.9.q.2.c.1.11.q.1.c.in clericorum.q.3.c.cui est.l.vltim.C.si à non competente iudice. Concordat M.I.C.d.cap.29.excep.1.M.I.R.d reg.5.excep.1.Huius exemplum habetur Clementina Pastoralis.2.de re iudicata. Planè propositæ exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi actor à iudice condemnatus, exceptione proposita vtatur: huic enim ea non prodest.3.q.8.c.1.§.cuius.l.14.C.de sententijs & interlocut. Altera replicatio est: Nisi publicè ab omnibus iudex competens fuerit existimatus.3.q.7.c.1.in fine.l.3.ff.de officio Prætoris. Species huius exceptionis & plures replicationes vide S.cap.2.quæst.2. Sed & species eius sunt exceptiones proximè sequentes.

II. Exceptio: Nisi hæreticus sententiam tulerit: 2.q.6.c.catholicus. Concordant ea quæ habentur S. lib.prox.cap.8 quæst.7.reg.2. Huius replicatio est: Nisi iudex de hæresi nondum fuerit damnatus. Cuius duplicatio prima est: Nisi ipsa hæresis iam olim fuerit damnata.24.q.1.in prin.cum c.sequente.c.maiores.c.Achatius. Altera duplicatio est: Nisi nouam hæresin effingens, eam ex corde prædicare cœpit.d.q.1.c.audiuimus.§.sin autem ex corde, cum sequentibus.

III. Exceptio: Nisi excommunicatus sententiam tulerit. d. c. Achatius, in fine, cum c. sequente. Concordat d. q. 1. c. miramur.

IIII. Exceptio: Nisi quidam, non omnes iudicauerint. 24. 6. c. vlt. §. item si plures. 3. q. 6. c. discutere. vers. ita vt nemo ex eis desit. item De officio delegati c. causam. 16. c. vno. 42. & c. vlt. in prin. vers. idem quoq;. Concordant item ea qua habentur ff. lib. prox. cap. 12. de executione, except. 2. & M. I. C. lib. 2. cap. 29. quæst. 3. except. 2. item M. I. R. d. reg. 5. except. 6. Huius replicatio prima hæc est: Nisi omnes fuerint præsentes: tunc enim, quamuis non omnes consenserint, statur tamen sententiæ maioris partis, per ea qua habentur M. I. C. d. except. 2. & d. q. 3. except. 4. Quibus concordat c. 1. in prin. & c. vlt. de ijs quæ fiunt à maiore parte. Planè si vtriusque sententiæ pares numero iudices sint: quid sequendum sit, definitur c. vlt. de re iudicatâ. Cui concordat M. I. C. d. except. 4. vers. sin autem pari. Quod autem d. c. vlt. dicitur, Si ex delegata potestate, vtraq; pendet sententia ex arbitrio delegantis: huic concordat l. duo. 28. ff. de re iudicata. Diuersum etiã obseruatur, si in synodo prouinciali dissenserint: hoc enim casu ea sententia obtinet, cui metropolitanus vicinæ prouinciæ accedit. 6. q. 4. in princ. cum c. sequente. c. si quis episcopus. c. si inter episcopos, in prin. Porrò quod d. c. vlt. in fine, cauetur de dissensu arbitrorum compromissariorum, de eo vide j. cap. 21. reg. 2. except. 4. Hæc de prima replicatione. Altera

pro-

propositæ exceptionis replicatio est: Nisi ita conuenit, vel causa delegata sit, vt vno vel pluribus absentibus, cæteri nihilominus iudicare possent. c. prudentiam. 21. §. adijcimus. c. cum super. 23. vers. quamuis solus. de officio delegati. c. cum plures. 8. in prin. eod. tt. in 6. Huius replicationis duplicatio prima est: Nisi non constiterit absentem adesse noluisse vel non potuisse. d. c. prudentiam. 21. in prin. & c. cum causa. 22. eod. tt. Altera duplicatio videtur: Nisi præsens subdelegatum absentis admittere noluit. Sed reprobatur c. coram dilecto. 34. eod. tt. Hæc de quarta exceptione.

V. Exceptio: Nisi iudex recusatus sententiam tulerit. c. cum super. 23. de officio delegati. M. I. R. d. reg. 5. except. 4.

VI. Exceptio: Nisi contra absentem sententia dicta sit. c. tenor. 10. de re iudicata. c. consultationibus. 10. de officio delegati. c. inter quatuor. 8. de maioritate & obedientia. 2. q. 1. c. in primis. §. sed & de personis. vers. si scriptis iudicatum est. 3. q. 8. c. 1. §. fin. Concordat item M. I. C. lib. 2. cap. 29. except. 10. in prin. M. I. R. d. reg. 5. except. 10. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi per contumaciam absens fuit, contra quem iudicatum est. d. c. consultationibus. 10. in fine. vers. nisi is qui possidet. c. veritatis. 8. de dolo & contumacia. 2. q. 1. c. nomen. §. fin. 3. q. 8. c. 1. §. fin. 24. q. 3. c. de illicita. §. de conuentione. Concordat item M. I. C. d. except. 10. repl. 1. M. I. R. d. except. 10. repl. 1. Huius replicationis duplicatio pri-

ma est: Nisi ex dispensatione Pontificis contumaci subueniatur. Approbatur exemplo c. cum olim. 7. de dolo & contumacia. Altera duplicatio est: Nisi iudex probetur circumuentus in sententia ferenda, vel ex actis iniquitas sententiæ constet. Approbatur exemplo c. cum Bartholdus. 18. de re iudicata. Concordat l. si prator. 75 ff. de iudicijs. M. I. R. d. repl. 3. dupl. 2. Tertia duplicatio est: Nisi legitima absentiæ causa probetur. d. c. 18 & ibi glossa. Concordant ea quæ habentur M. l. C. d. replic. 1. duplic. 2. Quarta duplicatio est: Nisi absens non fuerit legitimè citatus. 5. q. 2. c 1. M. l. R. d. repl. 1. dupl. 6. Huius duplicationis species seu exempla sunt exceptiones quæ aduersus citationē possunt opponi, quas §. cap. 6. quæst. 4. in fine recensuimus. Huius autem duplicationis triplicatio prima hæc est: Nisi alio modo absens admonitus venire noluit. Quæ triplicatio approbatur l. 2 C. quomodo & quando iudex sententiam, &c. Sed contradicit d. c. 1. Altera triplicatio est: Nisi præsens à iudice recesserit appellans. c. vlt. de dolo & contumacia, in 6. Tertia triplicatio est: Nisi cum absenti præfixus esset terminus ad prosequendam appellationem, eam intra terminum non fuerit prosecutus: hoc enim casu contra appellantem absentem, etiam non legitimè citatum, sententia lata valet. c. sepe contingit. 44. de appellationibus. Hæc de quarta duplicatione. Quinta propositæ replicationis duplicatio est: Nisi ante terminum præfixum, vel in ipso termino, partibus non expectatis

senten-

sententia sit lata. d. c. 44. vers. si quis autem terminum. c. ex insinuatione. 50. § interim autem. & c. significante. 69. vers. adiciens quod cum de consensu. eod. tt. Huius duplicationis triplicatio prima hæc est: Nisi ante terminum à lege, non à iudice vel partibus præfixum, iudicatum sit. c. oblatæ. 57. d. tt. Altera triplicatio est: Nisi iurisdictio iudicis delegati. in termino præfixo expiret. c. consuluit. 24. de officio delegati. Sexta duplicatio est: Nisi absens ad Papam de causa litigiosa iuit, vel nuntium misit. c. dilecti. 52. de appellationibus. c. vnico, de clericis peregrin. extrauag. com. Diuina. 3. de priuilegijs. M. I. R. d. repl. 1. dupl. 7. Huius triplicatio prima hæc est: Nisi post citationem iter arripuit, vel nuncium misit. c. meminimus. 9. c. suggestum. 15. & c. ad hæc. 30. de appellationibus. Altera triplicatio est: Nisi ante sententiam appellans sine rationabili causa, dicat se nuncium misisse. c. vt debitum. 59. vers. non obstante si dicat. eod. tt. Septima duplicatio est: Nisi absens appellauerit. Quæ duplicatio approbatur simul & distinguitur per ea quæ proposita sunt S. cap. proxim. quæst. 7. reg. 13. Hæc de prima replicatione, eiusq; duplicationib. sint dicta. Sed & plures huiusmodi duplicationes vide S. cap. 6. quæst. 4. in fine. item M. I. C. libro 2. cap. 29. except. 10. replic. 1. Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi alius nomine absentis, contra quem pronunciatum est, præsens fuerit. Quæ replicatio ipso quidem iure subsistit, per ea quæ habentur

M.I.C.d.except.10 repl.4.in prin. Verùm eius duplicatio hæc est: Nisi mandatum procuratoris fuerit reuocatum. Quæ duplicatio approbatur per ea quæ proposita sunt §.cap.4.quæst.1. except. 21. Cuius triplicatio prima hæc est: Nisi post conclusam causam mandatum fuerit reuocatum. c.auditis.8. de procuratoribus. Altera triplicatio est: Nisi ignorante iudice & aduersario mandatum sit reuocatum.c.mandato.13. eod.tt. Hæc de prima duplicatione. Alias duplicationes vide §. cap.4. quæst.1. Nam quæ aduersus personam procuratoris exceptiones ibi enumerauimus, earum plures hic duplicationum loco repeti possunt. Tertia replicatio videtur: Nisi Papa cõtra absentem pronunciauerit. Sed reprobatur c.1. in fin. de causa possessionis. Hæc de sexta exceptione.

VII. Exceptio: Nisi de alia re iudicatum sit, quàm de qua iudex est datus. approbatur exemplo c.cum dilecta.22.§.dictũ. de rescriptis. c. cum olim. 32.de officio delegati. Concordat M.I.C. lib.2. cap. 29.except.11.in princ. M.I.R. lib.2. cap.18. reg.5. except.14. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi id de quo pronũciatum est, accessorium sit eius de quo iudex est datus.c.prudentiam. 21.§. sexta, in fine. de officio delegati. Cuius exemplum habetur d.§. sexta. Aliam replicationem vide M.I. C. d. except.11.repl.1.

VIII. Exceptio: Nisi inter alios, quàm quibus iudex datus est, iudicatum sit, c.Petro. 40. de officio delegati.

delegati. Huius replicatio est: Nisi alius iurisdictionem iudicis delegati impediat: in hunc enim aequè ac in eos quibus iudex datus est, iurisdictionem exercere potest. c. 1. eod. tt.

IX. Exceptio: Nisi terminos ac fines suæ iurisdictionis iudex in ferenda sententia excesserit. d. c. prudentiam. 21. in prin. vers. mandati siquidem. 2. q. 6. c. vlt. §. item cum certa. l. 5. C. quando prouocare non est necesse. Concordat M. I. C. d. cap. 29. except. 14. Huius exceptionis species seu exempla sunt duæ exceptiones proximè præcedentes. Planè eius replicatio est: Nisi sententia nihil iniquitatis habeat. c. causam. 14. de re iudicata. Aliam replicationem vide d. except. 14. & 3. d. duabus exceptionibus proximis.

X. Exceptio: Nisi sententia neq; condemnationem neq; absolutionem contineat. 2. q. 6. c. vltim. §. diffinitiua. l. 3. C. de sentent. & interlocut. M. I. R. d. reg. 5. except. 27. Huius replicatio est: Nisi verbo æquipollenti iudex sit vsus. c. in ijs quæ. 15. de verbor. significat. l. 59. in prin. ff. de re iudicata. M. I. R. d. except. 27. repl. 3.

XI. Exceptio: Nisi sententia contra leges vel canones sit lata. c. 1. de re iudicata. c. aduersus. 7. §. quia verò nec sic. de immunitate eccleſiar. 2. q. 6. c. vlt. §. item si sententia. Concordat M. I. C. d. cap. 29. except. 19. M. I. R. d. reg. 5. except. 29. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi contra ius litigatoris magis quàm contra expressas leges sententia

lata sit, quasi in hoc casu lex locum non habeat. d. §. item si sententia. vers. si verò contra ius. c. cum inter. 13 de re iudicata. l. 27. & l. 32 ff. eod. tt. M. I. R. d. reg. 29. repl. 12. Altera replicatio est: Nisi ex consuetudine contra ius commune scriptum sententia lata sit. Quæ replicatio approbatur simul & distinguitur per ea quæ proposita sunt §. lib. prox. cap. 3. de consuetudine, reg. 3. except. 1. repl. 1. Tertia replicatio est: Nisi in causa clericorum ex iure pontificio contra ius ciuile sententia sit lata. c. quod clericis 9. de foro competenti. Concordant ea quæ proposita sunt §. lib. prox. cap. 2. except. 13. in prin. Quarta replicatio est: Nisi Papa dispensatiuè contra ius pronunciauerit. Quæ replicatio approbatur simul & distinguitur per ea quæ habentur d. cap. 2. excep. 10. Quibus concordat c. in causis. 19. in fine. de re iudicata. Postremò hoc loco notanda est diuisio iniustæ sententiæ trimembris, quæ habetur 11. q. 3. c. episcopus. §. ad hoc respondendum.

XII. Exceptio: Nisi sententia nullo iure nitatur. d. q. 3. c. cui est. item De re iudicata c. inter cæteras. 9. M. I. R. d. reg. 5. except. 36. Cuius exemplum habetur c. non potest. 3. & c. lator. 7. eod. tt. l. 7. C. de sententijs & interlocut. Huius replicatio est: Nisi per triginta annos à morte iudicis numerandos res ex iniusta sententia sit possessa. 16. q. 3. c. si sacerdotes.

XIII. Exceptio: Nisi causa sententiæ falsa sit, vel contrarium eius, quod sententia quasi factum pronunciatum est, possit probari. Hæc exceptio re-

probatur

probatur 11.q.3.c.non solùm.§.contingit 35. q. 9. in prin.c.loci nostri.§.quia ergo. Concordat M. I. C. lib.2.cap.29.except.28.M.I.R.d.reg.5.except.26.& 41. Contradicit tamen d. c. loci nostri. §.his ita respondetur & d.q.9.c.quod quis.c.veniam.c.sententiam.c.graue.c.vlt. Exemplum horum proponitur d.q. 9.c. penult. Planè admittitur exceptio proposita in matrimonio ex falsa causa dirempto, d. c. loci nostri. §.aliud est. De qua re vide plura ʒ. lib.4. cap. de solutione matrimonij, causa 16. except. 3. Sed & admittitur exceptio proposita in alijs quibusdam casibus, quos vide ʒ. except. 15. cum aliquot sequentibus.

XIIII. *Exceptio: Nisi contra sententiam prius dictam iudicatum sit.2.q.6.c.vlt. §. item si sententia.l.1.C.quando prouocare non est necesse. M.I.R. d.reg.5.except.43. Huius replicatio prima est: Nisi antea dispensatiuè iudicatum sit.35.q. 9. c. sententiam. Altera replicatio est: Nisi exceptio rei iudicatæ ante posteriorem sententiam non fuerit opposita. c.inter monasteriũ.20. & ibi glossa. de re iudicata.*

XV. *Exceptio: Nisi ex falsis instrumentis sit iudicatum.c.cum venerabilis.6.§. licet autem. de exceptionib.c.super eo.2.de crimine falsi. Concordat M. I. C. d. cap. 29. except 35. M. I. R. d. reg. 5. except.49.*

XVI. *Exceptio: Nisi ex falso testimonio testibus corruptis sit iudicatum. c. sicut nobis. 9. de testibus, c.cum I. & A.22. de re iudicata.l.33.ff.eod.tt.*

M.I.R.

M.I.R.d.reg.5.except.50. Huius replicatio est: Nisi nõ probetur iudicem falsi testimonij fidem secutum in pronunciando. d.c.22. vers.vel licet de hoc constaret. item l.3.C.si ex falsis instrumentis.

XVII. Exceptio: Nisi regio metu vel potentiorũ iussu sententia lata sit. 11.q.3.c.iniustum.

XVIII. Exceptio: Nisi sententia sub conditione lata, conditio defecerit. 35.q.9.c.apostolica.

XIX. Exceptio: Nisi iudex pecunia corruptus sententiam dixerit. extrauag.com.1.§. iusticiam verò. de sentent.excom.2.q.6.c.vlt.§.venales.l.7.C. quando prouocare non est. M.I.R.d.reg.5.except.56.

XX. Exceptio: Nisi non seruato iuris ordine sit iudicatum. 2.q.1.in prin.c.prohibentur. §. fin. q.6. c.vlt.§. item sententia citra. 11.q.3.c.episcopus.§.ad hoc respondend.vers.sed non ex ordine. c. seruetur. §. fin.c.eorum.l.4.C.de sentent.& interlocut. Concordat M.I.C.lib.2.cap.29.except.40. M.I.R.d.reg. 5.except.61. Exemplum huius exceptionis habetur c.exhibita.19.de iudicijs.c.cum dilectis.15.§.his igitur & alijs.vers.prætermisso iuris ordine. de purgat. canonica. Contradicit exceptioni propositæ 11.q.3. c.non solùm.§.cum ergo. Planè propositæ exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi causa sit manifesta seu notoria. d.c.prohibentur. §.fin.vers.hæc de illis intelligenda sunt. Concordant ea quæ habentur ff. lib.prox. cap.14. in prin. M.I.R.d.except.61.repl.1. Huius exemplum proponitur c.ad petitionem. 22. de accusationibus. c. quoniam. 10. de filijs presbyterorum.

verum. Notorium autem dicitur tribus modis, per sententiam, per confessionem, & per euidentiam rei. c. vlt. de cohabitat. clericor. & glossa in c. vlt. in verbo Notoria. de tempor. ordinat. M. I. R. d. repl. 1. Huius replicationis duplicatio prima haec est: Nisi iudici tantùm causa sit manifesta, non etiam aliis. 2. q. 1. c. multi, cum c. sequente. Altera duplicatio est: Nisi causa aliis nota, iudici sit incognita. d. q. 1. c. Deus. M. I. R. d. repl. 1. dupl. 2. Tertia duplicatio est: Nisi reus factum neget. Quae duplicatio approbatur simul & distinguitur d. c. Deus. §. quando autem crimen. Quarta duplicatio videtur: Nisi iudex iuramentum praestiterit, quòd in omni causa ordinem iudiciarium sit obseruaturus. Plures huiusmodi duplicationes vide d. cap. 14. in prin. excep. 1. cum duabus sequentibus. Haec de prima replicatione. Sed reprobatur c. ad nostram. 21. de iureiurando. Secunda replicatio est: Nisi causa sit ecclesiastica beneficialis, decimarum, matrimonialis, vsurarum & similis: in huiusmodi enim causis de simplici & plano absq; iudiciorum strepitu procedendum. Clemen. dispendiosam. 2. de iudicijs. Quod ad matrimoniales causas attinet, concordat c. 1. §. consultationi vestrae. vt lite non contestata. Tertia replicatio est: Nisi causa iudici ita commissa sit, vt simpliciter & de plano, & sine strepitu ac figura iudicij procederet. Quae replicatio approbatur simul & declaratur Clement. vlt. de verb. signif. M. I. R. d. except. 71. repl. 5. Quarta replicatio videtur: Nisi Papa iudicauerit. Sed reprobatur

probatur c. in causis. 19. de re iudicata. Quinta replicatio est: Nisi quis in hæresin iam damnatam incidit: hic enim ipso facto pro excommunicato habetur, etiam sententia non interueniente. 24. q. 3. in prin. cum tribus cc. sequent. Hæc de vicesima excep.

XXI. Exceptio: Nisi cum iudex ad tempus datus esset, vel certo tempore litem dirimere iussus, post illud tempus pronunciauerit. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur per ea quæ habentur §. cap. 1. quæst. 4. reg. 2. item §. lib. prox. cap. 5. de iurisdictione, reg. 1. except. 12.

XXII. Exceptio: Nisi noctu sit pronunciatum. c. consuluit. 24. §. ne verò. de officio delegati.

XXIII. Exceptio: Nisi post quam iudex superior causam ad se reuocasset, processum sit & iudicatum. c. vt nostram. 56. de appellationibus. M. I. R. d. reg. 5. except. 62. Plura de hac exceptione vide d. cap. 5. de iurisdict. reg. 1. except. 11.

XXIIII. Exceptio: Nisi post appellationem interpositam iudicatum sit. Hæc exceptio approbatur simul & distinguitur per ea quæ habentur §. cap. prox. quæst. 7. reg. 13.

XXV. Exceptio: Nisi postquam protectioni superioris quis se subiecit, contra eum sit iudicatum. c. ad audientiam. 34. de appellationibus.

XXVI. Exceptio: Nisi à sententia dicta fuerit appellatum eaq; ab appellationis iudice fuerit rescissa, vel rescindi speretur. 6. q. 4 c. si quis episcopus, in fine, cum c. sequente. 35. q. 9. in princ. M. I. R. d. reg. 5.

reg.5 except.73. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi non iusto tempore sit appellatum. Quæ replicatio approbatur & declaratur per ea quæ proposita sunt §.cap.prox. quæst.5. Concordat l.2. in prin.C. de his qui propter metum iudicis. M.I.R. lib.2.cap.17.reg.16.& d.except.73. repl.1. Huius replicationis duplicatio prima hæc videtur. Nisi interlocutoria, non definitiua sententia sit, à qua est appellatum. Sed reprobatur 2.q.6.c. biduum. §. quod autem.l.1.§. quod in sententijs.ff.quando appellandum. Altera duplicatio est: Nisi ad honores vel munera nominatus appellauerit: hic enim quãuis post statutum tempus appellauerit, intra duos tamen menses admittitur.l.1.C.de tempor.& reparationib. Cui tamẽ contradicere videtur d.§.quod autem.vers.vt cum quis ad tutelam. Tertia duplicatio est: Nisi appellans nesciuit contra se iudicatũ esse.d.c.biduum. §. si aduersus absentem. l.1. §. fin. ff.quando appellandum. M.I.R.d.reg.16. except.1. & d.repl.1.dupl.1. Huius duplicationis triplicatio est: Nisi procurator appellantis sciuerit, & præsens fuerit.d.c.biduum. §. quod autem absentem.& d. §.fin.vers.quod autem dicitur. M.I.R.d. except.1. repl.1.& d.dupl.1.tripl.1. Quarta duplicatio est: Nisi iudicis copia non fuerit appellanti. Quæ duplicatio approbatur simul & distinguitur d.c.biduũ. §. dies autem & d.l.1.§.dies autem. cum sequentib. Plures huiusmodi duplicationes vide §.cap.prox. quæst.5. except.1.cum sequentib. Hæc de prima replicatione.

Altera

Altera replicatio est: Nisi alius, non is qui propositæ exceptione vtitur, appellauerit l.10. in prin ff. de appellationibus. M.I.R d except.73. repl.2. Cuius duplicatio est: Nisi alius in causa communi appellauerit: hæc enim appellatio etiam socio prodest. c. vna sententia 72 de appellationibus. 2.q.6.c.vlt. §. quandoquidem l. 2. C. si vnus ex pluribus appell. M.I.R. d.repl.2. dupl.1. Plura de hac replicatione vide M.I. C.lib.2.cap.19.except.48. repl.3. Tertia replicatio est: Nisi in alia causa, vel ab alia sententia sit appellatū. Hæc replicatio approbatur simul & distinguitur exemplo Clement.vlt. de appellationib.l.17. in prin.ff.eod.tt. Huius duplicatio est: Nisi ab interlocutoria non sit appellatum, à definitiua appellatum: hoc enim casu interlocutoria retractari potest, quamuis ab ea non fuerit appellatum. Quæ duplicatio approbatur simul & distinguitur c. vlt. de appellat. in 6. Quarta replicatio est: Nisi appellans appellationem deseruerit, vel eam intra legitimum tempus non fuerit prosecutus. c. personas. 4. c. cum sit. 5. in prin. c. peruenit. 13. vers. vt intra conueniens tempus. c. consuluit. 14. §. fin. de appellationibus. M. I.R. d. except. 73. repl. 3. Pro declaratione huius replicationis sciendum, quod sit tempus legitimum prosequenda appellationis. Illud autem definitur d. c. cum sit. 5. in princ. vers. annus indulgetur, &c. Quod de anno & biennio dicitur, ei concordat Clement. sicut 3. eod. tt. item 2.q.6. c. vlt. in princ. Concordat item M.I.C.d. except. 48. replic. 5. M.I.R.d. repl. 3.

repl. 3. Quòd verò d. c. 5. in princip. verſ. niſi fortè iudex à quo, permittitur arbitrio iudicis terminum appellationis proſequendæ conſtituere vel contrahere, ei concordat c. perſonas. 4. verſ. tu ei diem. c. reprehenſibilis. 26. §. ſi verò quiſquam. c. ad aures. 33. c. oblatæ. 57. §. licet igitur. & c. cum ſpeciali. 61. §. exceſſu quoq; verſ. intra terminum. d. tt. de appellationibus. M. I. R. d. repl. 3 dupl. 2. Planè propoſitæ replicationis duplicatio prima hæc videtur: Niſi appellatus nondum elapſo biennio non petierit ſententiam confirmari. 2. q. 6. c. vlt. in princ. verſ. appellatore ceſſante, cum vnus menſis. Nouell. 50. §. quocirca. verſ. volumus enim. Sed hæc voluntatis, non neceſſitatis eſſe videntur, vt apparet ex d. §. quocirca. verſ. at verò ſi neuter. & d. verſ. appellatore ceſſante. ibi neutro concurrente. Ideoq; duplicatio propoſita reprobanda potius, quàm approbanda, ex iam dictis videtur. Altera duplicatio eſt: Niſi per impotentiam appellans appellationem intra ſtatutum tempus non fuerit proſecutus: hoc enim caſu etiam aduerſus biennij præſcriptionem per in integrum reſtitutionem ei ſuccurritur. c. ex ratione. 8. de appellationib. Similem duplicationẽ vide M. I. C. d. repl. 5. dupl. 1. Tertia duplicatio eſt: Niſi in cõſiſtorio Principis vel Papæ appellatio ſit introducta, vel introduci ſperetur. c. ex inſinuat. 50. d. tt. 2. q. 6. c. anteriorũ. §. ad hoc ſancimus. & c. vlt. §. ſed lis quæ ſperatur. l. 5. §. ſi tamen. C. de tempor. & reparat. appellat. Nouell. 23. §. ad hæc ſancimus. Quarta du-

plicatio est: Nisi consensu partium tempori prosequendæ appellationis sit renunciatum. Clement. quamdiu. 4. de appellationib. & d. l. 5. §. fin. Quinta duplicatio est: Nisi pendente appellatione in arbitros sit compromissum. d. Clemen. quamdiu. 4. vers. per compromissum. & Nouell. 93. M. I. R. d. repl. 3. dupl. 5. Sextæ duplicationis loco notandum, quòd nō ipso temporis decursu confirmetur sententia, à quæ est appellatum: sed iudicem de actis iudicare debere, & ita dictam sententiam vel absente appellatore aut confirmare aut infirmare. c. constitutus. 45. de appellationibus. Concordat M. I. C. d. repl. 5. dupl. 6. Septima duplicatio est: Nisi alius nomine absentis appellationem fuerit prosecutus. Approbatur M. I. C. d. repl. 5. dupl. 10. Cuius triplicatio hæc est: Nisi causa principaliter per alium agi non potuit: tunc enim nec appellatio eius per alium potest exerceri. 2. q. 6. c. si quando. l. 1. §. sin autem non sit. & §. fin. ff. an per alium causa appell. Octaua duplicatio est: Nisi pluribus simul condemnatis, vnus ex ijs appellationem fuerit prosecutus: eius enim appellatio cæteris quoq; prodest. 2. q. 6. c. vlt. §. quandoq; vnam. l. 2. C. si vnus ex pluribus. Nona duplicatio est: Nisi alia appellatio, non ea ex qua exceptio proposita obijcitur, fuerit deserta. c. directa. 39. de appellationibus. Decima duplicatio est: Nisi procurator ad prosequendam appellationem datus fines mandati excesserit: tunc enim etiam post annum appellans admittitur. c. significante. 69. d. tt. Vndecima duplica-

plicatio videtur : Nisi desertionis exceptione non opposita nihilominus ambo vel alteruter postea fuerit appellationem prosecutus. Sed reprobatur Clement. si appellationem. 6. de appellationib. Hæc de quarta replicatione eiusq; duplicationibus sunt dicta. Sed & plures huiusmodi duplicationes vide M. I. C. d. repl. 5. Quinta propositæ exceptionis replicatio videtur: Nisi appellatio iudici, à quo appellatum est, porrecta ab eo non sit lecta. Sed reprobatur c. appellatio. 9. de appellationibus, in 6. Sexta replicatio est: Nisi appellans nō fecerit suum officium. c. 1. §. quod si appellator. eod. tt. Officia autem appellantis, quibus non præstitis, proposita replicatio ei obstat, vide §. cap. prox. quæst. 6. & 7. Hæc de vicesimasexta exceptione eiusq; replicationibus sunt dicta. Sed & plures huiusmodi replicationes vide §. cap prox. quæst. 2. Quæ enim ibi exceptiones aduersus appellationem enumeratæ sunt, hic replicationum loco repeti possunt. Sed & plures vide §. cap. prox quæst. 7 reg. 13. item M. I. C. d. except. 48.

XXVII. Exceptio: Nisi grauatus iter ad Papam arripuerit. c. vnico, de clericis peregrinantibus. Concordant ea quæ habentur §. except. 6. repl. 1. dupl. 6.

XXVIII. Exceptio: Nisi grauatus ob vim sibi factam appellare non potuit. Hæc exceptio approbatur sub conditione c. vlt. de appellationib. l. 2. in fine. C. de his qui propter metum iud. non appell.

XXIX. Exceptio: Nisi authoritas superioris contra sententiā imploretur. 6. q. 4. c. vlt. c. quod bene.

vers. nisi fortè vbi fuerit. Sed hæc imploratio videtur intelligenda de appellatione, vel de in integrum restitutione.

XXX. Exceptio: Nisi post sententiam latam noua instramenta in causa sint inuenta. Reprobatur hæc exceptio c. inter monasterium 20. vers. cum sub prætextu & c. suborta. 21. §. fin. de re iudicata. Vide item M. I C. lib. 2 cap. 29. except. 53. M. I. R. lib. 2. cap. 18. reg. 5. except. 74.

XXXI. Exceptio: Nisi contra sententiam Papa rescripserit. Hæc reprobatur c. ea quæ. 4. de re iudicata. Concordat M. I. C. d. cap. 29. except. 55.

XXXII. Exceptio: Nisi condemnatus satisfacere sit paratus. Hæc exceptio reprobatur c. cum aliquibus. 6. d. tt. & l. 4. §. sit prætor ff. eod. tt.

DE EXECVTIONE REI iudicatæ, deq; expensis litis, & sportulis iudicum ac ministrorum.

Cap. XX.

HActenus exceptiones aduersus sententiam & rem iudicatam enumerauimus, quæ tum actioni iudicati, tum rei iudicatæ exceptioni possunt obijci: quarum tamen plures vide M. I. C. d. cap. 29. Sequitur nunc de executione rei iudicatæ, necnon de expensis litis præstandis, & de sportulis iudicum ac ministrorum.

I. Re-

I. Regula : Res iudicata ad mandatum iudicis exequenda est. l. 8. C. de appellation. M. I. R. lib. 2. cap. 19. reg. 8. Cuius exceptio hæc videtur : Nisi sententia executori iniusta appareat. Quæ tamen reprobatur c. pastoralis. 28. §. quia verò. de officio delegati. M. I. R. d. cap. 19. reg. 11. Planè si sententia nulla dicatur, quæstio ad iudicem qui sententiam protulit, deferenda est. c. de cætero. 5. de re iudicata. M. I. R. lib. 2. cap. 17. reg. 48.

II. Regula : Delegatus iudex vel ordinario exequendam sententiã suam mandare potest. d. §. quia verò. & d. c. de cætero. Vel ipse eam potest exequi. c. significasti. 7. de officio delegati. Concordat §. libro prox. cap. 5. de iurisdict. reg. 1. except. 19. repl. 1. Planè ordinario à lege executio mandatur, c. si quis contra. 4. §. fin. de foro competenti.

III. Regula : Ante sententiam executio non facienda. c. significante. 69. de appellationibus. l. 58. ff. de re iudicata l. 1. C. de execut. rei iudicatæ. M. I. R. d. cap. 19. reg. 14. Huius regulæ exceptio prima est in excommunicato absoluendo, per ea quæ proposita sunt §. lib. prox. cap. 8. quæst. 10. reg. 6. & cap. 13. quæst. 4. reg. 1. except. 1. Altera exceptio est in spoliato seu deiecto de sua possessione : hic enim ante cognitionem est restituendus, per ea quæ habentur §. cap. 9. de exceptione spolij.

IV. Regula : Post sententiam dictam, quæ in rem transiuit iudicatam, executio non est differenda. 2. q. 1. c. sicut. Dantur tamen condemnato quatuor

menses ad soluendum. l. 2. C. de vsuris rei iudicatæ. Quod tempus à iudice arctari & prorogari causa cognita potest. c. quod ad consultationem. 15. vers. sed nec executionem. de re iudicata. l. 2. ff. eod. tt. Plura de hac re vide M. I. C. lib. 2. cap. 30. quæst. 5. M. I. R. lib. 2. cap. 19. reg. 6. except. 1.

V. Regula: Si quis executionem iniustam putauerit, precibus, non vi tentare debet, an ea possit differri, donec superior magistratus consulatur. c. si quando. 8. & c. pastoralis. 28. §. quia verò sæpè, in fine. de officio delegati.

DE SVMPTIBVS ET EXPENSIS litis præstandis.

VI. Regula: Sumptus seu expensas litis victus victori præstare tenetur. c. vt debitus. 59. §. cum autē. vers. etsi minus. de appellationibus. c. calumniam. 4. de pœnis. Concordat M. I. C. lib. 2. cap. 31. de sumptibus litis, quæst. 1. reg. 1. in princ. M. I. R. d. c. 19. reg. 33. Huius exceptio prima hæc est: Nisi sententia pro absente feratur. d. c. 4. vers. nisi sententia pro absente feratur. Altera exceptio videtur: Nisi sententia definitiua nondum fuerit dicta. Quæ tamen reprobatur c. finem. 5. & ibi glossa. de dolo & contumacia. Accedit Mynsing. cent. 1. obseruat. 23. Plures propositæ regulæ exceptiones vide M. I. C. d. reg. 1.

VII. Regula: Si quis citatus in termino statuto non comparuerit: aduersario expensas præstare tenetur. c. reprehensibilis. 26. §. si autem in. de appellationib. c. cum dilecti. 6. in fine. de dolo & contumacia.

nacia. Concordant ea quæ habentur ff. reg. 19. excepti. 2. item §. cap. 6. quæst. 4. reg. 6. & M.I.C. d. q. 1. reg. 2. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi ex iusta vel rationabili causa abfuerit. c. querelam. 2. de procuratoribus. Altera exceptio est: Nisi absens procuratorem apud acta habuerit. Cuius replicatio est: Nisi procurator non sit idoneus, vel non sufficiès. Quæ replicatio approbatur exemplo c. constitutis. n. d. tt. & c. Nicolao. 64. de appellationibus. Huius replicationis species sunt exceptiones procuratoriæ, quas §. cap. 4. quæst. 1. enumerauimus. Plures propositæ regulæ exceptiones vide §. cap. 6. quæst. 4. in fine.

VIII. Regula: Si reus exceptionem excommunicationis, quam in qualibet litis parte opponere potest, non ab initio, sed post multos labores & sumptus ab actore factos opposuerit: actori in expensas condemnatur. c. exceptionem. 12. vers. qui si eam. de exceptionibus.

IX. Regula: Iniustè appellans sumptus aduersarie in quadruplum restituere tenetur. 2. q. 6. c. omnino. Plura de expensis litis præstandis vide M.I.C. lib. 2. cap. 31. de sumptibus.

DE SPORTVLIS IVdicum.

X. Regula: Clerici iudicantes nihil pro suis sententijs accipere debent. c. cum ab omni. 10. de vita & honestate clericor. M.I.R. lib 2. cap. 19. reg. 45. except. 21.

XI. Regula: Taxatio expensarum pro literis

cancellariæ dandarum habetur extrauag. Ioan. XXII. vnica, de sentent. excom. Plura de sportuis iudicum & ministrorum vide M. I. C. d. cap. 31. de sportulis.

DE MISSIONE IN POSSESIONEM bonorum rei seruandæ causa.

Executionis speciem habet missio in possessionem bonorum debitoris rei seruandæ causa. Ideoq; de ea nonnulla hic subijciemus.

XII. Regula: Si reus conuentus potestatem sui non faciat, nec defendatur: in bona eius fit missio, vel saltem in rem petitam. c. tuæ fraternitati. 3. vt lite non contestata. Concordat §. cap. 6. quæst. 4. reg. 4. M. I. R. lib. 2. cap. 20. reg. 2. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi agatur de beneficio ecclesiastico. c. vnico, de eo qui mittitur in possessionem, in 6. Altera exceptio est: Nisi absens reuersus defensionem sui suscipere sit paratus. Quæ approbatur simul & distinguitur per ea quæ traduntur 3. reg. 19. Plures propositæ regulæ exceptiones vide §. cap. 6. quæst. 4. in fine. & M. I. C. lib. 2. cap. 32. quæst. 3.

XIII. Regula: Ab eius loci magistratu, in quo bona sita sunt, missio fieri debet. c. 1. §. contrahentes. de foro competenti, in 6.

XIV. Regula: Si in rem agatur, in solam rem petitam missio est facienda, non in vniuersa bona possessoris. c. quoniã. 5. §. in alijs verò. vt lite non contestata. l. 7. §. itẽ videamus. ff. quib. ex causis in possess. eatur.

XV. Re-

XV. Regula: Si personali actione agatur, in bona mobilia: vel ijs non sufficientibus, in immobilia pro modo debiti declarati actor est mittendus. d. c. quoniam. 5. §. si autem super.

XVI. Regula: Si clericus contumaciter absit, ex fructibus præbendarijs suis creditoribus satisfieri oportet. c. peruenit. 2. de fideiussoribus.

XVII. Regula: Antequam missio fiat, causa summatim examinanda. d. c. quoniam. 5. §. quod si super. vers. negocium summatim. l. 2. in fine. C. vbi in rem actio.

XVIII. Regula: De fructibus possessionis à misso non dissipandis, sed sequestrandis, cauetur c. dilectus. 2. de sequestrat. possess.

XIX. Regula: Absens reuersus, si defensionem causæ suscipere est paratus, & cautionem iudicio sisti præstet: rescissa missione possessionem recuperat. d. c. quoniam. 5. §. in alijs verò. vers. qui si venerit. vt lite non contestata. c. cum venissent. 3. de eo qui mittitur in possess. c. 1. de dolo & contumacia. Concordat M. I. C. lib. 2. c. 32. quæst. 3. except. 5. in princ. M. I. R. d. c. 20. reg. 2. except. 2. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi non intra, sed post annum defensionem causæ suscipere sit paratus. d. vers. qui si venerit. ibi: quòd si cautionem offerre. M. I. R. d. except. 2. repl. 1. Huius replicatio videtur: Nisi reuersus habeat indulgentiam Papæ, ne temporis cursus ei noceat. Sed reprobatur c. dilecto. 28. de verb. significat. Plures replicationes vide 1. reg. prox. except. 3. & 4.

Altera propositæ regulæ exceptio est : Nisi reuersus expensas litis aduersario non soluat. d. vers. qui si venerit. ibi : exhibita satisfactione congruæ expensarum. c. cum venissent. 3. §. fin. de eo qui mittitur in possess. 6. ex literis. 2. §. fin. de dolo & contumacia. Concordant item ea quæ habentur §. reg. 7. & M. I. C. d. except. 5. repl. 3. Huius exceptionis replicatio est : Nisi reuersus ex iusta causa abfuerit, d. c. cum venissent. 3. §. nos igitur. vers. hoc etiam. Tertio exceptionis loco notandum, quòd si delegatus Papæ aliquem in possessionem miserit, delegato mortuo absens reuersus possessionem non nisi à Papa recuperet. c. pastoralis. 11. §. præterea. vers. nec per alium. de officio ordinarij. Plures huiusmodi exceptiones vide M. I. C. d. except. 5.

XX. Regula : Post annum à missione facta missus verus possessor constituitur, absenti proprietatis causa reseruata. d. vers. qui si venerit. & d. c. quoniam. 5. §. quod si super. vers. omni allegatione absenti. vt lite non contestata. c. 1. de eo qui mittitur in possessionem. M. I. R. d. cap 20. reg. 8. Huius regulæ exceptio prima hæc videtur : Nisi actor missus non fuerit admissus, vel fuerit expulsus. Sed reprobatur c. contingit. 9. de dolo & contumacia. Alterа exceptio est : Nisi is qui missionē passus est, intra annum cautionem iudicio sisti præstiterit. Quæ exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt §. reg. prox. in prin. Huius replicatio est : Nisi voluntate, non re ipsa intra annum dictam cautionem præstiterit.

terit. d.c.1. de eo qui mittitur. vers. licet voluntatem. Tertia exceptio est: Nisi per reum non steterit, quo minus intra annum dictam cautionem præstaret. c. cum sicut. 2. d. tt. c. pastoralis. n. §. præterea. vers. veruntamen. de officio ordinarij.

XXI. Regula: Adfine missionis remedium est, sequestratio rei petitæ vel bonorum debitoris. c. ex literis. 2. de dolo & contumacia. Reprobatur tamen c. 1. de sequestrat. possess.

XXII. Regula: Est item missionis adfine remedium, causæ cognitio etiam absente aduersario. c. vnico. §. fin. de eo qui mittitur in possess. in 6. De hoc remedio dictum ẽ. cap. 6. quæst. 4. reg. 3. Hac de missione in possessionem bonorum rei seruandæ causa sint dicta. de qua vide plura M. I. C. lib. 2. cap. 32. cum aliquot sequentibus.

DE COMPROMISSIS.

Cap. XXI.

HActenus euentus & consequentia iudiciorum priuatorum descripsimus. Supersunt adfinia iudiciorum remedia, qualia sunt Compromissum & transactiones, de quibus sequitur.

1. Regula: Compromissum regulariter præsumitur obligatorium, & actionem simul & exceptionem parere. de qua dicetur ẽ. reg. prox. Accedit M. I. R. lib. 2. cap. 22. reg. 1. Verum plures regulæ propositæ recipit exceptiones, quarum prima hæc est: Nisi quis nomine alieno sine speciali mandato compro-

mis-

miserit. Cuius tamen replicatio est: Nisi is cuius nomine compromissum est, arbitrium receperit, vel ratum habuerit. c. per tuas. 9. §. super quo. de arbitris. Altera exceptio est: Nisi in seruum sit compromissum. 3. q. 7. c. infames. §. seruus. Plura de hac exceptione vide M. 1. C. lib. 2. cap 38. quæst. 2. except. 6. Tertia exceptio videtur. Nisi in libertinum sit compromissum. Sed reprobatur d. §. seruus. vers. libertinus potest. l. 7. in princ. ff. de recept. arb. Quarta exceptio est: Nisi in mulierem sit compromissum. l. vlt. C. eod. tt. Cuius replicatio est: Nisi mulier de consuetudine habeat iurisdictionem. c. dilecti filij. 4. de arbitris. Quinta exceptio videtur: Nisi in ignominiosum sit compromissum. Sed reprobatur d. c. infames. §. cognitores. & d. l. 7. in prin. Sexta exceptio: Nisi in iudicem ordinarium sit compromissum. d. c. infames. § si quis verò iudex. l. 9. §. si quis iudex. ff. de recept. arbitris. Huius replicatio est: Nisi iudex ordinarius non sit competens reo. 2. q. 6. c. à iudicib. §. ordinarij & arbitrarij. Septima exceptio videtur: Nisi in duos plurésve numero pares sit compromissum. c. 1. de arbitris. vbi tamē magis consilium quam lex dari videtur: cum ipsum compromissum ob parem numerum non vitietur. l. 17. §. principaliter. ff. eod. tt. & glossa in d. c. 1. in verbo Sanè. Octaua exceptio: Nisi ita sit compromissum, vt arbitri si dissenserint, alium vel alios assumerent. c. innotuit. 12. de arbitris. & d. l. 17. §. si in duos. Contradicit tamē c. cum à nobis. 13. eod. tt. De qua contrarietate vide

glossam

glossam in d. c. cum à nobis, in verbo Mediatorum. Nona exceptio videtur: Nisi in causa patris in filium sit compromissum. Sed reprobatur 3. q. 7. c. infames. §. filius etiam. l. 6. ff. de receptis arbitris. Decima exceptio est: Nisi de spiritualibus in laicum fuerit compromissum. c. contingit. 8. de arbitris. M. I. R. d. c. 22. reg. 1. except. 14. Cuius replicatio est: Nisi authoritate iudicis in laicum sit compromissum. c. per tuas. 9. §. fin. eod. tt. M. I. R. d. reg. 1. except. 1. Vndecima exceptio: Nisi in causa restitutionis in integrum, vel matrimoniali, liberali aut criminali fuerit compromissum. c. causa restitutionis. 9. de in integr. restitut. l. 32. §. de liberali causa. ff. de receptis arbitr. M. I. R. d. cap. 22. reg. 1. except. 12. Duodecima exceptio: Nisi ecclesiæ exempta in praiudicium exemptionis compromiserit. c. cum tempore. 5. de arbitris. Decimatertia exceptio: Nisi pœna compromisso nõ sit adiecta. c. per tuas. 9. §. si verò receptũ. d. tt. Plura de hac exceptione vide M. I. C. d. quæst. 2. except. 25. & M. I. R. d. reg. 1. except. 17. Decimaquarta exceptio: Nisi alter compromittentium pendente compromisso decesserit. c. vlt. de arbitris. Plura de hac exceptione vide M. I. C. d. quæst. 2. except. 32. Hæc de exceptionibus aduersus compromissum: quarum tamen plures vide M. I. C. d. quæst. 2.

11. Regula: Si sententiæ arbitri non pareatur: actio ad pœnam persequendam competit, per ea quæ habentur M. I. C. lib. 2. cap. 40. quæst. 1. causa 7. M. I. R. d. cap. 22. reg. 7. Cuius regula exceptio prima

plures. vers. inde quæritur. Quinta exceptio: Nisi nō omnib. præsentib. arbitri sententiā dixerint. c. vno delegatorum. 42. de officio delegati. l. 17. §. fi. cum l. sequente. ff. de receptis arbitr. M. I. R. d. reg. 7. except. 7. Cuius replicatio est: Nisi absentes adesse nolint. c. vt quæstionib. 2. de arbitr. in 6. Plura de hac exceptione vide M. I. C. lib. 2. cap. 40. q. 1. except. 14. Sexta exceptio est: Nisi de alia re, quàm de qua cōpromissum est, sententia sit lata. c. cum dilectus. 6. in fi. de arbit. Plura de hac exceptione vide M. I. C. d. q. 1. except. 6. itē M. I. R. d. reg. 7 except. 4. Septima exceptio est: Nisi sententia id præceptum sit, quod est contra iuramentum eius, cui præceptū est. Quæ exceptio approbatur exemplo c. veniens. 16. de iureiurando. Octaua exceptio videtur: Nisi à sentētia arbitri fuerit appellatū. Hæc exceptio approbatur simul & distinguitur per ea quæ proposita sunt §. c. 18. q. 2. except. 1. Hæc de exceptionibus aduersus sententiam arbitri, & actionem quæ ex istiusmodi sententia instituitur. Plures huiusmodi exceptiones vide M. I. C. d. cap. 40. quæst. 2.

III. Regula: Si quis nomine alieno compromiserit: siquidem dominus mandauit, aduersus ipsum dominum: sin minus, aduersus falsum procuratorē datur ex cōpromisso actio. c. per tuas. 9. §. super quo. de arbitris. l. 32. §. pen ff. eod. tt. Hæc de compromissis: de quib. tamen vide plura M. I. C. lib. 2. c. 38. cum duob. c. app sequentib. Sequitur alterū iudiciorū adfine remedium, quod in transactione consistit.

METHODI IVRIS PONTIFICII

LIBER III.

DE RE ECCLESIASTICA.

DE ECCLESIIS IN genere.

Cap. I.

HACTENVS *de iudicijs tam priuatis quàm publicis, necnon de legibus ac magistratibus actum est. Nunc de re ecclesiastica & religionis primùm quidem in genere, hinc in specie de personis, rebus & actibus ecclesiasticis agetur. Generalis tractatus ha sunt regulæ.*

I. Regula, continens distinctionem significatorum vocabuli Ecclesia, habetur in glossa c. vltim. in verbo Ecclesiam. ne prælati vices suas, &c.

II. Regula: Vna est ecclesia vniuersalis, extra quã non est salus. c. 1. §. vna verò. de summa trinitate. 1. q. 1. c. teneamus. 24. q. 1. c. loquitur. c. quia ex sola. c. quoniam. c. pudenda. §. etenim. c. schisma. item distinct. 93. c. qui cathedram.

III. Regula: De ecclesiis non diuidendis cauetur c. auaritia. 10. in fine. de præbendis. distinct. 10. c. 1. §. sanctus quidem. 16. q. 1. c. multis. q. 7. c. sicut.

21.q.2.c. sicut. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi episcopus in diuisionem consenserit. d.c. multis. vers. cum voluntate eius episcopi. & d. q. 1. c. decimas. §. fin. Altera exceptio est; Nisi Papa Ecclesiam diuiserit. d. §. fin. Huius exemplum habetur extrauag com saluator. 5. cum duab sequentib. de præbendis. Plura de regula proposita vide 3. cap. 7. reg. 112.

IV. Regula: De euentu diuisionis ecclesiarum cauetur extrauag. Ioan. XXII. 1. de concessione præbendæ. extrauag. com. vnica, de officio delegati. Alius effectus habetur extrauag. Ioann. XXII. ad Apostolatus. 2. de concessione præbendæ.

DE VNIONE ECCLE-
siarum.

V. Regula: Ecclesia quæ minus habet quàm decem mancipia, alijs ecclesijs coniungenda. 10. q. 3. c. vnio. §. eadem scilicet Hostilitatu quoq; & paupertatis ratione fit vnio ecclesiarū. 16 q. 1. c. postquam. 25. q. 2. c. vlt. §. hostilitatu quoq;.

VI. Regula: Prælatus inferior citra superioris consensum non potest suam ecclesiam vel sibi subiectam alteri vnire. c. sicut. 8. de excessibus prælatorū. 16. q 1. c. plures. §. ius ergo. Quod autem d. c. 8. dicitur, vnire episcopatus ad summum pertinere Pontificem, ei concordat 16 q. 1. c. decimas. §. fin. Exemplum vnionis habetur d. q. 1. c. & temporis.

VII. Regula: Episcopus vnire potest ecclesiam alteri ecclesiæ, etiam non vocato rectore vel defensore. Clement. si vna. 2. de rebus ecclesiæ non alienandis.

nandis. 16. q. 1. c. præcipimus. §. sicut. Cuius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi mensæ suæ vel capitulo ecclesiam vellet vnire. d. Clement. si vna. 2. vers. quod si episcopus. Altera exceptio est: Nisi plures baptismales ecclesias vna terminatione episcopus velit vnire. 16. q 1. c. plures.

DE ECCLESIIS TRANSFERENDIS ac transmutandis.

VIII. Regula: De causa transmutationis triplici cauetur De consecrat. distin. 1. c. tribus.

IX. Regula: Quorum consilio & authoritate transmutatio faciëda, cauetur 16. q. 7. c. si quis vult.

X. Regula: Ne in priuatum vel secularem vsum ecclesiæ conuertantur, cauetur d. q. 7. c. nemini. 19. q. 3. c. quæ semel c. quoniam.

XI. Regula: De transferenda sede episcopali cauetur 25. q. 2. c. vlt.

XII. Regula: Secularis ecclesia ad statum regularem potest commutari. c. ad audientiam. 5. de ecclesiis ædificandis.

XIII. Regula: Ecclesiæ licet habere patrimonium, item actorem seu syndicum. c. vnico, de syndico. 12. q. 1. c. exemplum. c. expedit. c. habebat. Huius regulæ exceptio videbatur esse in prædijs seu rebus immobilibus. Sed reprobatur hæc exceptio d. q. 1. c. futuram. c. videntes.

XIIII. Regula: De ecclesiis non violandis, & violatorum pœna, cauetur c. relatum. 21. §. fin. de iure patronatus. 17. q. 4. c. ad episcopos. c. atten-

dendum. c. si quis. Plura de hac re vide 1. reg. 27.

XV. Regula: De ecclesiis defendendis contra laicos cauetur distinct. 96. c. vlt. & distinct. 97. in prin. §. sed sicut ex. c. 1. cum c. sequente.

XVI. Regula: Comparatio ecclesiastici & ciuilis status habetur distinct. 96. c. cum ad vtrum. c. quis dubitet. c. duo sunt.

XVII. Regula: Ecclesia cum suis personis, rebus & actibus laicorum dispositioni vel iudicio nō subijcitur, per cc. iam proposita. Quibus accedit d. dist. 96. in princ. cum c. sequente. c. nos ad fidem, cum c. sequente. c. vbinam. c. deniq;. c. satis. c. in scripturis. c. si Imperator. c. nunquam. c. sicut. item distin. 97. in princ. Concordant item ea quæ habentur 1. c. 6. reg. 18. & cap. 12. reg. 5.

XVIII. Regula: Ecclesia perinde ac minor restitutionem in integrum petere potest. c. 1. cum c. sequente. de in integr. restitut. Clement. vnica, eod. tt. M. I. R. lib. 5. cap. 13. reg. 33. Huius exceptio prima videtur: Nisi aduersus aliam ecclesiam in integrum restitui petat. Sed reprobatur c. auditis. 3. eod. tt. Altera exceptio est: Nisi semel petita restitutio in integrum ei sit denegata. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur c. vlt. d. tt.

XIX. Regula: Ecclesiæ quadraginta annorum præscriptio obstat. c. de quarta. 4. c. illud. 8. & c. quia indicante. 9. de præscriptionibus. c. si qui. 2. eod. tt. in 6. 16. q. 3. c. placuit. §. cæterùm aduersus. c. iubemus. §. de præscriptionibus. item q. 4. c. vlt. Nouell. 110.

&

& Nouell.131. §. item pro temporal. Item concordat M.I.C. lib.3.cap 6. quæst.8. reg.4. M.I.R. lib.3. c.6. reg.2. except.15. & lib.5.cap.2.reg.4. except.3. Planè propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi ecclesia vacauerit: hoc enim tempus, quo vacauerit, ex hac quadragenaria præscriptione detrahitur. d. c. de quarta. 4. & 6. auditis. 15. eod. tt. de præscriptionibus. Altera exceptio est: Nisi quadraginta annorum præscriptio sit interrupta. d.c. auditis. 15. vers. si autem exceptionem. & c. illud. 8. §. fin. eod. tt. Tertia exceptio est: Nisi belli tempus interceſſerit. c. ex transmissa. 10. d. tt. Quarta exceptio est: Nisi schisma interceſſerit. c. cum nobis. 14. eod. tt. Quinta exceptio est: Nisi ecclesia contra ecclesiam præscribat: tunc enim triginta anni ad præscribendū sufficiunt. 16. q. 3. c. placuit. §. cæterùm. vers. in canonib. Concordant ea quæ habentur 3. cap. 9. reg. 2. in princ. Contradicit d.c. de quarta. 4. c. ad aures. 6. de præscriptionibus. Planè propositæ exceptionis replicatio est: Nisi monasterium contra ecclesiam præscribat: hoc enim casu requiruntur quadraginta anni. d. §. cæterùm. vers. monasteriū aduersus ecclesiam. 16. q. 4. in prin. cum sequentibus, vsq; ad c. vlt. Sexta exceptio est: Nisi aduersus Romanam ecclesiā præscribatur: huic enim non nisi centum annorum præscriptio nocet. c. ad audientiam. 13. c. cum nobis. 14. & c. si diligenti. 17. in fine. de præscriptionibus. c. si qui. 2. vers. nisi contra ipsam. eod. tt. in 6. c. cum dilecta. 4. §. quia verò. vers. vt cum aduersus. de con-

firmatione vtili. item 16.q.3.c.vlt. Contradicit 16. q.4.c.volumus. vers. etiam si quid Romanæ. Planè huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi bona hæreticorum ab illorum liberis Romana ecclesia vindicet: hoc enim casu vindicanti quadraginta annorum præscriptio nocet. d.c. si qui. 2. §. si post mortẽ. de præscript. in 6. Septima exceptio est: Nisi ecclesia conuersa vindicetur: hanc enim conuertens episcopus triennio præscribit. Qua exceptio approbatur simul & distinguitur c.1. de præscriptionibus. Hæc de decimanona regula: de qua tamen vide pluraꝫ. c.9. reg.2. & lib.5 cap.6. reg.10.

XX. Regula: Ecclesia triginta annis præscribit. c. sanctorum. 3. de præscriptionibus.

XXI. Regula: Ecclesiæ nomine sine authoritate prælati non litigandum. c. causam. 9. de iudicijs.

XXII. Regula: Ex contractu vel delicto clerici ecclesia non obligatur, nec ei præiudicatur. c. 1. de depositio. c. quod quibusdam. 4. de fideiussorib. c. delictum. 76 de reg. iuris, in 6. 16. q. 6. c. si episcopum. c. si fortassis. c. episcopo. c. vlt. §. si ergo. Nouell. 120. §. at si quis episcopus. & Nouell. 123. si verò œconomi. Concordat item ꝫ. lib. 5. cap. 9. reg. 20, except. 1. M. I. R. lib. 3. cap. 1. reg. 1. Propositæ regulæ exceptio hæc est: Nisi aliquid ex contractu vel delicto clerici ad ecclesiam peruenerit, vel in rem eius sit versum. d.c. 1. vers. cum non constet. & d.6. quod quibusdam. 4. vers. nisi forte in vtilitatem. item c.1. de solutionib. M.I.R. d. reg. 1. except. 1.

XXIII. Re-

XXIII. Regula : Nomine ecclesiæ prælatus conueniri potest. c. edoceri. 21. de rescriptis. l. 31. §. hoc nihilominus. C. de episcopis & clericis. Contradicit Nouell. 123. §. episcopus.

XXIV. Regula : De immunitate ecclesiæ cauetur c. non minus. 4. de immunitate ecclesiæ. c. 1. & c. clericis. 3. eod. tt. in 6. c. quanquam. 4. de censibus, in 6. Clement. vlt. eod. tt. 12. q. 2. c. ecclesiarum. 16. q. 7. c. ecclesias, in fine. 23. q. 8. c. secundum. Concordant item ea quæ habentur M. I. C. lib 3. c. 6 quæst. 8. reg. 2. in prin. M. I. R. d. cap. 1. reg. 2. Planè d. c. clericis. 3. mutatur Clement. vnica, eod. tt. de immunitate ecclesiar. Declaratur extrauag. comm. 1. in prin. eod. tt. Sed & contradicit proposita regula c. omnis. 2. de censibus. item 11. q. 1. c. magnum. 23 q. 8. c. tributum. Sed ex his notanda est prima proposita regulæ exceptio hæc, quòd propace & quiete tributum ab ecclesia persoluatur. Cui concordat l. 11. C. de sacrosanctis ecclesiis. M. I. R. d. reg. 22. except. 1. Altera exceptio est : Nisi ecclesiasticum sit munus, quod ecclesiæ iniungitur. c. 1. vers. prater ecclesiasticum. de censibus. Cuius replicatio est : Nisi episcopus nouum censum ecclesiæ imponat. c. scientes. 3. eod. tt. Tertia exceptio est : Nisi procuratio in visitationibus exigatur. c. cum venerabilis. 21. eod. tt. Quarta exceptio est : Nisi ecclesia quid vltra mansum, domos & hortos iuxta ecclesiam positos habeat : hoc enim quod amplius est, immune nō videtur. c. 1. in fine. de censibus. 23. q. 8. c. sanctum. Quinta exceptio est : Nisi

necessitas vrgeat. c. peruenit. 2. & c. non minus. 4. §. quocirca. vers. nisi episcopus. de immunitate eccles. siar. Huius replicatio est: Nisi Papa non prius consulatur. c. aduersus. 7. in prin. vers. propter imprudentiam. eod. tt. extrauag. com. 1. §. cæterùm. eod. tt. Sexta exceptio videtur: Nisi ecclesia nondum sit consecrata. Sed reprobatur c. ecclesia. 9. eod. tt. Septima exceptio videtur: Nisi munera patrimonialia exigantur ab ecclesia. 11. q. 1. c. si tributum. M. I. R. d. reg. 2. except. 2. Contradicunt ea quæ posita sunt §. eod. reg. in prin. Octaua exceptio est: Nisi ecclesia nõ contenta decimis & primitijs, prædia, villas, castella & ciuitates possideat. 23. q. 8. c. si in mortem. §. sed notandum est. vers. porrò alij. Nona exceptio est in ijs quæ ecclesia nõ ex oblationibus, vel imperiali beneficio, vel ex sepultura, sed ex donatione inter viuos vel emptione possidet. d. q. 8. 6. sancitum. §. hinc datur. Hæc de vicesimaquarta regula eiusq; exceptionibus sint dicta. Sed & plures huiusmodi exceptiones vide M. I. C. lib. 5. cap. 6. quæst. 8, reg. 2.

XXV. Regula: Ecclesiæ res immunes sunt à lucratiuorũ descriptione. 23 q 8. c. in qualibet. §. sancimus. l. 18. C. de sacrosanctis ecclesijs.

XXVI. Regula: De securitate ijs qui ad ecclesias confugiunt, præstanda, & ne quis inde vi extrahatur, cauetur c. inter alia. 6. de immunitate eccles. distinct. 87. c. eos qui. 17. q. 4. c. sicut, in fine. c. miror. c. reum. c. frater. c. nullus. c. si quis contumax. c. si quis suadente. §. qui autem. c. diffinimit. 6. id constituimus

tuimus. Concordat item M.I.C. lib. 3. cap. 6. quæst. 8. reg. 6. M.I.R. d. cap. 1. reg. 4. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi publicus latro, vel nocturnus depopulator agrorum ad ecclesiam confugerit. d. c. inter alia. 6. vers. nisi publicus latro. M.I.R. d. reg 4. except. 1. Altera exceptio est: Nisi homicida voluntarius ad ecclesiã confugerit. c. 1. de homicidio. Cuius interpretationem vide apud Baptist. à Villalob. in Com. opin. litera C. num. 83 Accedit Nouell. 7. §. cæterùm. M.I.R. d. reg. 4. except. 2. Tertia exceptio est: Nisi seruus ad ecclesiam confugerit. Quæ exceptio approbatur sub cõditione d. c. inter alia. 6. vers. si verò seruus fuerit. & 17. q. 4. c. meminerunt. c. vxor. c. Iudas. c. id constituimus. §. seruus autem. Concordant item ea quæ habentur M.I.C. d. reg 6. except. 1. Quarta exceptio est: Nisi quis sub spe immunitatis in loco ecclesiæ crimen commiserit. c. vlt. de immunitate ecclesiæ. M.I.R. d. reg. 4. except. 29. Quinta exceptio est: Nisi fugiens ad ecclesiam ablata non restituat. 14. q. 6. c. 1. §. illud verò. Sexta exceptio est: Nisi fugienti à persequente præstito iuramento cautum sit de morte, debilitate membrorum, vel simili pœna non infligenda. 17. q. 4. c. id constituimus. vers. nisi ad Euangelia. Plures exceptiones vide M.I.C. d. reg. 6.

XXVII. Regula: De pœna eorum qui ecclesiæ pacem turbant, cauetur 24. q. 1. c. qui contra. q. 3. c. quisquis per. Concordat 5. reg 4.

XXVIII. Regula: De pœna eius qui in atrio ec-

cleſiæ pugnam committit, vel homicidium facit, cauetur 17.q. 4.c. ſi quis in atrio. Concordat M. I. C. lib.3. cap.6. quæſt.8.reg.5.

XXIX. Regula: De priuilegijs eccleſiarum non negligendis in genere cauetur 25.q. 2.c. priuilegia. c.quæcunq;. Concordat M.I.C d.quæſt.8.reg 1.Quæ autem ſint priuilegia eccleſiarum, ex præcedentib. patet. Sed & plura iſtiuſmodi priuilegia in ſequentibus proponentur. Pœna eius qui eccleſiaſtica priuilegia violat, cauetur 12.q.2.c. qui & diuinis.

XXX. Regula: Eccleſia res alienas rapere vel nõ inuadere non licet.12.q.2.c.ſicut. Hæc de eccleſia in genere ſunt dicta. De ædificandis & dedicandis eccleſijs dicetur j. cap.15. Sed & de eccleſia vacante nonnulla reſtant dicenda: de qua ſequitur cap.prox.

DE ECCLESIA VACante. Cap. II.

PRima regula: Eccleſia vacare dicitur per prælati mortem, non ſolùm naturalem, ſed etiam ciuilem: vt puta per eius captiuitatem.c.ſi epiſcopus.3. de ſupplenda neglig. prælin 6.

II. Regula: Eccleſia vacante, capitulo debetur ius prælati defuncti.c. his quæ.11. §. fin. c. cum olim. 14. de maioritate & obedientia. c.vnico, eod.tt.in 6. & d.c.ſi epiſcopus.3.M.I.R lib.3.cap.1.reg.16. Huius regulæ exceptio prima eſt: Niſi ſpecialiter à Papa quid capitulo ſit interdictum.d.c.vnico. verſ. niſi ei fuerit à ſede apoſtolica. Altera exceptio eſt in iure correctionis, excommunicationis & ſuſpenſionis, d.

c.ii.

c.11. verſ. excepto quod de correctione. Tertia exceptio eſt in iure conferendi præbendas, c.illa.2. ne eccleſia vacante aliquid innouetur.c.vlt.de regularibus,in 6. Huius exceptionu replicatio prima hæc eſt: Niſi ad præſentationem patroni capitulum aliquem inſtituat.c.1.de inſtitutionib.in 6. Altera replicatio eſt: Niſi collatio communiter ad epiſcopum & capitulum pertineat.c.1.in prin.ne ſede vacante, in 6. Quarta exceptio eſt: Niſi ſede apoſtolica vacante, cardinales aliquid circa canones immutare velint, vel quid ſimile, quod eſt meri imperij, vſurpare. Clement.ne Romani.2.in prin.de electione.

III. Regula: De eccleſia vacante alicui committenda, donec alius eligatur, cauetur c.nemo.15.& c. cum ex eo.34.§.porrò ſeptennio.de electione,in 6.

IV. Regula: De œconomo eccleſiæ vacanti conſtituendo cauetur c.cum vos.4 de officio ordinarij.

V. Regula: Eccleſiæ cathedrali vacanti ſolus Papa adminiſtratorem deputare poteſt. Quæ regula approbatur ſimul & diſtinguitur c. vlt. de ſupplend. neglig.prælat.in 6.c.is cui.42.verſ.cui ſoli hoc competit. de electione, in 6. Idem cauetur in adiutore adiungendo c.vnico,de clerico ægrotante,in 6.

VI. Regula: De iure & officio eius cui eccleſia vacans eſt commiſſa,cauetur d.c.is cui.42.

VII. Regula: Is cui eccleſiæ vacantis adminiſtratio commiſſa eſt, beneficia conferre non poteſt. Quæ regula approbatur ſimul & diſtinguitur d.c. vlt.§.fin.Concordat §.reg.2 except.3.

VIII. Re-

VIII. Regula: Commissarius prælaturam retinere non debet: sed operam dare, vt intra annum aliquis eligatur: quod nisi fecerit, alius ei est substituendus. 7. q. 1. c. constitutum.

IX. Regula: De inuentario rerum ecclesiasticarum conscribendo cauetur 12. q. 2. c. charitatem.

X. Regula: De bonis & fructibus ecclesiæ vacantis non occupandis, sed eligendo reseruandis, cauetur c. generali. 13. & c. quia sæpe. 40. de electione, in 6. Clement. statutum. 7. eod. tt. Clement. 1. §. in quibus etiam de supplenda neglig. prælator. c. vlt. de officio ordinarij, in 6. Propositæ regulæ exceptio prima hæc videtur: Nisi consuetudo sit, vt fructus primi vel secundi anni applicentur quibusdam personis. Sed hæc exceptio reprobatur certo modo extrauag. com. vnica, ne sede vacante aliquid innouetur. extrauag. Ioann. XXII. suscepti. 2 de electione. extrauag. com. exhibita. 4. de priuilegijs.

XI. Regula: Ne ecclesia vacante aliquid innouetur, cauetur c. 1 & c. vlt. ne sed. vacante, &c.

XII. Regula: Sede apostolica vacante, nihilominus ad eam venire debent, qui aliàs ad Pontificem venire sunt adstricti. Clement. ne Romani. 2. §. fin. de electione.

XIII. Regula: Electis etiam alibi morantibus sede vacante, circa electionem suam nullum ex mora præiudicium generatur. extrauag. Ioann. XXII. de electione. Hæc de sede vacante sint dicta.

DE

DE CLERICIS ET monachis in genere.

Cap. III.

HActenus de ecclesia tanquam de toto actum est: nunc de eius partibus agetur, hoc est, de personis, rebus & actibus ecclesiasticis. Persona autem ecclesiastica censentur clerici & monachi, de quibus primùm in genere, postea in specie tractabitur.

I. DEFINITIO NOMINIS clerici ac monachi.

I. Etymologia clerici habetur distinct. 21. c. 1. in princ. 12. q. 1. c. clericus. & c. duo sunt. vers. cleros enim. item De præbendis & dignitatibus. c. cum secundum. 18. vers. cum enim à cleros.

II. Etymologia sacerdotis & antistitis habetur distin. 21. c. 1. §. antistes.

III. Etymologia monachi habetur 16. q. 1. c. 1. c. si cupis, in princ. c. placuit. §. fin.

II. DEFINITIO realis clerici habetur dist. 21. c. 1. §. generaliter.

III. GENVS clericorum & species cognata proponitur 12. q. 1. c. duo sunt.

IV. DIFFERENTIA clericorum & monachorum habetur 16. q. 1. c. alia causa. 6. hinc est. §. item illud Hieronymi.

V. ORIGO clericorum exponitur distinct. 21. in princ. c. in nouo.

VI. SPE-

VI. SPECIES clericorum enumerantur distin. 21. c. 1. § generaliter. distinct. 72. c. clericum, in fine. 11. q. 1. c. de persona. § fin. Nouell. 123. § presbyteri.

VII. GRADVS clericorum exponuntur c. statuimus. 15. de maioritate & obedientia.

VIII. DIVISIO clericorum in canonicos & non canonicos habetur c. cum tibi. 18. de verborum significat.

IX. OFFICIA clericorum per singulos gradus distinct. 25. c. 1. cum c. sequente.

DE CLERICIS ET monachis ordinandis. Cap. IIII.

I. QVOT CLERICI ORdinandi?

PRima regula: Episcopi iudicio secundum ecclesiæ facultates numerus clericorum statuēdus. c. quoniam. 9. in prin. de vita & honestate clericorum, c. 1. & c. authoritate. 4. de institutionibus. c. 1. § sanè vt. de statu regularium, in 6. Concordat item M. I. C. lib. 3. cap. 1. in princ. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi ob defectum facultatum singuli monachi in singulis priorātibus constituantur. c. ex parte. 3. de capellis monachor. Altera exceptio est: Nisi facultates postea sint auctæ: hoc enim casu numerus quoq; clericorum augendus. c. cum M. 9. de constitutionibus. Huius replicatio est: Nisi literis apostolicis numerus moderari iussus sit: hoc

hoc enim casu etiam auctis postea facultatibus numerus augeri non debet. c. vltim. de verborum significatione.

II. Regula: *Numerus à Papa constitutus obseruandus, vltra quem clerici aliquem recipere cogendi non sunt. Cuius regulæ exceptio est: Nisi clerici prius vltra numerum statutum aliquem receperint; hoc enim casu alium à Pontifice præsentatum recipere coguntur. c. pro illorum. 22. de prebendis.*

III. Regula: *Numerus clericorum augendus potius est quàm minuendus, si suppetant reditus. c. ex parte. 12. de constitutionibus.*

IIII. Regula: *Præstat paucos bonos, quàm multos malos ordinari. c. tales. 4. distinct. 23. c. cum sit. 14. in fine. de ætate & qualitate præficiendor. Plures huiusmodi regulas vide M. I. C. d. cap. 1. quæst. 1.*

II. QVI ET QVALES ordinandi?

I. Regula: *Tales ordinandi, qui dignè sacramenta possint tractare. d. c. tales. 4.*

II. Regula: *Meritis, non gratia clerici ordinandi. 8. q. 1. c. qui vos. c. licet.*

III. Regula: *De officialibus ad clericatum non ordinandis cauetur distinct. 51. c. præterea. distin. 53. c. 1. Vide item M. I. C. lib. 3. cap. 1. quæst. 2. reg 1.*

IV. Regula: *De procuratoribus, actoribus & tutoribus non ordinandis cauetur distin. 54. c. magnus. item c. vnico, de obligatis ad ratiocinia. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi rationes reddiderint, & reli-*

& reliqua soluerint. d. c. magnus. vers. si post depositam vniuersa. Altera exceptio est: Nisi consentiant ij quibus sunt obligati. dist. 54. c. admittuntur. §. & non tantùm de hu. vers. nisi fortè eorum.

V. Regula: De curialibus & cohortalibus non ordinandis cauetur dist. 34. c. præcipimus. vers. vel curiæ. dist. 51. in princ. cum c. sequente. c. designata. c. præterea. c. vlt. vers. qui curiæ. dist. 53. in prin. cum c. sequente. l. 4. C. de episcopis & clericis. Plura de hac regula vide M. I. C. d. quæst. 2. reg. 2.

VI Regula: De colonis originarijs & adscriptitijs non ordinandis cauetur d. vers. vel curiæ. & dist. 54. c. quis aut. c. generalis. c. admittuntur. vers. & non tantum. dist. 55. c. 1. vers. vel originariæ. l. 16. & l. 34. in prin. C. de episcopis & clericis. Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi in eo vico, cui est adscriptus, clericus fiat. d. distinct. 54. c. si seruus. §. fin Nou. 123. §. adscripticios. Plures propositæ regulæ exceptiones vide M. I. C. d. quæst. 2. reg. 2.

VII. Regula: De seruis non ordinandis cauetur d. c. generalis. & d. c. admittuntur. & d. distinct. 54. in prin. cum c. sequente. c. nulli. c. de seruorum. c. si quis obligatus. c. de rebus, in fine. c. ex antiquis. c. frequens. distinct. 55. c. 1. vers. vel seruilis. distinct. 51. c. vlt. vers. qui seruili. Concordat item c. 1. in fine. de filijs presbyterorum. c. 1. cum c. sequente. & c. consuluit. 5. de seruis nõ ordinandis. 16. q. 1. c. qui verò. §. & neminem. Apost. canon. 81. Planè propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi dominus in ordinationẽ

seruis

serui consenserit, vel sciens non contradixerit. c. si seruus sciente in prin. distinct. 54. d. canon. 81. Concordat M. I. C. d. quæst. 2. reg. 4. except. 1. Altera exceptio est: Nisi dominus seruum intra annum non vindicauerit. d. c. si seruus. vers. sed si ignorante. Nouell. 123. §. si seruus. Tertia exceptio est: Nisi seruus à domino fuerit manumissus. d. distinct. 54. c. qui ex famulis, in prin. vsq; ad §. qui autem. item c. de seruorum. vers. nisi prius. item De seruis non ordinandis. c. 1. vers. nisi ante clericatum. c. de seruorum. 2. vers. nisi prius. c. de famulis. 3. vers. ita tamen vt. item De filijs presbyterorum c. 1. in fine. Huius exceptionis replicatio est: Nisi ius patronatus dominus in manumisso sibi reseruet. distinct. 54. c. quicunq;. Quarta exceptio est: Nisi seruus monachus sit factus, non clericus. d. c. si seruus sciente. vers. verùm etiamsi legitimè. distin. 54. Nouell. 5. §. hinc autem nobis. Contradicit d. distinct. 54. c. generalis. Planè proposita exceptionis replicatio hæc est: Nisi intra triennium, ex quo seruus monasterium est ingressus, dominus eum vindicauerit. d. vers. verùm etiamsi legitimo. 17. q. 2. c. vlt. item d. §. hinc autem nobis. & Nouell. 123. §. cæterùm si quis. Quinta exceptio videtur: Nisi seruus Iudæi Christianus ordinatus sit. distinct. 54. c. generalis. §. fin. Sexta exceptio: Nisi ex matre libera natus sit, quamuis ex patre seruo. c. vlt. de seruis non ordinandis. Septima exceptio: Nisi seruus presbyter aut diaconus sit factus. Qua exceptio approbatur certo modo distinct. 54. c. de rebus.

verſ. caterùm ſi. c. ex antiquis. verſ. ita vt ſi quis. c. ſi ſeruus abſente. Octaua exceptio: Niſi ſeruus ſubdiaconus ſit factus. c. miramur. 7. de ſeruis non ord. Nona exceptio: Niſi ſeruus epiſcopus ſit factus diſtin. 54. §. ſi ſeruus ſciente. verſ. epiſcopalis enim. Plura de hac exceptione dicentur ¶ *lib. 5. in iure ſeruorum.*

Replicatio præcedentium exceptionum generalis.

Hactenus propoſita regula de ſeruis non ordinandis exceptiones enumerauimus: quarum replicatio generalis hæc videtur: Niſi eccleſia vel monaſterij ſeruus ſit ordinatus. Quæ tamen reprobatur diſtin. 54. c. admittuntur. §. de ſeruis, cum ſequentibus, vſque ad §. ecce quando.

VIII. Regula: De libertis non ordinandis cauetur diſtinct. 54. c. ſi quis obligatus. c. quicunq;. verſ. qui verò retento. c. vlt. Huius regulæ exceptio prima eſt: Niſi patronus conſenſerit. d. c. ſi quis obligatus, in fine. Altera exceptio eſt: Niſi nullum obſequium in liberto patronus ſibi retinuerit. d. c. quicunque, in prin.

Replicatio præcedentium exceptionum generalis.

Planè exceptionum iam propoſitarum replicatio generalis hæc eſt: Niſi libertus ordinatus patrono horas canonicas pſallere noluerit. c. nullus. 4. de ſeruis non ordinandis.

IX. Regula: De peregrinis non ordinandis cauetur

tur. c. vlt. de clericis peregrinis. c. 1. c. eos qui & c. vlt. vers. sed nec absq; de tempor. ordinat. in 6. distinct. 51. c. vlt. vers. qui ignoti sunt. distinct. 70. in princ. distinct. 71. in prin. cum c. sequente. c. de aliena. c. si quis. c. clericos. c. primatus. c. extraneo. c. penult. & vlt. item distin. 72. c. clericum. c. vltim. item distin. 98. c. Afros. & c. vlt. Concordat item l. 11. C. de episcopis & clericis. M. I. R. lib. 3. cap. 2. reg. 4. Planè propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi superioris sui consensu peregrinus sit ordinatus, vel ab eo literas dimissorias habeat. Quæ exceptio apparet ex his quæ iam proposita sunt. Declaratur definitione superioris c. cum nullus. 3. de temp. ordinat. in 6. De literis dimissoriis, quarum mentio facta est, vide j. cap. proxim. reg. 70. & 71. Altera exceptio est: Nisi prioratuum non exemptorum priores, horúmue socij ab episcopo ordinentur. d. c. cum nullus. 3. §. fin. Tertia exceptio: Nisi peregrinus à suis clericus fuerit ordinatus. Quæ exceptio ipso quidem iure subsistit: verùm eius replicatio est: Nisi de ipsius ordinatione legitimè non constet. c. 1. c. inter quatuor. 2. c. tuæ fraternitatis. 3. de clericis peregrinis. distin. 98. in prin. cum duobus cc sequentibus. Quarta exceptio est: Nisi cum peregrino fuerit dispensatum. c. vlt. in fine. d. tt. de clericis peregrinis. distinct. 71. c. fraternitatem. Quinta exceptio: Nisi Papa in ecclesia Romana peregrinos ordinauerit.

1. quæst. 1. c. per principalem.

Replicatio præcedentium exceptionum generalis.

Planè exceptionum iam enumeratarum replicatio generalis hæc videtur: Nisi certæ originis clerici ex pacto vel consuetudine ordinentur: hoc enim pactum vel hæc consuetudo videtur alios peregrinos in casibus exceptis excludere. Verùm replicatio hæc reprobatur c. ad decorem. 5. de institutionibus. Hæc de nona regula.

X. Regula: De indoctis non ordinandis cauetur c. eam te. 4. in prin. c. cum sit. 14. & c. vltim. de ætate & qualitate præficiendor. c. vlt. vers. seu illiterato. de tempor. ordinat. in 6. distinct. 34. c. præcipimus. vers. aut ignorantem literas. distin. 36. c. 1. distin. 49. c. vlt. distinct. 51. c. vlt. vers. qui inscij. distinct. 55. c. 1. vers. vel illiteratus. & c. pœnitentes. in prin. Concordat item M. I. C. lib. 3. cap. 1. quæst. 2. reg 7.

XI. Regula: De imprudentibus non ordinandis cauetur distinct. 36. in prin.

XII. Regula: De infamibus & reprehensibilibus publicóue iudicio damnatis non ordinandis cauetur distinct. 51. c. vlt. in prin. distinct. 49. per totam. distinct. 55. c. 1. distin. 77. c. si quis de. vers. si nullo graui 1. q. 1. c. estote. q. 7. c. si quis omnem. §. etsi informationem. & §. qui post baptismum. Apostol. canon. 60. Concordat item M. I. C. d. q. 2. reg. 8. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi crimen fuerit occultum. c. ex tenore. 4. de tempor. ordinat. Declaratur hæc exceptio definitione criminis occulti c. vestra. 7. vers.

verſ. cæterùm aliud. de cohabitat. clericorum. Huius exemplum habetur c. vlt. de furtis. Eius autem exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi ablatum nondum reſtituerit, nec de crimine pœnitentiam egerit: hoc enim caſu propoſita exceptione non defenditur. d. c. vltim. verſ. poſt peractam pœnitentiam. Altera exceptio videtur: Niſi lapſus pœnitentiam egerit. Sed reprobatur diſtinct. 50. in prin. cum ſequentibus. de quare vide ff. reg. 15. item ff. cap. prox. in fine.

XIII. Regula: De ebrijs ſeu vinoſis non ordinandis cauetur diſtinct. 35. in prin. §. ſequitur.

XIIII. Regula: De homicidis, & ijs qui mortis cauſam præbuerunt, non ordinandis cauetur ff. cap. prox. reg. 74.

XV. Regula: De pœnitentibus non ordinandis cauetur c. 1. de bigamis non ordin. diſtinct 33. c. maritum. verſ. nec eum qui publica. diſtinct. 34. c. præcipimus. verſ. vel pœnitentia. diſtinct. 50. c. ex pœnitentib. c. quicunq;. c. ſi ille. c. non confidat. c. canones. c. in capite. §. fin. c. illud quoq;. c. placuit. & diſtinct. 51. c. vlt. in prin. verſ. qui ſcelera. & diſtin. 55. c. 1. verſ. vel publica pœnitent. c. nullus, in prin. c. pœnitentes. item diſtin. 61. c. non negamus. verſ. ſed nec de pœnitentibus. Declaratur regula propoſita definitione pœnitentis d. c placuit. §. eum verò. Planè propoſita regula exceptio prima hæc eſt: Niſi neceſſitas aut vſus exegerit. d. c. placuit. verſ. niſi tantùm ſi neceſſitas. Altera exceptio eſt: Niſi non publicam vel ſolennem, ſed priuatam egerit pœnitentiam. d.

distin. 50. c. si verò. c. si quis post. §. potest & aliter, item De tempor. ordinat. c. vlt. Tertia exceptio est: Nisi post actam pœnitentiam secularis militia cingulum non acceperit. d. c. si quis post, in prin. Hæc de decimaquinta regula sint dicta: de qua tamen vide plura § capite prox. in fine.

XVI. Regula: De Simoniacis non ordinandis cauetur 1. q. 1. c. quicunq;. c. citò turpem. §. quia ergo. vers. secundum Gregorium. c. eos qui. vers. nam & vicesimus. q. 7. c. conuenientibus. §. ex hac authoritate. vers. porrò Simoniaci. item distinct. 33. c. maritum, in fine.

XVII. Regula: De apostatis non ordinandis cauetur distinct. 50. c. vlt. & c. vlt. de apostatis.

XVIII. Regula: De hæreticis non ordinandis cauetur distinct. 51. c. vlt. vers. qui in hæresin. Nouell. 123. §. clericos. vers. & recta fide. Huius exceptio est: Nisi fuerint ad fidem catholicam reuersi. 1. q. 7. c. si qui voluerint. item De rescriptis c. eam te. 7. §. fin. Sed hoc fit per dispensationem: alioquin exceptio proposita reprobatur 1. q. 1. c. omnis.

XIX. Regula: De non baptizatis non ordinandis cauetur c. 1. & c. vlt. de presbytero non baptizato.

XX. Regula: De rebaptizatis non ordinandis cauetur distinct. 50. c. confirmandum, in fine. item distinct. 51. c. vlt. in prin. vers. aut rebaptizati. item 1. q. 7. c. qui in qualibet.

XXI. Regula: De baptizatis in hæresi non ordinandis cauetur 1. q. 1. c. ventum. §. sed nostra. q. 7. c. qui

c.qui in qualibet.& distin.51.c.vlt. in prin. vers.vel qui in hæresi. Apostol.canon.67. Huius exceptio est: Nisi non adulti, sed infantes ab hæreticis sint baptizati.1.q.4.c.placuit.c.qui apud. c.homini. §.fin.

XXII. Regula: De baptizatis in agritudine non ordinandis cauetur distinct.57. in princ. cum, c. sequente.

XXIII. Regula: De vxoratis, & ijs qui continentiam vouere nolunt, non ordinandis cauetur distin. 72. in princ. cum c. sequente. distinct.28.c.assumi. item De clericis coniugatis c.sanè.2.& c. cum decorem.8. item De tempor.ordinat.in 6.c.vltim.vers. nec etiam coniugato. Propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi vxoratus vouens continentiam religionem ingredi velit relicta coniuge. d.c. vltim. vers. nisi volenti religionem. d.c. assumi. vers. nisi fuerit promissa conuersio. item d.distinct.28.c.de his. §. fin. Huius exceptionis replicatio est: Nisi vxor non consentiat, nec ipsa continentiam voueat. distinct.77.c. episcopus. vers. sanè si coniugati. item De conuersione coniugator. c.cum sis.4.c.coniugatus.5.c.vxoratus.8. Concordant item ea quæ habentur ĵ. lib. proxim. cap.18. causa 6. excep.2. Planè propositæ replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi carnalis copula nondum interuenerit: hoc enim casu consensus coniugis non desideratur. c. verùm. 2. & c. ex publico.7. de conuersione coniugat. Concordant ea quæ habentur d. except.2. replic.1. Plures duplicationes vide d. except. 2. Sed & plura de

exceptione proposita vide d. causa 6. Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi tempore baptismi vxorem habeat. distinct. 33 c. laici. Tertia exceptio est: Nisi ex causa necessitatis dispensetur. Quæ exceptio approbatur exemplo distinct. 28. c. de Syracusana. Quarta exceptio est: Nisi vxor mortua sit. distinct. 31. c. vlt. §. illud quoq; Martini. Plures exceptiones vide §. cap. prox. reg. 61.

XXIIII. Regula: De bigamis, seu ijs qui alterũ duxerunt vxorem, non ordinandis cauetur c. 1. cum c. sequente. de bigamis non ordinandis. c. sanè. 2. in fine. de clericis coniugatis. c. vnico, de bigamis, in 6. distinct. 23. c. his igitur. vers. aut certè vnius. distin. 26. c. vlt. distinct. 31. c. vlt. §. illud quoq; distinct. 32. c. nemo. c. seriatim. vers. quia nec laicus. distinct. 33. in prin. cum c. sequente. c. maritum. item distin. 34. c. si quis de laicis, in prin. c. præcipimus. c. si laici. §. præmissis. & c. cognoscamus. item distinct. 50. c. quicunq; pœnitens. distinct. 51. c. vlt. vers. qui secundas. & distinct. 55. c. 1. vers. vel bigamus. c. nullus. item distinct 77. c. si quis de. vers. si secundam. & distinct. 84. c. quisquis. Apostol. canon. 16. Concordat item M. I. C. lib. 3. cap. 1. quæst. 2. reg. 9. Planè propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi posterius matrimonium copula carnali non fuerit consummatum. c. debitum 5. de bigamis non ordin. Altera exceptio videtur: Nisi vtraq; vxor mortua sit. Sed reprobatur c. de bigamis. 3. d. tt. Tertia exceptio videtur: Nisi cum posteriore vxore matrimonium non subsistat.

ſtat. Sed reprobatur c. nuper. 4. d. tt. Quarta exceptio eſt: Niſi non vxores, ſed concubinas duas pluréſue habuerit. c. quia circa. 6. d. tt. Huius replicatio eſt: Niſi poſt vxorem vnam, concubinam vnam pluréſue habuerit. diſtinct. 34. c. ſi quis de laicis. Huius duplicatio eſt: Niſi cum concubinario ſit diſpenſatum. d. diſtinct. 34. c. fraternitatis. Quinta exceptio videtur: Niſi ante baptiſma vnam, & poſt baptiſma alteram duxerit. diſtin. 26. c. 1. item 28. q. 3. in prin. cum c. ſequente. Apoſtol. canon. 16. Contradicit d. diſtin. 26. c. acutius. c. deinde. & c. vna tantùm. item 28. q. 1. c. 1. q. 3. c. vlt. quibus exceptio propoſita reprobatur. Sexta exceptio: Niſi Papa cum bigamo diſpenſauerit. Sed reprobatur hac exceptio c. ſuper eo. 2. verſ. quia in bigamis. de bigamis non ordinandis. Concordant ea quæ propoſita ſunt §. ead. reg. in prin. Planè admittitur diſpenſatio in minoribus ordinibus, diſtinct. 34. c. ſi ſubdiaconus. Septima exceptio: Niſi neceſſitas exigat. Quæ exceptio approbatur certo modo d. c. ſi ſubdiaconus, in fine, cum c. ſequẽte. Hæc de viceſimaquarta regula.

XXV. Regula: De eo qui viduam, vel à marito repudiatam duxit, non ordinãdo cauetur diſtin. 32. c. nemo, in fine. c. ſeriatim. verſ. quid nec laicus. diſtinct. 34. c. curandum. c. præcipimus. verſ. aut qui virginem. c. ſi quis viduam. item diſtinct. 50. c. ſi quis viduam. c. quicunq; verſ. quicunq; vidua maritus. & diſtinct. 51. c. vlt. verſ. qui viduam. diſtinct. 55. c. nullus. verſ. nullus viduarum. diſtinct. 77. c. ſi quis de,

in fine, distinct. 84. c. quisquis. item De bigamis non ordinandis c. 1. vers. vel repudiatarum. Apostol. canon. 17. Nouell. 123. §. clericos. vers. neq; viduam. M. I. R. lib. 3. cap. 2. reg. 6. Declaratur regula proposita definitione viduæ distinct. 34. c. vidua. c. sanè. 2. in fine. de clericis coniugatis. Planè propositæ regulæ exceptio prima est: Nisi alij desponsatam saltem, nõ copula carnali cognitam duxerit. d. distinct. 34. c. vlt. item 27. q. 2. c. quod autem. §. ecce impossibilitas. vers. item si sponsa. & c. debitum. 5. de bigamis non ordinandis. Altera exceptio videtur: Nisi ante baptismã viduam vxorem duxerit. Reprobatur hæc exceptio distinct. 34. c. si quis viduam. Tertia exceptio est: Nisi in minoribus ordinibus vel necessitate vrgente ordinetur. Quæ exceptio approbatur certo modo d. distinct. 34. c. lector. Quarta exceptio videtur: Nisi vidua ducta mortua sit. Sed reprobatur c. de bigamis. 3. de bigamis non ordin. Quinta exceptio videtur: Nisi matrimonium cum vidua contractũ ipso iure non subsistat. Sed reprobatur c. vlt. d. tt.

XXVI. Regula: De eo, qui adulteram vel meretricem vxorem duxit vel habet, non ordinando cauetur distinct. 33. c. maritum. vers. vel meretricem. distinct. 34. c. si cuius. c. si laici. c. si quis viduam & eiectam. c. si quis de laicis. §. quod ergo. & distin. 51. c. vlt. vers. aut corruptarum mariti. 30. q. 5. c. qualis. Apostol. canon. 17.

XXVII. Regula: De eo qui ancillam duxit non ordinando cauetur d. Apostol. canon. 17. & d. c. si quis

quis viduam. verſ. aut ancillam.

XXVIII. Regula: De eo qui publicis ſpectaculis mancipatam duxit non ordinando cauetur d. c. ſi quis viduam. verſ. vel aliquam de his. & d. c. 17.

XXIX. Regula: De eo qui concubinam habet nõ ordinando cauetur diſtinct. 33. in prin. cum c. ſequente. c. maritum. verſ. nec cum quidem. & c. vlt. item diſtinct. 51. c. vlt. verſ. qui concubinas. Apoſtol. canon. 16.

XXX. Regula: De eo qui duas ſorores vel conſobrinam duxit non ordinando cauetur Apoſtol. canon. 18.

XXXI. Regula: De ijs qui ex malis parentibus nati ſunt. Hi ordinari poſſunt. diſtinct. 56. c. vndecunq; c. nunquam. c. naſci. c. ſponſus. c. ſatis. c. dominus. & c. Iſmael. Contradicit d. diſtinct. 96. c. ſi gens. & c. Cenomanenſem. §. quod autem. Soluitur hæc contrarietas d. c. Cenomanenſem. § fin. cum c. ſequẽte.

XXXII. Regula: De illegitimè natis & filijs preſbyterorum non ordinandis cauetur c. 1. & c. vlt. de filijs presbyterorum. c. conſuluit. 5. de ſeruis non ordinandis. diſtinct. 56. in prin. cum c ſequente. M. I. R. lib. 3. cap. 2. reg. 7. Contradicit d. diſtinct. 56. c. vndecunque. c. nunquam. c. naſci. c. dominus. & c. vltim. Cui obiectioni reſpondetur à Gratiano d. §. quod autem. verſ. ſed ſicut. Ex qua ſolutione colligitur prima propoſita regulæ exceptio hæc: Niſi ex illegitimo coitu nati ſint continentes & bonæ vitæ. Cui concordat diſtin. 56. c. 1. cum ſequẽte. c. niſi aut. 6. apo-

c. apostolica. Planè proposita exceptio non admittitur ipso iure, sed per dispensationem, teste Gratiano in d. c. apostolica, in fine, cum c sequente. Reprobata igitur priore exceptione, altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi cum illegitimè nato vel filio sacerdotis sit dispensatum. Quæ exceptio etiam approbatur simul & distinguitur c. 1. de filijs presbyterorum, in 6. Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi episcopus dispensauerit cum illegitimè nato ad ordines maiores. Quæ replicatio approbatur d. c. 1. Altera replicatio est: Nisi illegitimè natus per dispensationem in ecclesia paterna sacerdotium impetrauerit. c. ad præsentiam. 2. c. cum decorem. 15. & c. ad abolendam. 16. de filijs presbyterorum. Tertia propositæ regulæ, quoad filios sacerdotum, exceptio est: Nisi filij sacerdotum legitimè sint nati. d. distin. 56. c. Cenomanensem. § cum ergo. item c. literas. 14. d. tt. de filijs presbyterorum. c. cum olim. 6. de clericis coniugatis. Planè propositæ exceptionis replicatio est: Nisi filius sacerdotis legitimus in ecclesia paterna sit ordinatus. c. præsentium. 3. c. conquerente. 4. c. quoniam. 10. c. ad extirpandas. 11. & c. Michael. 13. de filijs presbyterorum. Huius replicationis duplicatio prima est: Nisi actor qui sciens patrem ordinati in ecclesia ministrasse, eum ordinauerit, hic enim eum quem sciens ordinauit, ex causa propositæ remouere non potest. c. veniens. 5. de filijs presbyterorum. Altera duplicatio est: Nisi alius ante filium presbyteri in loco patris eius ministrauerit. c. ex

transf-

transmissa.7.eod.tt.Tertia duplicatio est: Nisi pater sine titulo vel filij sui nomine in ecclesia ministrauerit.c.constitutus.8. d. tt. Quarta duplicatio est: Nisi dispensatum sit cum ordinato. c.ex tua.9. d.tt.Cuius duplicationis triplicatio est: Nisi ab alio quàm à Papa, vel ab eo cui Papa concessit fuerit dispensatum.c.dilectus.17. eod.tt. Quinta duplicatio est: Nisi non succedat patri, sed viuo patre ad aliud sacerdotium in eadem ecclesia fuerit ordinatus. c. ad hæc.12.d tt. Hæc de tertia exceptione sint dicta. Quarta propositæ regulæ exceptio est: Nisi magna ecclesiæ vtilitas vel necessitas illegitimè natos ordinari desideret.1.q.7.c.tali coniugio. Hæc de tricesimasecundà regulâ.

XXXIII. Regula: De furiosis non ordinandis cauetur distinct.33.c. maritum. verſ. neq; illum qui in furiam.c.communiter.c. clerici.c.vſq; adeò.item 15.q.1.c.vlt.§.his ita. verſ.non enim potest. Apostol. canon. 78.

XXXIIII. Regula: De epilepticis non ordinandis cauetur d.c.communiter.

XXXV. Regula: De corpore vitiatis non ordinandis cauetur d.c. vſq; adeò, in fine. & d. t. maritum.verſ.nec illum .item distinct.34.c.præcipimus. verſ. vel qualibet parte corporis. distinct. 36.c.1.distinct.49.c.hinc etiam.distinct.51.c. vltim. verſ.aut qui naturali.distinct 55. in prin.cum c. sequente. c. pœnitentes.verſ.aut aliquo. item c.expositi. 6.de corpore vitiatis. Propositæ regulæ exceptio prima

hæc

hæc est: Nisi casu sit vitiatus, non propria voluntate. d.c.pœnitentes, in fine. & d distin. 55. c. qui partem. c si quis à medicis. c. eunuchus. c. si quis pro. c. si quis in. c. lator. c. præcepta. item De corpore vitiatis c. ex parte. 3. Apostol. canon. 20. & 76. Huius exceptionis prima replicatio est: Nisi oculus casu sit amissus d. c. præcepta. §. fin. cum c. sequente. Contradicit d. c. 76. Altera replicatio est: Nisi mutus, surdus vel cæcus sit. Apostol. canon. 77. Altera exceptio est: Nisi cum vitiato sit dispensatum. c. 1. c. cum de tua. 2. c significauit. 4. de corpore vitiatis. Tertia exceptio est: Nisi valetudinis conseruandæ causa se mutilauerit. c. ex parte. 5. eod. tt. Quarta exceptio est: Nisi vngula tantùm pollicis careat, nec ideo minus ad diuina officia peragenda sit idoneus. c. vlt. eod. tt.

XXXVI. Regula: De ijs qui seipsos absciderunt non ordinandis cauetur per ea quæ proposita sunt ꝯ. reg. prox. except. 1. Quibus concordat distinct. 51. c. vlt. vers. qui semetipsum. & distinct. 55. c. si quis absciderit. & c. hi qui se. Apostol. canon. 21. cum c. sequente.

XXXVII. Regula: De minoribus ætate non ordinandis cauetur c. vel non. 14. de tempor. ordinat. c. 1. & c. ad nostram. 8. c significatum. 11. de regularibus. c. vltim. vers. infanti. de tempor. ordinat. in 6. item distinct. 77. c. subdiaconus. & distin. 78. c. quid est. item 1. q. 1. c. estote. vers. nisi prouectiores ætate. Cõcordant item ea quæ habẽtur ꝯ. cap. prox. reg. 69. except. 5. M. I. R. lib. 3. cap. 2. reg. 9. Planè proposita

regula

regula exceptio prima hæc est: Nisi excesserit decimumquartum annum: tunc enim ordinari potest. d.c. ad nostram. 8. & d.c. significatum. 11. M. I. R. d. reg. 9. except. 1. Cuius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi ad duram religionem ordinetur: hoc enim casu requiritur, vt excesserit decimum octauumaunum. c. quia in insulis. 6. de regularibus. 20. q. 1. c. quia autem. M. I. R. d. except. 1. repl. 1. Altera replicatio est: Nisi subdiaconus ordinetur: hic enim debet esse viginti annorum. distin. 77. c. subdiaconus, Sed hæc replicatio mutatur Clement. vltim. de ætate & qualitate præficiendorum. Tertia replicatio est: Nisi decanus, diaconus aut similis, qui animarum curam habet, ordinandus, aut virgo consecranda sit: hoc enim casu requiritur ætas viginti quinque annorum. c. cum in cunctis. 7. §. inferiora. de electione. c. licet canon. 14. in princ. eod. tit. in 6. item distinct. 77. c. placuit: c. episcopus, in princ. distinct. 78. c. nemo. 20. q. 1. c. placuit. Nouell. 123. §. presbyterum. verſ. sed neq; diaconum. Planè mutatur replicatio proposita Clement. vltim. de ætate & qualitate præficiendorum. Quarta replicatio est: Nisi leuita sit ordinandus: nam & hic debet esse viginti quinq; annorum. d. distinct. 77. c. in veteri. Quinta replicatio est: Nisi presbyter sit ordinandus: hic enim debet esse triginta annorum d. c. in veteri. verſ. à tricesimo presbyteri. & d. c. episcopus, in fine. item distinct. 78. in princ. cum c. sequente. c. nemo. c presbyter, in princ. Nouell. 123. §.

presby-

presbyterum. Sed & hæc replicatio mutatur d. Clement. vlt. de ætate & qualitate præficiendor. Planè istius antiquæ replicationis duplicatio est: Nisi necessitas exegerit: hoc enim casu viginti quinq; annorum presbyteri possunt ordinari. d. c presbyter. §. hoc regulare. cum c. sequente. Sexta replicatio est: Nisi lector sit ordinandus: hic enim debet esse octodecim annorum. d. c. nemo. & d. §. presbyterum. Hæc de prima proposita regulæ exceptione, eius q; replicationibus sint dicta. Altera exceptio est: Nisi minor ætate à parentibus fuerit oblatus. Quæ exceptio approbatur per ea quæ habentur ĩ. cap. prox. reg. 69. except. 5. repl. 2. Tertia exceptio videtur: Nisi minor ætate religionem ingrediatur. c. vltim. verſ. nisi fortè religionem intraret. de tempör. ordinat. in 6. Sed de hac re vide glossam in d. verbo Intraret. Quarta exceptio est: Nisi minor maior factus ordinationem ratam habuerit. c. significatum. 11. §. si autem à parentibus. verſ. seu post decimum quartũ annum. & c. cum virum. 12. de regularibus. Concordant ea quæ habentur ĩ. cap. prox. reg. 69. except 5. replic. 1. M. I. R. d. reg. 9. except. 2. Hæc de tricesima-septima regula.

XXXVIII. Regula: De militantibus non ordinandis cauetur distinct. 50. c. si quis post. distinct. 51. in prin. verſ. aut post baptisma militantes. c. 1. verſ. aliquãdo ex militia. c. si quis post. & c. vlt. verſ. q. seculari militia. item 19. q 3. c. monasterijs. §. miles.

XXXIX. Regula: De ijs qui in foro certarunt nõ ordi-

ordinandis cauetur d. distinct. 51. in prin. vers. aut in foro decertantes. & d. c. 1. in prin.

XL. Regula: De eo qui in scena lusit non ordinando cauetur distinct. 33. c. maritum. vers. aut in scena lusisse.

XLI. Regula: De vsurarijs non ordinandis cauetur d. c. maritum. vers. neq; illos qui vsuras. Sed plura de hac regula vide ĩ. cap. prox. reg 31.

XLII. Regula: De excommunicatis & suspensis non ordinandis cauetur c. postulastis. 7. in prin. & c. vlt. vers. si tamen scienter. de clerico excom. & c. cum bona. 8. de etate & qualitate præficiendorum. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi excommunicatus fuerit absolutus. c. proposuit. 8. de clerico excom.

XLIII. Regula: De eo qui minores ordines per interstitia temporum non impleuit, ad maiores non ordinando, & ne posteriores ante priores ordinentur, cauetur distinct. 74. c. episcoporum. distinct. 75. c. vlt. in fine. item distin. 77. c. subdiaconus. distin. 78. c. quid est. 16. q. 1. c. monachos. item De institutionibus c. in ecclesia. 2. Declaratur regula proposita definitione ordinum & interstitiorum distinct. 77. c. in singulis. c. quicunq;. c. monachus. Concordant ea quæ habentur ĩ. cap. 10. quæst. 1. reg. 26. Propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi prior ad altiorem gradum ordinari nolit. d. c. episcoporum. vers. nisi fortè superbia elatus. & d. distinct. 74. c. vlt. Altera exceptio est: Nisi prior sit simplicior, quàm vt superiorem

riorem gradum tueri possit. d. c. episcoporum. vers. sanè si officium. Tertia exceptio est: Nisi dispensatio fiat. Quæ exceptio approbatur exemplo c. vnico, de clerico per saltum promoto. item distinct 52. in prin. cum c. sequente. Plura de regula proposita vide d. reg. 26.

XLIIII. Regula: De eo qui antea furtiuè ordinatus est non ordinando, nisi fuerit cum eo dispensatum, cauetur c. 1. cum duobus sequentib. de eo qui ordinem furtiuè susceptit.

XLV. Regula: De monachis ad clericatum ordinandis cauetur Clement. 1. §. ad ampliationem. de statu monachor. 16. q 1. c. monachus. c. si quos. Cõcordant ex qua habentur ĵ quæst. 6. reg. 7. M. l. R. lib. 3. cap. 2. reg. 27. Huius regulæ exceptio est: Nisi monachus desertor sit monasteriĳ. d. q. 1. c. legi. Hactenus qui & quales ordinandi sunt, expositum est. Sed & plures huiusmodi regulas vide ĵ. cap. 7. quæst. quibus conferendæ prebendæ. De inuitis etiam non ordinandis dicetur paulò inferius quæst. 6. reg. 5. Sequuntur reliqui ordinationis loci.

III. A QVIBVS ORDINANDI?

I. Regula: Si is cui ius ordinandi non competit, clericos ordinauit: ordinatio non valet. 1. q 7. c. per illicitam. c. conuenientibus. §. item Tharasius patriarcha. item 9. q. 1. c per illicitam.

II. Regula: Episcopo, non alij ius ordinandi clericos competit. distinct. 67. in prin. cum c. sequente. & c.

& c.vlt.item distinct.92.c.non liceat, in princ.item Apostol.canon.2. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi episcopus alteri ius suum cesserit.c.quia diuersitatem.5.vers.nisi forte aliqui. & c. constitutus.11. vers.& tu interim frater. de concessione prabendæ. c.cum venissent.6. de institutionibus. Altera exceptio est: Nisi de consuetudine aliter obseruetur.c. cum ecclesia 31.de electionibus. Contradicere videtur c. ex frequentibus.3.de institutionibus. Plures propositæ regulæ exceptiones vide j. inter exceptiones generales.

III. Regula: De eo cui episcopus ordinandi ius concessit, cauetur d.c.5. & d.c.11.de concessione prebendæ. item d. c.6.

IIII. Regula: Capitulo sede vacante ordinandi ius non competit.c.illa. 2. ne sede vacante. & c.vlt. de regularibus, in 6 Huius exceptio est: Nisi capitulo cum prælato ius ordinandi competierit. d.c. vlt. vers. aliàs poterit, si eorum.

V. Regula: De decessore. Huic non competit ius ordinandi sibi successorem. distinct.51.c.vlt.vers.qui à decessoribus in sacerdotium eliguntur. Huius exceptio est: Nisi in hoc Papa dispensauerit. Quæ exceptio approbatur exemplo 7.q.1.c.petysti. Plura de regula proposita vide j.cap.10 quæst.2.reg.4.

VI. Regula: Abbati in suo monasterio eiusq; capellis ius ordinandi clericos competit, non episcopo. 16 q. 2. in prin. cum c. sequente. Contradicit d. q.2.c. penult. & vlt. Cui obiectioni Gratianus re-

spondet d.c.vlt.§.ecce Vrbanus. De qua solutione vide I. *cap.9.reg.3 except.2. Planè abbas presbyter & benedictus conferre potest ordinem clericalem. c.cum contingat.11.de etate & qualitate præficiendor.distinct.69 in prin.cum c.sequente. Limitatur tamen c.abbates.3.§.fin. de priuilegijs, in 6.*

VII. Regula: De corepiscopo cauetur d.distinct. 69.c.1.§.fin.

VIII. Regula: De clero & populo ciuitatis cauetur distinct.51.c.vlt.vers.sed nec ille.

IX. Regula: Graci à Latinis, qui in ritibus differant, non sunt ordinandi, & contrà. c. cum secundum.9.de tempor.ordinat.c.cum olim.6.§.fin.vers. nisi pro eo quod inter. de clericis coniugatis. Cuius regulæ exceptio est: Nisi episcopus, cui ordinandus est subiectus, consentiat.c.quod translationem.11.de tempor.ordinat.

X. Regula: Laici ius ordinandi clericos non habent.c.præterea.4.& c.quod autem.5.§.de catero. de iure patronatus. Concordant ea quæ habentur I. *cap.7.reg.17.*

De exceptionibus præcedentium regularum generalibus.

Ex ijs quæ hactenus proposita sunt, patet, quibus ordinandi clericos ius competat. Quorum tamen nonnullæ exceptiones generales restant nunc ordine subijcienda.

I. Exceptio: Nisi episcopus, cui ius ordinandi cõpetit, episcopatum resignauit. Quæ exceptio approbatur

batur simul & distinguitur c.1. de ordinatis ab episcopo, qui renunciauit.

II. Exceptio: Nisi is cui ius ordinandi competit, fuerit excommunicatus. 9. q.1. in princ. cum. c. sequente. c. excommunicati. Huius replicatio prima est: Nisi excommunicatus antea fuerit catholicus. d.q.1.c.per illicitam. §. sed excommunicati, cum c. sequente, vsq; ad §. sed & illud. & c. ordinationes. §. qui verò. Huius replicationis duplicatio est: Nisi ordinãdus sciat catholicum excommunicatum esse. d.c. ordinationes, in prin. Altera replicatio est: Nisi cum ordinatis propter eorum ignorantiam dispensetur. c. cum clericis. 2. de ordinatis ab episcopo qui renunciauit.

III. Exceptio: Nisi is cui ordinandi ius competit, fuerit Simoniacus. 1. q. 1. c. qui perfectionem. c. per Esaiam. §. constat ergo. c. statuimus vt. §. sicut ergo. vers. sed sicut. & vers. habent ergo. c. statuimus. vers. Simoniaci Simoniacè. c. si qui. vers. qui verò scienter. c. de catero. item De Simonia c. per tuas. 35. Concordant item ea quæ habẽtur 5. lib. 1. cap. 16. quæst. 1. causa 2. & quæst. 3. reg. 1. Planè propositæ exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi ordinatus ignorauit ordinantẽ Simoniacum esse. d.c. per tuas. 35. & d. vers. habent ergo. & d.c. statuimus. vers. Simoniacos autem non Simoniacè. item d. c. si qui, in prin. item 1. q. 6. in prin. Altera replicatio est: Nisi quis inuitus à Simoniaco sit ordinatus. d. vers. habent ergo ibi: nec attractionis violentia. item 1. q. 1.

c. erga Simoniacos, in fine, cum c. sequente.

IIII. Exceptio: Nisi is cui ius ordinandi competit, fuerit hæreticus. 1. q. 1. c. ventum. q. 7. c. conuenientibus. §. item Tharasius patriarcha, cum sequentibus, & 9. q. 1. 6. vlt. Apostol. canon. 67. §. fin. Huius exceptionis replicatio est: Nisi quis inuitus ab hæretico sit ordinatus. 1. q. 1. c. constat.

V. Exceptio: Nisi is cui ius ordinandi competit, antea ordinauerit indignum vel alienum. c. cum in cunctis. 7. §. fin. de electione. c. super eo. 2. de bigamis non ordinandis. c. cum singula. 32. §. qui verò contra. de præbendis, in 6. c. eos qui. 2. de tempor. ordinat. in 6. Concordant item ea quæ habentur 7. quæst. vltim. reg. 5.

VI. Exceptio: Nisi is cui ius ordinandi competit, alterius ciuitatis clericum ordinare velit. 9. q. 2. in princ. cum c. sequente. c. nullus primas. c. nullum. c. episcopum. c. non inuitati. Apostol. canon. 34. Concordant ea quæ habentur 5. quæst proxim. reg. 9. in prin. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi episcopus loci consenserit. Quæ replicatio constat ex iam propositis. Concordat c. quod translationem. 11. de tempor. ordinat. Altera replicatio est: Nisi episcopus loci ordinationem ab alio factam ratam habuerit. 9. q. 2. c. vlt. Tertia replicatio est: Nisi episcopus loci in ordinandis clericis sit negligens: tunc enim superiori eius ordinare licet. 9. q. 3. c. cum simus. Quarta replicatio est: Nisi ecclesia vacante visitator ordinare præsumat. distinct. 24. c. presbyteri.

teri. Quinta replicatio est: Nisi Papa alterius ciuitatis clericum ordinauerit. 9. q. 3. c. nunc verò. & c. vltim. in princ. Hactenus à quibus clerici ordinandi sint, expositum est.

IIII. VBI CLERICI VEL MONACHI ordinandi?

Vbi iudicauerit episcopus, ordinare poterit. 16. q. 1. c. si quis monachus. c. si quos. & distin. 75. c. quãdo.

V. QVANDO ORDINANDI?

I. Regula: Certis diebus & horis ordinatio facienda, distinct. 75. c. ordinationes. & c. quod à patribus. Concordant ea quæ habentur 3. quæst. vlt. reg. 5.

II. Regula: Die dominica resurrectionis ordinationes celebranda. d. distinct. 75. c. quod die.

III. Regula: Alij dies ordinandorum clericorum prescribuntur distinct. 75. c. vlt. Declaratur regula proposita distinct. 76. c. huius obseruant. §. primum vero. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi minores ordines conferantur: hi enim aliis diebus festis conferri possunt. c. 1. vers. & minores ordines. & c. de cætero. 3. de tempor. ordinat. item distin. 75. c. quando. Altera exceptio est: Nisi Romanus Pontifex ordinauerit. d. c. 1. vers. subdiaconos. & d. c. 3. vers. præterquam Romano. Tertia exceptio videtur: Nisi aliâ consuetudine sit receptum. Sed reprobatur c. sanè super. 2. eod. tit.

IIII. Regula: De die Sabbato Pentecostes cauetur d. c. in fine.

V. Regula: Duo sacri ordines nō possunt conferri eidem vno die vel duobus continuato ieiunio. c. literas. 13. & c. dilectus. 15 de tempor. ordinat.

VI. Regula: Intra sex mensēs ordinatio faciēda per ea quæ habentur j. cap. 7 post reg. 26. except. 1.

VII. Regula: Ieiunantes ordinare & ordinari debent. distinct. 67. c. 1. vers. & ieiunantes.

VII. ANTECEDENTIA ORdinationem.

I. Regula: Vt ordinandus prius vires suas metiatur, cauetur 1. q. 1. c. non est. ℣. fin.

II. Regula: De conuocando capitulo & consilio prius habēdo cauetur distin. 24. c. episcopus. 1. q. 1. estote. 12. q. 2. c. alienationes. vers. necnon & ordinationes. item De ijs quæ fiunt à prælatis c. nouit. 4 c. quanto. 5. & c. pastoralis. 9. item De præbendis 6. c. cum in ecclesiis. 33.

III. Regula: De examinandis prius ordinandis cauetur distinct. 24. c. vlt. Concordant ea quæ habentur j. cap. 7. reg. 90. Quemadmodum & quo tempore examen faciendum, definitur d. distin. 24. c. quando.

IV. Regula: Ne ad interceßionem vel preces alicuius ordinatio fiat, cauetur per ea quæ proßita sunt lib. 1. cap. 16. quæst. 1. causa 9.

V. Regula: De consensu ordinandi requirendo cauetur distinct. 74. in princ. cum c. sequitur. c. gesta. c. quorundam. c. vbi ista. c. honoratus item c. 1. de regularibus. Huius regulæ exceptio prima hæc est:

Nisi

Nisi inuitus ordinatus intra annum non prouocauerit. c. si quis. 2. in fine. d. tt. de regularib. Altera exceptio est: Nisi vidua sponte velum conuersionis sibi imposuerit, & inter velatas oblationem Deo obtulerit. c. vidua. 4. d. tt. Tertia exceptio est: Nisi quis vltra annum habitum monachalem portauerit. c. ex parte. 22. d. tt. Planè si quis ad sacros ordines promoueri nolit, alijs rationibus coërcetur, de quibus dicetur j. quæst. vlt. reg. 3. Sed & plura de regula proposita vide j. cap. prox. reg. 33.

VI. Regula, De consensu parentum ordinandi. Hic non requiritur. 19. q. 3. c. vlt. in fine. & 20. q. 1. c. puella. §. cum ergo. vers. sed puella. q. 2. c. 1. §. parentibus. & c. puella. vers. si verò. Nouell. 42. §. hoc etiã cognitum, & Nouell. 123. §. interdicimus. Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi filius filiáve sit impubes. d. §. parentibus. vers. vsq; ad quartum decimum. & & d. c. puella. item d. q. 2. in princ. cum c. sequente. c. statuimus. §. hac authoritate. & c. vlt. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi parentes in ordinationem impuberis filij non consentientes, intra annum ab ea non prouocauerint. d. c. puella. vers. at si annum & diem dissimulando. & d. §. hac authoritate. vers. nisi tonsuram vel religiosam vestem. item c. si quis. 2. de regularibus.

VII. Regula: De consensu abbatis monacho ad clericatum ordinando cauetur dist. 58. in princ. cum duob. cc. sequentibus. 16. q. 1. c. monachi. cum pro. c. monachi. item 18. q. 2. c. quam sit. §. pariter autem.

c. ad aures. 5. de temp. ordinat. item De electione in 6. c. si religiosus. 27. & Clement. vlt. eod. tt.

VIII. Regula: Ordinatus à Papa sine licentia eius ad superiores ordines non promouetur. c. cum in distribuendis. 12. de tempor. ordinat.

IX. Regula: Ne sine praesentatione patroni ordinatio fiat, cauetur c. illud pretereundum. 8. §. fin. & c. suggestum. 20. de iure patronatus. 16. q. 7. c. decernimus. Plura de hac regula vide l. cap. 14. quaest. 3. reg. 1.

X. Regula: Monachi non ordinandi, nisi per tempus aliquod in monasterio fuerint conuersati & probati. c. ad apostolicam. 16. §. fin. de regularibus. 17. q. 2. c. vlt. 19. q. 3. c. monasteriis. Nouell. 5. §. hinc autem. vers. sancimus. & Nouell. 123. §. caeterùm si quis. Sanè tempus probationis quantum esse debeat, incertum est: quia eius varia extant definitiones. Nam d. c. 16. & c. non solum. 2. de regularibus in 6. annus definitur. Biennium verò d. c. monasteriis. Triennium denique d. c. vlt. & d. Nouell. 5. & 123. Ideoq; in hac varietate videtur tempus probationis arbitrarium esse. Cui accedit glossa in d. c. 16. in verbo Annis. Planè proposita regula exceptio haec est: Nisi quis sciens ante tempus statutum professus sit: ideoq; beneficio pro se introducto renunciauerit. d. c. 16. Huius exceptionis replicatio prima est in ordine praedicatorum & minorum: in his enim professio intra annum sponte facta non valet. c. non solùm. 2. de regularib. in 6. Altera replicatio est in alijs

mon-

mendicantium ordinibus, c. constitutionem. 3. d. tt. Hæc de antecedentibus ordinationem. Plura de his vide M. I. C. lib. 3. cap. 1. quæst. 3.

VII. MODVS ET ADIVNCTA ordinationis.

I. Regula: Nemo absolutè sine titulo ordinandus. distinct. 70. in princ. cum c. sequente. c. sanctorum. Plura de hac re vide j. quæst. prox. reg. 9.

II. Regula: De testimonio in ordinatione adhibendo cauetur 20. q. 2. c. vlt.

III. Regula: De decretis conciliorum ordinando inculcandis cauetur distinct. 38. c. placuit. Pro declaratione huius ca. vide Alexand. de Imola. in l. si quis. 6. de pactis. & §. igitur ordinandus. in Auth. quomodo oportet episc.

IIII. Regula: De libello officiali ordinato dando cauetur distinct. 38. c. quando.

V. Regula: De cautione ab ordinando exigenda cauetur distinct. 23. c. quanquam. Forma huius cautionis proponitur c. ne Dei ecclesiam. 43. de Simonia. Hæc cautio per iusiurandum non præstatur. c. nullus. 5. de iureiurando. 22. q. 5. c. vlt. Nec in scriptis huiusmodi cautio præstanda. c. legebatur. 3. de maioritate & obedientia. Effectus huius cautionis definitur c. cum clerici. 19. de verbor. signifi.

VIII. EVENTVS ET CONSEquentia ordinationis.

I. Regula: De pœna eius qui acceptapecunia ordinare non vult, cauetur 1. q. 1. c. nullus episcopus. §. qui autem.

II. Re-

II. Regula: De pœna episcopi præsentatum malitiosè non admittentis cauetur c. pastoralis. 29 §. fin. de iure patronatus.

III. Regula: De pœna eius qui ordinari non vult, cauetur distinct. 74. c. si qui. c. placuit. Contradicit c. gesta. d. distinct. 74. Planè proposita regula exceptio prima hæc est: Nisi simplex indignum se existimauerit superiori ordine. d. distin. 74. c. episcoporum. § sanè si officium. Altera exceptio est: Nisi dolo episcopi ad alium gradum promoueatur. d. distin. 74. c. quorundam. & c. honoratus.

IV. Regula: De pœna episcopi inuitum ordinantis cauetur d. c. honoratus, in fine. & d. distin. 74. c. 1.

V. Regula: Non legitimè & non suo tempore ordinati deponuntur vel suspenduntur, & ordinatores ius ordinandi amittunt. c. sanè super. 2. in fine. c. cum quidam. 8. c. literas. 13. in fine. c. vel non. 14. c. dilectus. 15. c. consultationi. 16. de tempor. ordinat. Item ordinandi potestate priuatur episcopus, qui pœnitentem sciens ordinauit, distinct. 50. c. ex pœnitentibus. § si autem sciens. Idem cauetur de eo qui viduam aut repudiatam vxorem habentem ordinauit, d. §. si autem sciens. vers. simili sententiæ. Idem in genere cauetur de omni qui indignum ordinauerit, 1. q. 1. c. si qui episcopi. Concordant ea quæ habentur 5. quæst. 3. except. 5. item 3. cap. 10. quæst. 2. reg. 1. except. 9. Sed & annua suspensio indicitur ei qui illegitimè ordinauit, dist. 55. c. nullus. §. & ideo.

VI. Regula: Qui indignū ordinauit, reus est scandali

dali quod per ordinatū oritur. 1.q.1. c. hi quoscunq.

VII. Regula: De non reiteranda ordinatione cauetur De consecrat. distinct. 4. c. non licet. Apostol. canon. 67. Huius regulæ exceptio est: Nisi prior ordinatio fuerit illegitima. 1.q.7.c. per illicitam. 9.q.1. c. per illicitam. & d.c. 67.

VIII. Regula: Monachus in clericum ordinatus à priore proposito non recedet. 16.q.1.c. de monachis.

IX. Regula: Ordinato titulus & prebenda debet assignari: & interim donec assignetur, ab ordinatore est alendus. c. non liceat. 2. c. episcopus. 4. c. relatum. 9. c. de monachis. 12. c. cum secundum. 16. c. dilectus. 19. & c. dilectus. 27. de prebendis. c. cum super. 8. de concessione prebendæ. Clement. 1. de iure patronatus. 16.q.1.c. si monachus. c. apostolicis. Plane propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi ordinatus de sua vel de paterna hæreditate subsidium vitæ habeat. d.c. episcopus. 4. in fine. Altera exceptio est: Nisi ordinato prebenda fuerit assignata. Quæ exceptio ipso quidem iure subsistit: verùm eius replicatio est: Nisi prebenda assignata fuerit euicta. c. inter cætera. 17. de prebendis. Tertia exceptio videtur: Nisi contra Lateranense concilium fuerit ordinatus. Sed reprobatur c. cum super. 8. vers. nec ipsi canonici. de concessione prebendæ.

X. Regula: Ordinatio per quæ probanda sit, definitur c. 1. cum duobus sequentibus. de clericis peregrinis. M.I.R. lib. 3. cap. 2. reg. 30. Hac de clericis & monachis ordinandis sint dicta.

DE OF-

DE OFFICIIS CLERICORUM, quibus non præstitis clericatus amittitur.

Cap. V.

PRima regula: De officijs diuinis implendis cauetur Nouell. 123. §. sancimus autem. Euentus, si ab ijs fuerit cessatum, proponitur c. si canonici. 2. & c. quamuis. 8. de officio ordinarij, in 6. distin. 91. c. vlt. Plura de hac re vide ꝛ. lib. prox. cap. 2.

II. Regula: De docendo & instituendo populo cauetur distinct. 38. c. 1. in prin. vers. qui docendi officium. c. 1. in fine. item distinct. 23. c. his igitur. § fin. 16. q. 1. c. alia causa. distinct. 93. c. ille procul. Plura de regula proposita vide ꝛ. regulis proximis.

III. Regula: Gratiam docendi clericus habere debet. distinct. 43. in prin. §. debet.

IV. Regula: Discretus in docendo esse debet, ne aut tacenda proferat, aut dicenda taceat. distin. 43. c. 1. c. in mandatis. c. scimus. c. ephesijs. & c. vlt. item distinct. 44. c. 1. § non ergo.

V. Regula: Eloquentiam in docendo dißimulabit, non fugiet. distinct. 38. c. penult.

VI. Regula: De peccatis populi redarguendis cauetur 23. q. 4. c. ipsa pietas. §. molestus est, vsque ad fin. c. quid faciet. c. si is qui. q. 5. c. non putes. c. non est. c. qui vitijs. 24. q. 3. c. tam sacerdotes. Plura de regula proposita vide ꝛ. lib. prox.

VII. Regula: Modus redarguendi peccata præscribitur

scribitur c. si sacerdos. 2. de officio ordinarij. Vide item j. cap. 8. quæst. 8. reg. 57. cum sequentib.

VIII. Regula: Clericus de subditorum suorum vita rationem reddere tenetur, nisi culpa vacet, suumq; fecerit officium. distinct. 47. c. penult. & vlt. Apostol. canon. 38.

IX. Regula: De vigilijs & cantando in templo cauetur distinct. 23. c. his igitur. § fin. distinct. 91. c. 1. c. presbyter. c. clericus victum, in fine. c. vlt. & distinct. 92. c. vlt. 12. q. 1. c. quia tua. § de eorum quoq;. vers. & canendis psalmis. Qui canere debeant, definitur distinct. 92. c. non liceat. Diacones canere non debent. distinct. 92. c. in sanctum.

X. Regula: Modus canendi præscribitur distinct. 92. in prin. cum c. sequente.

XI. Regula: De precibus & sacris libris legendis ac discendis cauetur distinct. 38. c. 1. §. sacerdotes. Concordat M. I. C. lib. 3. cap. 2. reg. 2. Vide item de hac rej. lib. 4. cap. 1. quæst. 3. reg 5. cum sequentibus.

XII. Regula: Scientiam debent habere clerici. d. c. 1. in prin. & d. dist. 38. c. si in laicis. c. si iuxta. c. qui ea. item distinct. 37. c. ideo. §. vt itaq;.

XIII. Regula: Quarum rerum scientiam clerici habere debeant, definitur distinct. 38. c. quæ ipsis.

XIIII. Regula: De canonibus ac regulis à clericis discendis ac obseruandis cauetur d. distinct. 38. c. nulli. item c. recolentes. 3. de statu monachorum. & De consecrat. distinct. 5. c. in omnib. in prin.

XV. Regula: De sacra scriptura rectè intelligenda

genda cauetur distinct. 37. c. vino. 24. q. 1. c. non asferamus. q. 3. c. quid autem.

XVI. Regula: De regula exponenda cauetur Clement. 1. §. regula. de statu monachorum.

XVII. Regula: De scientia grammaticæ cauetur distinct. 38. c. sedulò. c. indignum. c. locutio.

XVIII. Regula: De poetis non legendis cauetur distin. 37. c sacerdotes. c. ideo, in prin.

XIX. Regula: De dialectica & cæteris secularibus literis à clerico non legendis neq; discendis cauetur distinct. 37. in prin. cum c. sequente. c. nónne. c. vino. c. omnem. c. legimus. Contradicit d. c. legimus. §. sed contra, cum c. sequente. vbi Gratianus huic obiectioni respondet distinguendo.

XX. Regula: De iurisprudentia & medicina seu physica à clericis & monachis non discenda cauetur c. non magnopere. 3. c. super specula. 10. ne clerici vel monachi secularibus negocijs se immisceant. c. vt periculosa. 2. §. fin. eod tt. in 6. Huius regulæ exceptio est: Nisi sint clerici parochiales ecclesias habentes. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur c. 1. in prin. d. tt. in 6.

XXI. Regula: Vt nihil præter Deum curēt clerici & monachi, cauetur 12. q 1. c. cui portio. c. duo sunt.

XXII. Regula: De quotidianis operibus monachorum differtur De consecrat. distinct. 5. c. nunquam. Nouell. 133. §. illud quoque.

XXIII. Regula: Ne officia vel negocia secularia tractent, vel negocientur, cauetur c. clerici. 15. in prin.

princ. & c.vlt. de vita & honestate clericor. Clem. 1.eod.tt.c.secundum.6.in princ.ne clerici vel monachi secularibus. Apostol.canon. 6. & 80.distinct.23.c. his igitur.vers. & secularia.distinct.88.c.consequēs. c.episcopus. c.negociatorem. c.fornicari c.perlatū. c.eyciens.item distinct.91.c.penult. § fin.11.q 1.c. te quidem.14.q.4.c.canonum c.si quis oblitus. 16.q.1. c.de præsentium. c. sunt nonnulli. vers. neque enim beatus.c.monachi à monasterio.q.7 c.& hoc.21.q.3. c.mollitys.c.hi qui. Concordant item ea quæ habentur S.lib.prox.cap.3.quæst 2.reg.1. item M.I.C. lib. 3. cap.2. reg.11. M.I.R. lib.3. cap.2.reg 39. Declaratur regula proposita exemplis c.1. ne clerici vel monachi secularib. negoc. Plura exempla vide in regulis sequentib. Planè propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi clericus sit coniugatus, qui beneficium ecclesiasticum non habet. c. Ioannes. 7. vers. quia cum eum. de clericis coniugatis. Altera exceptio est: Nisi negocia sint ecclesiastica vel ecclesiasticarum personarum.11.q.1.c.clericum. § .illud autem quod.12.q.1.c. expedit. distinct.88.c.1. Concordant item ea quæ habentur S.lib.prox.cap.3. quæst. 2.reg.1.except.2. Tertia exceptio est: Nisi iustum sit negocium seculare quod tractat. Quæ exceptio videtur approbari c.1. § .nec tamen iustum. ne clerici vel monachi secularibus. Quarta exceptio est: Nisi miserabilium personarum negocia tractet. dist. 88. c.1. Concordant ea quæ habentur S. d.reg.1. except. 4. Quinta exceptio est: Nisi pro pecunia mutuo

data speciem receperit. 14. q. 4. c. si quis clericus.

XXIV. Regula: Ne aliena negocia procurent, aut officiales principum sint, cauetur c. sacerdotib. 2. c sed nec. 4. c. clericis. 5. §. fin. ne clerici vel monachi secularib. dist. 86. c. vlt. dist. 88 c. inutile. 21. q. 3. in prin. cum c. sequente. c credo c. mollitijs. Huius regulæ exceptiones vide §. reg. prox.

XXV. Regula: Ne tabellionatus officium exerceant. cauetur c sicut. 8 ne clerici vel monachi, &c. M. I. R. d. cap. 2. reg 31.

XXVI. Regula: Ne alienas possessiones conducant, cauetur dist. 86 c. vlt. dist. 88. c. 1. 21. q. 3. c. 1. c. placuit & c. secundum 6. in fine. ne clerici vel monachi secularibus. Nouell. 123. §. sed neq;. Planè propositæ regulæ exceptio hæc est: Nisi clericus ecclesiæ suæ possessiones conducat. d. c. vlt. vers. aut cui ipsius ciuitatis. item dist: nō 88. c. 1. vers. aut si fortè episcopus. & d. Nouell. 123. vers. sed & ipsis. Plura de regula proposita vide M. I. C. lib. 3. cap. 2. reg. 14.

XXVII. Regula: Religiosus executor in alicuius testamento datus non potest hoc officium sine superioris licentia suscipere. c. vlt. in prin. de testamentis, in 6. Clement. 1. vers. quod vtiq; non possunt. eod. tt. M. I. R. d. cap. 2. reg 32.

XXVIII. Regula: Ne pro alijs intercedant, cauetur c. 1. c. quod quibusdam. 4. de fide iussorib. 14. q. 5. c. deniq;. vers. ideoq; in causis. Apostol. canon. 19. Huius exceptio est: Nisi monachi pro abbate suo intercesserint. c. ex rescripto. 9. de iureiurando.

XXIX. Re-

XXIX. Regula: Ne quid pro patrocinio accipiat, cauetur 15 q. 2. in prin. cum c. sequente.

XXX. Regula: Ne turpibus lucris inhient, cauetur distinct. 88. c. consequens. distinct. 23. c. his igitur. vers. neq; turpium.

XXXI. Regula: Ne vsuras exerceant, cauetur d. c. his igitur. vers. vsuris nequaquam. item c. clerici. 2. de vita & honestate clericor. distin. 46. c. seditionarios. vers. sicut nec vsurarios. c. non licet. & c. vlt. item distinct. 47. in prin. cum duob. cc. sequentib. c. de Petro. c. si quis. item 14. q. 4. c. si quis clericus, in fine. & c. nullus. Apostol. canon. 43.

XXXII. Regula: Ne sint cupidi, auari vel ambitiosi, cauetur dist. 47. in princ. & c. virum. c. bonorum. c. sicut. item dist. 23. c. his igitur. vers. amorem pecuniæ. & vers. neq; vllius iactantiæ.

XXXIII. Regula: Ecclesiastica officia nec ambiant, nec oblata respuant, cauetur 16. q. 1. c. vos aũt.

XXXIV. Regula: Ne simul ecclesiastica & monasterij negocia tractent, cauetur d. q. 1. c. nemo. c. legi. §. fin. cum c. sequente. c. presbyteros.

XXXV. Regula: Ne vnus plura ecclesiastica beneficia habeat, cauetur 1. cap. 7. reg 8.

XXXVI. Regula: Ministerium euangelizandi & baptizandi renuere non debet. 8. q. 1. c. olim.

XXXVII. Regula: Officiũ clerici circa rem domesticam & liberos describitur distinct. 47. c. sicut. §. necesse est, cum sequentibus, vsq; ad c. quod ad nos. Planè à cura rei familiaru liber esse iubetur

11.q.3.c.si quis episcopus, cum sequentibus, vsq; ad c. ita corporis.c. qui resistit. c. si is qui præest. item De excess prælator.c. sanè.5. & c.cū ad.7. Huius replicatio est: Nisi non malum præcipiatur, sed bonum intermittendum.d.q.3.c quid ergo. §. sciendum tamen. Quarta exceptio videtur: Nisi non more iusticie, sed ex alia causa quid sit præceptum. Hæc reprobatur 11.q.3.c. pauper, in fine.c. seruetur. Declaratur exceptio proposita d.q.3, c. episcopus. §. ad hoc respondendum. vers. ex animo.

XLI. Regula: Ne à correctione sui prælati ad laicos confugiant, cauetur 21. q.5. in princ. cum sequentib. & 11. q.3.c. si quis presbyter.

XLII. Regula: Clerici & monachi sine consilio prælatorum nihil agere debent.16.q.1.c.ecclesia. De consecrat.distinct.5.c.in omnibus.vers.& nihil sine. Declaratur hæc regula d.q.1.c. hinc est. §. item illud. vers. & ad rusticum. Huius regulæ exceptio est: Nisi diuina gratia intus commoniti ad docendum prorumpant.d.q.1.c.placet.§.ostendit ergo.

XLIII. Regula: Monachi de clericis iudicare non debent.16.q.1.c.si clericatus.§.non est.

XLIV. Regula: Clericos decet hospitalitas. distinct.40.in prin.distinct.42. in prin. distinct.85. in prin.cum c.sequente.

XLV. Regula: In hospitalitate exercēda delectus personarum nō est habendus.dist.42.c. quicscamus.

XLVI. Regula: Hospitalitas aliorum ab ijs non despicienda.dist.42.c.si quis despicit.

XLVII. Regula : De conuiuijs exercendis, & primùm de loco conuiuiorum. In locis Deo dicatis conuiuia non celebranda. distin. 42. c. non oportet. c. nulli. c. pen. & vlt.

XLVIII. Regula : De tempore conuiuiorum cauetur dist. 44. c. vlt. §. 1.

XLIX. Regula : De benedictione & gratiarum actione in conuiuijs cauetur d. §. 1. vers. nec oportet. item d. distinct. 44. c. quando.

L. Regula : De modo & adiunctis conuiuiorum cauetur d. distinct. 44. c. conuiuia. c. quando. c. nullius. c. penult. Vt modus in conuiuando seruetur, cauetur d. distinct. 44. c. multis. Vt à publicis conuiuijs abstineant, cauetur distinct. 23. c. his igitur, in princ.

LI. Regula : Ne ex symbolis vel confertis conuiuia celebrentur, cauetur distinct. 44. c. non oportet. c. vlt. in princ.

LII. Regula: Ne conuiuæ partes tollant de mensa, cauetur dist. 42. c. non oportet.

LIII. Regula: Ne inter pocula cantent, cauetur 22. q. 1. c. clericum, in fine. dist. 44. c. nullus. vers. aut cantare.

LIV. Regula: Vt omnibus prodesse, nulli nocere velint, cauetur 14. q. 5. c. denique, in fine. & c. vlt. in prin. de postulando.

LV. Regula : Intercedere pro reis vel damnatis possunt, non autem temerario ausu eos debent defendere. 14. q. 6. c. 1. vers. sed non inhumanum est. &

c. hi

c. hi qui. 17. q. 4. c. item. 23. q. 5. c. reos, in prin. l. 6. C. de episcopali audientia.

LVI. Regula: Continentes & casti esse iubentur c. vt clericorum. 13. de vita & honestate clericor. distinct. 31. c. episcopos. distinct. 32. c. erubescent. distinct. 23. c. his igitur. distin. 43. in prin. distinct. 82. c. propositi. distinct. 84. c. cum in præterito, c. cum de quorundam.

LVII. Regula: Ne cum mulieribus confabulentur, vel conuersentur, cauetur c. si quisquam. 2. de cohabitat. clericor. distinct. 81. si quisquam. & dist. 23. c. his igitur. vers. viduarum. Circa fœminas officia clericorum & monachorum.

LVIII. Regula: Ne fœminas osculentur, cauetur de consecrat. dist. 4. c. monachi.

LIX. Regula: Ne secum habeant mulieres, cauetur distinct. 81. c. oportet. c. sed si forte, in fine. c. volumus. c. cum omnib. c. archidiaconum. c. quidam. c. fœminas. c. ad reatum. distin. 82. c. plurimos. c. quia aliquanti. item De cohabitat. clericor. c. 1. in prin. & De conuers. coniugator. c. vxoratus. 8. §. fin. & distinct. 32. c. hospitiolum. Concordat item M. I. C. lib. 3. cap. 2. reg 7. in prin. Planè propositæ regulæ exceptio hæc est: Nisi matrem, filiam, vel sororem suam clericus secum habeat, aut aliam, quæ omnem suspicionem effugiat. c. à nobis. 9. de cohabitat. clericor. dist. 32. c. interdixit. dist. 81. c. volumus. c. cum omnibus. c. fœminas. Concordat M. I. C. d. reg 7. excepti. 1. Contradicit quoad sororem d. distinct. 81. c. legitur. Planè propositæ exceptionis replicatio est:

Nisi istiusmodi mulieres de incontinentia sint suspectæ.c.1.de cohabit.cleric.Plures huiusmodi exceptiones vide M.I.C. d.reg.7.item ff.in regulis sequentibus.

LX. Regula: Ne concubinas alant, cauetur *c. clericos.3.c sicut.4.c.si autem.6. de cohabitat.clericor.distinct.28.c.decernimus.distinct.32.c.nullus, cum c sequente,in prin.vsq; ad §.præcipientes. dist. 33.in prin.§.sed quæritur. distinct.81.c.si qui sunt. c.eos etiam.M.I.R.lib.3 cap.2.reg.34.* Declaratur *regula proposita definitione concubinæ distinct.34. c.omnibus.§. concubina autem.* Pœna autem *concubinatus etiam in liberos extenditur 15.q.8,c. cum multæ.*

LXI. Regula: Ne vxores ducant,*cauetur distin. 28.c.decernimus,c.de his.§. cauendum. c. presbyterum.c.vlt.distinct.31.c.vlt.§.quod autem.§ similiter distinct.32.c.de illo.c.subdiaconibus,distinct.33. in prin.distinct.81.c.si quis amodo.c si quis sacerdotum.c.eos etiam. item 26. q.2. c.1.§. his itaq;. vers. copula nanq;.c.1.& c.cum decorem.8.de clericis cõiugatis.* Concordant item *ea quæ habentur ff. lib. prox.cap.13.except.30.& M.I.C.lib.3. cap.2.reg.8.* Planè huius *regulæ exceptio prima hæc est*: Nisi *infra subdiaconatũ clericus sit constitutus*: huic enim *vxorem habere permittitur, priuatur tamen beneficio.d.c.1.& c.quod à te.3. de clericis coniugatis. & c.clericus.6.de vita & honestate clericor.dist.32. c.placuit,c.lectores. item 15.q.3.c.sanè.§.cum autẽ. vers.*

vers. legibus enim. Apost. canon. 25. Concordat item ȝ. *lib. prox. d. except. 30. repl. 7. item M. I. C. d. reg. 8. except. 2. Huius exceptionis replicatio prima haec est: Nisi alterius secta vxores ducant d. distinct. 32. c. quoniam. Altera replicatio est: Nisi secundam vxorem duxerit. Approbatur per ea quae proposita sunt* S̄. *cap. prox. reg. 24. & M. I. C. d. except. 2. repl. 1. Tertia replicatio est: Nisi viduam vxorem duxerit, non virginem. Approbatur per ea quae proposita sunt* S̄. *cap prox. reg. 25. & M. I. C. d. except. 2. repl. 2. Plures huiusmodi replicationes vide d. except. 2. Altera exceptio est: Nisi is qui vxorem duxerat, poenitentia ductus eam dimiserit. c. sanè. 4. de clericis coniugatis. Tertia exceptio est: Nisi cum minores religioni à parentibus oblati essent, maiores octodecim annorum facti nuptias contrahere velint. dist. 28. c. de his. Plures propositae regulae exceptiones vide M. I. C. d. reg. 8. item* ȝ. *lib. prox. d. except. 30. Vide item de proposita regula* ȝ. *cap. 11. de diaconis, reg. 14.*

LXII. *Regula: Ne in sacris ordinibus constituti cum vxoribus suis coëant. Haec regula approbatur simul & distinguitur per ea quae habetur* ȝ. *lib. prox. cap. 16. reg. 5. except. 4. Quibus concordat distin. 31. c. 1. §. eos autem. & §. fin cum sequentibus. vbi ratio propositae regulae adfertur à Gratiano ver. causa huius. Concordat item d. distinct. 31. c. temerè, cum c. sequente. c. eos. c. si laicus. item distinct. 32. c. 1. c. multorum. distinct. 81. c. ministri. Concordat item* S̄. *reg. 56. Contradicit Apostol. canon. episcopus. 5.*

vbi cauetur, ne sub pratextu religionis vxorem abijciant. Respondetur huic obiectioni distinct. 31. c. quicunq;. §. potest & aliter. c. quoniam. §. fin. De qua re vide item lib. prox. cap. 16. reg. 5. except. 4. Propositæ regulæ exceptionem vide lib. prox. d. except. 4. repl. 1.

LXIII. Regula: Ne clericus solus ad fœminæ tabernaculum accedat, nec cum sola fœmina confabuletur, nec per alios fœminæ aliquid secretò mandet, cauetur distinct. 81. c. clericus, cum c sequente. c. cum omnibus. & c. clerici.

LXIV. Regula: Ne cum mulieribus lauacra habeant communia, cauetur dist. 81. c. non oportet.

LXV. Regula: Ne monialium monasteria ingrediantur, cauetur c. monasteria. 8. de vita & honestate clericor. 18. q. 2. c. diffinimus. c. in nullo. Nouell. 133. §. non ingredietur.

LXVI. Regula: Nec commatrem sibi facere, neq; ad fœminas accedere monacho licet. 18. q. 2. c. peruenit.

LXVII. Regula: Ne ab ecclesia sua recedant, sed ibi resideant, cauetur c. quia nonnulli. 3. §. cum igitur. c. relatum. 4 c. conquerente. 6. vers. vel quod eidem ecclesiæ. c. ex parte. 8. c. qualiter. 9. c. inter quatuor. 10. c. ex tua. 11. in prin. & c. vlt. de clericis non residentibus. c. extirpandæ. 30. §. qui verò. de prabendis. c. quanto. 7. de officio ordinarij. c. licet canon. 14. §. is etiam. de electione, in 6. Clement. 1. §. quia verò. vers. prælatis eorum. & §. cæterùm, in fine. de statu me-

tu monachorum.7.q.1.c.si qui verò.c.si quis in clero. item De statu regularium, in 6.c. vnico, in prin.16. q.1.c.quidam.c. si cupis, in prin.c.iuxta.18.q.2.c. abbates.§.monachi.20.q.4.c.vlt.vers.item clericis. Concordant deniq; ea quæ habentur j. reg. proxim. item M.I.C.lib.3.cap.2.reg.16. M.I.R. lib.3. cap.2. reg.35. Planè propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi rationabilis causa subsit.d.§.cæterùm, in fine.& c.relatum.4.vers.vel pro alijs honestis.& c. inter quatuor.10.in fine.vers.dummodo non sint iusto.de clericis non residentibus.c.licet canon.14.§. fin.de electione, in 6.M.I.R.d.reg.35.except.1. Quæ autem sit rationabilis causa ad non residendum, patet ex sequentibus exceptionibus, tanquam propositæ exceptionis speciebus. Altera exceptio est: Nisi studiorum causa absit.d.§.cæterùm.vers.nisi ex studiorum causa.& d.c.relatum.4.vers.vel studio literarum. Concordant ea quæ habentur j.cap.7.reg. 79.except.1. M.I.R. d.reg.35.except.2. Huius exceptionis replicatio prima est, quo ad quotidianas distributiones; has enim studiorum causa absens non percipit.c.licet.32. de præbendis. M.I.R. d.except.2. repl.1. Altera replicatio est: Nisi studiorũ causa absit eo loco, vbi nullum est studiorũ exercitiũ.c. tuæ fraternitatis.12 de clericis non residentib. Tertia replicatio est: Nisi sine licentia sui prælati & cõsilio maioris partis cõuẽtus studiorũ causa absit.c.vt periculosa.2.ne clerici vel monachi secularib. Hæc de secũda exceptione, Tertia propositæ regulæ exceptio est:

Nisi

Nisi pro seruitijs ecclesiæ absit. c. ex parte. 13. de clericis non residentibus. Quarta exceptio est: Nisi in seruitio vel comitatu sui prælati absit. c. de cætero. 7. & c. ad audientiam. 15. eod tt. Quinta exceptio est: Nisi in familia Papæ absens sit. c. cum dilectus. 14. eod. tt. M. I. R. d. reg. 35. except. 3. Sexta exceptio: Nisi cum licentia sui prælati absit. c. relatũ. 4. vers. nisi fortè de licentia. d. tt. Huius replicatio est: Nisi defectus sit clericorum. c. cum ad hoc. 16. de clericis non residentibus. Septima exceptio videtur: Nisi beneficium sit modicæ æstimationis. Sed reprobatur c. conquerente. 6. eod. tt. Octaua exceptio: Nisi in digniori ecclesia resideat, qui ab accessoria abest c. extirpanda. 30. §. qui verò. de prebendis. distinct. 70. c. vlt. §. si quæ tamen. Nona exceptio est: Nisi in ecclesiam extra monasterium constitutam eat. Nouell. 133. §. deinde etsi. Decima exceptio est: Nisi beneficium resignauerit. Cuius replicatio est: Nisi sine superioris licentia id resignauerit. c. admonet. 4. de renunciat. Plures huiusmodi exceptiones vide j. c. 7. reg. 79. item cap. 8. quæst. 8. reg. 48. except. 1. cum sequentibus.

LXVIII. Regula: Ne ex vna ecclesia in aliam transeant, cauetur c. 1. de clericis non residentibus. c. Ioannes. 5. c. non est. 7. de regularibus. distin. 70. c. vlt. §. & in qua. 1. q. 1. c. filium. 7. q. 1. c. placut. c. si qui verò. c. si quis presbyter. c. propter. c. si quis de ordine. 19. q. 2. c. 1. 20. q. 4. c. monachum, in prin. extrauag. comm. 1. de regularibus. Apostol. canon. 14.

Con-

Concordant item ea quæ habentur S. reg. prox. & M.I.C.lib.3.cap.2.reg.17. Propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi licentia sui prælati ab vna ecclesia ad aliam transierit, vel decreto publicè interposito.d.c.monachum.vers. nisi abbatis sui.c. quæsitū. 5.§.fin.7.q.1.c.episcopus de loco. Altera exceptio est: Nisi ad duriorem ordinem transierit.c.sanè.10.& c. licet.18.de regularibus.c.ex parte.10.de tempor. ordinat.20.q.4.c.1. Tertia exceptio est: Nisi clericus monasterium ingrediatur.19.q.1 c.1.q.2.c.duæ sunt. Huius replicatio est: Nisi canonicus sit regularis: huic enim non permittitur ad aliud monasterium transire.19.q.3 c.1.c.mandamus. Ratio huius redditur 20.q.4.in fine. Quarta exceptio videtur: Nisi consuetudo loci permittat ab vna ecclesia ad aliam transire. Sed reprobatur c.cum venerabilis.7. de consuetudine. Quinta exceptio est: Nisi tempore probationis nondum finito, nec professione facta, ad aliam ecclesiam transierit. c. postulasti. 21. de regularibus.

Replicatio præcedentium exceptionum generalis.

Hactenus propositæ regulæ exceptiones enumerauimus, quarum tamen replicatio generalis hæc est: Nisi seruus manumissus sit hoc modo, vt ecclesiæ certa seruiat, hic enim ad aliam ecclesiam transire non potest.c.eo libentius. 6. de seruis non ordinandis. Plura de regula proposita videj. cap.7.reg. 8.except.2.

LXIX. Re-

LXIX. Regula: Ne ad secularem vitam redeat, cauetur c.1. & c. tuæ fraternitati. 3. de apostatis. 7. q.1.c.si qui verò. 17.q.1.c. Ananias. 20.q.1.c. puellæ. q.3.c.1.c. procliuus.c.eos qui. 17.q.1.c.si custos. c.si homo.c.omnes.vers.quæ verò. Concordat item M.I. C. lib.3. cap.2.reg.18. M.I.R. d.cap.2.reg.36. Planè propositæ regulæ exceptio prima videtur: Nisi licentia sui prælati ad secularem vitam redierit. Sed reprobatur 17.q.3.c. vnico. Altera exceptio est: Nisi professio nondum fuerit facta. c.postulasti.21. de regularibus. 17.q.1.c. vlt. in fine. q.2. c.1. c.nec nouimus. in fine. Huius replicatio prima hæc est: Nisi habitum religionis susceperit. c. super eo. 9. c. ex parte. 22. de regularibus. c. constitutionem. 3. §. sed expressè. vers. tacitè verò. eod. tt. in 6. Huius duplicatio prima est: Nisi nouitiorum, non professorum habitum susceperit. Quæ duplicatio approbatur simul & distinguitur c. consulti. 20. & c. statuimus. 23. §. fin. de regularibus. Huius duplicationis triplicatio prima est: Nisi euidenter appareat, cum vitæ genus commutare voluisse. d. c. 20. Altera triplicatio est: Nisi per annum habitum nouitiorum gestauerit. Clement. eos qui. 2. eod. tt. & d. c. ex parte. 22. Altera propositæ replicationis duplicatio est: Nisi intra triduum habitum rursus deposuerit. c. ad nostram. 8. vers. aut si post. de regularibus. c. constitutionem. 3. §. fin. eod. tt. in 6. Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi mulier non professa velum conuersionis sponte sibi imposuerit, c. vidua. 4. de regularibus.

ribus. Tertia replicatio est. Nisi euidenter appareat, non professum vitæ genus commutare voluisse. c. consulti. 20. & c statuimus. 23. d. tt. Hæc de secunda exceptione. Tertia propositæ regulæ exceptio est: Nisi inuitus sit professus. c. 1. de his quæ vi metúsve causa. 20. q. 1 c. sicut. q. 3 in prin. cum c sequente. c præsens. Huius replicatio prima hæc est: Nisi postmodum ratum habuerit, quod ab initio se inuito gestum est. d. c. 1. §. fin. 20. q. 1. c. illud. Quarta exceptio videtur: Nisi blanditijs prælatorum allectus sit ad professionem. Sed reprobatur 16. q. 7. c. vlt. 20. q. 3. c. vltim. Quinta exceptio est: Nisi minor annis professus sit. c. ad nostram. 8. de regularibus. c. 1. in prin. c. non solùm. 2. vers. maior tamen quatuordecim. eod. tt. in 6. 20. q. 1. c. 1. Huius replicatio prima est: Nisi adultus factus professionẽ ratam habuerit. d. c. 1. in 6. & d. q. 1. c. 1. c. illud autem. Concordant ea quæ habentur S. cap. prox. quæst. 1. reg 36. except. 4. Altera replicatio est: Nisi consensu parentum minor sit oblatus. d. c. 1. in fine, cum c. sequente. & d. q. 1. c. monachum. c. quicunq; c. quem progenitores. c. infans. §. ex his authoritatib. item De regulāribus c. significatum. 11. §. si autem à parentib. & c. cum virum. 12. Contradicit c. cum simus. 14. eod. tt. & glossa in d. c. 12. in verbo, Quidquid horum. Hæc de quinta exceptione: de qua tamen vide plura S. cap. prox. q. 2. reg. 36. Sexta exceptio est: Nisi furiosus professus sit. Hæc exceptio approbatur sub conditione c. sicut tenor. 15. de regularib. Septima exceptio:

Nisi

Nisi ante tempus probationis finitum professus sit. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur per ea quæ habentur S. *cap. prox. quæst. 6. reg. 8. Octaua exceptio videtur : Nisi consecratio nondum fuerit facta. Sed reprobatur 20. q. 1. c. puellæ. vers. etiamsi nondum. Nona exceptio videtur: Nisi post professionem non susceperit habitum religionis. Sed reprobatur c. porrectum. 13. de regularibus. c. constitutionem. 3. vers. sed expresse. eod. tt. in 6. Decima exceptio videtur : Nisi professus nunquam in claustro sed in seculo permanserit, & bonis suis vsus sit. Reprobatur c. sicut nobis. 17. de regularibus. c. ex parte. 9. de conuersione coniugator. Hæc de sexagesimanona regula eius q3 exceptionibus sint dicta: de qua vide item M. I. C. lib. 3. cap. 2. reg. 18. Sanè de fugitiuis & apostatis requirendis ac puniendis cauetur c. vlt. de regularibus.*

LXX. Regula: Vt peregrinantes literas habeant commendaticias ac testimoniales, cauetur c. fraternitati. 5. de clericis non residentibus. c. 1. de clericis peregrinis. extrauag. com. ad nostram. 2. de regularibus. item De consecrat. distinct. 5. c. non oportet. item distinct. 71. c. extraneo. c. hortamur. & c. vlt. item 23 q. 8. c. si quis episcopus. Apostol. canon. 32. & l. 22. §. fin. C. de episcopis & clericis. Concordant item ea quæ habentur S. *cap. prox. quæst. 2. reg. 9. excepta. 3. repl. 1. Forma harum literarum præscribitur dist. 73. in princip. Exemplum habetur d. distinct. 73. c. 1. & c. vlt. Huius regulæ exceptio est:*

Nisi

Nisi peregrinantes spiritu diuino agitentur. 19. q. 2. c. duæ sunt.

LXXI. Regula: Vt iam dictæ litera rogentur, & non nisi à rogato dentur, cauetur distinct. 72. in prin. cum c. sequente.

LXXII. Regula: A sede apostolica vocatus domum non reuertatur sine literis apostolcis. 8. quæst. 5. in prin. cum c. sequente.

LXXIII. Regula: Vt à causis sanguinis abstineant, cauetur c. clericis. 5. in prin. c. sententiam. 9. ne clerici vel monachi secularibus. 23. q. 8. c. sæpe principes. c. his à quibus. Propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi à seculari magistratu iureiurando indulgentia reo promittatur. d. c. sæpe principes. vers. sibi consentiant fieri regibus. Altera exceptio est: Nisi clericus iurisdictionem temporalem habens, causas sanguinis delegauerit. 6. vlt. ne clerici vel monachi secularibus, in 6.

LXXIV. Regula: Clericus qui homicidium commisit, vel causam mortis præstitit, deponitur. c. de cætero. 11. de homicidio. distinct. 50. c. miror. c. clericum. c. si quis viduam. vers. similiter. Apostol. canon. 64. M. I. R. lib. 3. cap. 2. reg. 37. Exemplum eius qui causam mortis præbuit, habetur c. ex literis. 10. de excessib. prælatorum. Propositæ regulæ exceptio prima est: Nisi casu, non occidendi animo factum sit homicidium. c. lator. 9. c. dilectus. 13. c. ex literis. 14. c. ex literis. 15. c. significasti. 16. c. Ioannes. 23. & c. vlt. de homicidio. distin. 50. c. clerico. c. hi qui. item

15.q.1.c. nec is qui. Concordant item ea quæ habentur §. *lib.1.cap.5. de homicidio, quæst.1. excepti. generali 1. Planè huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi culpa casum præcessit, seu non adhibuit diligentiam quam debuit. c. presbyterum. 7. & c. continebatur.8.de homicidio. Altera replicatio est: Nisi dans operam rei illicitæ casu homicidium fecerit. Quæ replicatio approbatur secundum quosdam d.c. continebatur.8. item c.tua nos.19. in prin.c. sicut. eod. tt. Tertia replicatio est: Nisi ira percitus casu homicidium fecerit. distinct. 50. c. studeat. Quarta replicatio videtur: Nisi homicida veniam delicti petierit. Sed reprobatur c. exhibita. 22. de homicidio. Hæc de prima exceptione. Altera propositæ regulæ exceptio videtur: Nisi sui defendendi causa homicidium fecerit. Sed reprobatur c. interfecisti. 2.* §. *fin. & c. significasti.18.* §. *fin.eod.tt.item distinct. 50. c. de his clericis. Admittitur tamen, si mortem aliter effugere non potuit, Clement. vnica, in fine.de homicidio. M.I.R.d.reg 37.excepti.1. Tertia exceptio est: Nisi obsidionis vel captiuitatis necessitate coactus homicidium fecerit. distinct. 50. c. de eo.* §. *quod verò, cum c. sequente. & c. quia te. Quarta exceptio videtur: Nisi pro salute communi, vel aduersus hostes fidei pugnans homicidiũ fecerit. Sed reprobatur sub conditione c. pen. de homicidio. Quinta exceptio est: Nisi per furorem homicidium fecerit. Hæc exceptio approbatur simul & distinguitur 15.q.1.c.vlt. Clement. vnica, de homicidio. Sexta*

excep-

exceptio est : Nisi ciuiliter saltem conquerens de crimine causam mortis præbuit. c. postulasti. 21. de homicidio c. prælatis. 2. eod. tt. in 6. Septima exceptio: Nisi indicia tantùm criminis professus causam mortis præbuit. c. tua nos. 19. §. ad vltimum. de homicidio. Octaua exceptio est: Nisi conceptus, nondũ autem viuificatus fœtus interierit. c. sicut. 20. in fine. eod. tt. Nona exceptio : Nisi non per se, sed per alium occidit. reprobatur c. Heinricus. 2. de clericis pugnantibus. Decima exceptio est : Nisi tantùm in turba defendendi causa fuit, in qua aliquis est occisus. c. præsentium. 3. & c. vlt. de clerico percussore. Vndecima exceptio videtur : Nisi non appareat, cuius ictu perierit. Sed reprobatur c. significasti. 18. §. quod si discerni. de homicidio. Duodecima exceptio videtur : Nisi cum non lataliter aliquem vulnerasset, is postea ab alio fuerit occisus. Sed reprobatur d. c. 18. Decimatertia exceptio videtur : Nisi cum tantùm verberari mandasset, hoc adiecto ne occidatur: mandatarius fines mandati egressus occiderit. Sed reprobatur c. vlt. eod. tt. in 6. Decimaquarta exceptio est : Nisi infans homicidium fecerit, Clement. vnica, eod. tt. Decimaquinta exceptio est : Nisi dormiens aliquem occiderit. d. Clement. vnica.

LXXV. Regula : Ne militent, vel alios ad militandum incitent, bellicáve negocia administrent, aut in duello pugnent, cauetur c. 1. de clericis pugnantib. c. quod in dubijs. 5. de pœnis. 23. q. 8. in prin. cum sequentibus, vsque ad c. clerici qui. item d. q. 8.

c. reprehensibile. c. si in mortē. c. quo ausu. c. si quis episcopus. ȝ. reprehenduntur, cum c. sequente, vsque ad §. licet ergo. Apostol. canon. 82. Huius regulæ exceptio prima videtur: Nisi sui defendendi causa bellum gerat. Sed reprobatur d. q. 8. in prin. §. fin. & c. non pila. vers. aliter nec debeo. Altera exceptio est: Nisi pro suo gregē bellum gerat. d. q. 8. c. scire vos. Tertia exceptio est: Nisi ratione feudorum, quæ ab Imperatore detinet, ad bellum vocetur. Quæ exceptio videtur approbari d. q. 8. c. si in mortem. §. ecce quod. Quarta exceptio est: Nisi alios ad defensionem oppressorum & infidelibus resistendum hortentur: hoc enim facere possunt. d. q. 8. c. igitur cum sæpe. c. omni timore. c. hortatu. c. præterea. c. vt pridem. c. suppliciter. & c. si vobis. §. licet ergo.

LXXVI. Regula: Ne arma sumant, néve armati incedant, cauetur 23. q. 8. c. clerici. c. quicunq; ex. item De vita & honestate clericor. c. clerici. 2. & Cle. 1. §. aduersus verò vers. vel arma portantes. eod. tt. item Clem. 1. §. quia verò, in fin. de statu monach.

LXXVII. Regula: Ne sint seditiosi, cauetur distinct. 23. c. his igitur. vers. dolos. & distinct. 46. c. seditionarios.

LXXVIII. Regula: Ne sint cupidi vindictæ, cauetur d. c. seditionarios. vers. vel iniuriarum suarum vltor.

LXXIX. Regula: Ne discordent, néve sint contentiosi. cauetur distinct. 90. c. oblationes. c. neq; ad Cain. c. alienus. c. si quis. c. dissidentes.

LXXX. Re-

LXXX. Regula: Ne sint inuidi, cauetur d. c. his igitur. vers. odium. & distinct. 46. c. clericus inuidens.

LXXXI. Regula: Ne sint maledici vel calumniantes, cauetur d. vers. odium, & d. dist. 46. c. clericus. c. accusatores.

LXXXII. Regula: Ne adulationibus & proditionibus vacent, cauetur distinct. 46. c. clericus qui. & c. sunt nonnulli.

LXXXIII. Regula; Ne iurent, cauetur 2. q. 5. c. 1. c. nos sanctorum. c. nos sacramentū. & c. si quis. item 22. q. 5. c. penult. & vlt. item De iureiurando c. nullus. 5. item De iuramento calumniæ c. 1. & l. 25. §. quod si lis. vers. quia ecclesiast. C. de episcop. & clericis. Propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi pro recta fide iurent, d. c. nos sacramentum. & d. 2. q. 5. c. 1. vers. nisi pro recta fide. Altera exceptio est: Nisi agatur de fama clerici. d. q. 5. c. si quis presbyter. §. verùm, cum c. sequente. c. habet. c. Mennam. c. quanto. & c. mandastis. Tertia exceptio est: Nisi ex causa necessaria iurandum sit, puta pro testimonio. c. etsi Christus. 26. de iureiurando. De quare vide plura ſ. lib. prox. cap. 16. in prin.

LXXXIV. Regula: Ne scurrilibus & turpibus verbis vtantur, cauetur distinct. 46. c. clericum.

LXXXV. Regula: Ne ioculatores sint, vel goliardi aut bufones, cauetur c. vnico, de vita & honestate clericor. in 6.

LXXXVI. Regula: Ne ludant, néve spectaculis

interſint, cauetur. diſtin. 23. c. his igitur, in prin. diſt. 35. c. 1. diſt. 44. c. nullus presbyterorum, in fine. item c. cum decoram. 12. c. clerici. 15. §. minus. & §. ad aleas. de vita & honeſtate clericor. item De conſecrat. diſt. 5. c. non oportet. Apoſtol. canon. 41. cum ſequente. Concordat item M. I. C. lib. 3. c. 2. reg. 13.

LXXXVII. Regula: Ne venationes exerceant, cauetur c. 1. & c. vltim. de clerico venatore. Clem. §. porrò. & §. ſi quis autem. verſ. ſi qui verò. de ſtatu monachor. diſtinct. 34. c. epiſcopum. c. omnibus. diſtinct. 86. c. qui venatoribus, cum ſequentibus, vſq; ad c. non ſatis eſt.

LXXXVIII. Regula: Ne comam nutriant, neque barbam, cauetur c. ſi quis. 4. c. clericus. 5. c. clericis. 7. & c. clerici. 15. §. comam. de vita & honeſtate clericor. diſtinct. 23. c. prohibete. c. clerici. c. ſi quis ex. c. penult. Ratio raſuræ redditur 12. q. 1. c. duo ſunt. §. hinamq; ſunt. verſ. & hoc deſignat. Huius regulæ exceptio prima eſt: Niſi clericus ſit coniugatus, non beneficiatus. c. Ioannes. 7. de clericis coniugatis. Altera exceptio eſt: Niſi mulier ſit religioſa. diſtinct. 30. c. quæcunq;.

LXXXIX. Regula: De habitu, veſtitu & ornatu clericorum cauetur d. c. clerici. 15. de vita & honeſtate clericor. c. cum ad. 6. in prin. de ſtatu monachor. Clement. 1. eod. tt. Clement. quoniam. 2. de vita & honeſtate clericor. diſt. 23. c. clerici. c. ſanctimonialis. diſt. 41. in prin. & c. parſimoniam. item c. vlt. in prin. 21. q. 4. c. 1. cum ſequentib. vſq; ad q. 5.

Huius

Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi in minori ætate clericus sit constitutus. c. vlt. de clericis coniugatis. Ad regulam quoq; propositam pertinet, quòd compagù & mappulæ vti nō possint sine permissu Papæ. distinct. 93. c. peruenit, cum c. sequente.

XC. Regula: De varietate vestitus clericorum. Eius ratio redditur distinct. 40. in prin. vers. vnde in veteri. Huius exceptio est: Nisi conuersis sit prædicandum: hoc enim casu eundem habitum gestare debent omnes, quamuis diuersi ordinis. c. Deus. 11. de vita & honestate clericor.

XCI. Regula: De distinguendo habitu nouitiorum & professorum cauetur c. statuimus. 23. §. fin. de regularibus.

XCII. Regula: De incessu clericorum cauetur distin. 41. c. parsimoniam. vers. & incessu. item c. vlt. dist. 23. c. his igitur. vers. non vagi oculis.

XCIII. Regula: De alimentis, cibo & potu clericorum cauetur distinct. 41. in princ. vers. & quod tam de vestibus. item c. 1. eod. distinct. Apostol. canon. 62.

XCIV. Regula: Non cibus, sed appetitus est in culpa. d. distinct. 41. c. delicias. c. quod dicit.

XCV. Regula: Vt diuitibus obseruantia cibi remittatur, cauetur distinct. 41. c. non cogantur.

XCVI. Regula: De esu carnium monachis interdicto cauetur c. cū ad. 6. §. in refectorio. de statu monachor. Clem. 1. §. fin. eod. tit. De consecrat. dist. 5. c. carnem. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi ob

egritudinem, d c. carnem. vers. seruato tamen moderamine. & d.c.cum ad.6.§. porrò debiles. Altera exceptio videtur: Nisi in solennitatibus. Sed reprobatur d.c.cum ad.6.§.nec in quibusdam. Tertia exceptio videtur: Nisi extra refectorium carnibus vescatur. Sed reprobatur d.§.nec in quibusdam. vers. sed nec extra refectorium. Quarta exceptio est: Nisi ex speciali abbatis indulgentia. d.§.nec in quibusdam. vers. quanquam ex indulgentia.

XCVII. Regula: De crapulis & ebrietatibus vitandis cauetur c.à crapula.14.de vita & honestate clericor. distinct.23.c.his igitur, in prin. vers. priuata. & distinct.35.in prin.§ sequitur.c.1.c. venter. c.vinolentum.c.luxuriam.c.sexto.c.vlt.& dist.44. in prin.cum c.sequente.c.nullus.c.vlt.§.si ergo. De consecrat.distinct.5.c. nullus presbyterorum. Apost. canon.41. cum sequente.

XCVIII. Regula: Ne tabernas ingrediantur, cauetur distin.44.c.non oportet. c.clerici. item De vita & honestate cleric.c. clerici.15.§. & tabernas. Apostol.canon.53.

XCIX. Regula: Ne tabernam aut ergasterium habeant, cauetur distinct 44.c.nulli.

C. Regula: De alimentis adquirendis cauetur distinct.91.in prin.c.presbyter.vers. deinde peractis. c.clericus.c penult.

CI. Regula: Vt priuatum seu proprium nihil habeant. sed omnia illis sint communia, cauetur De regularibus c. Ioannes. 5. vers. nec eorum aliquem.

item

item De statu monachorum c. monachi. 2. in princ. vers. nec peculium. & §. qui verò item c. super. 4. c. cum ad. 6. §. 1. item Clem. 1. §. fin. eod. tt. Idem cauetur non de monachis solùm, sed & de clericis. 12. q. 1. in prin. c. dilectissimis. c. clericus. 6. duo sunt. §. ratio verò. c. quia tua. c scimus. c. nolo. c. non dicatis. c. habebat, in fine. c. illi autem. §. de rebus. item dist. 32. c. præter. §. præcipientes. Accedit M. I. R. lib. 3. cap. 2. reg. 38. Planè propositæ regulæ exceptio prima hæc est, quòd habens propria clericus quidem non erit, clericatus tamen illi non tollatur. d. §. de rebus. vers. si habuerint: non clerici erunt, non tamen, &c. item d. q. 1. c. certè ego. Altera exceptio est: Nisi clericus vxorem & libros habeat: ad horum enim vsum licet illi habere propria. d. q. 1. c. præcipimus. §. cũ ergo. Cui contradicit glossa in vers. sed notandum. Tertia exceptio est: Nisi clericus suis contentus à sumptibus ecclesiæ abstineat. d q. 1 c. illi autem. Accedit glossa d. q. 1. in prin. Quarta exceptio videtur: Nisi cum monacho de habenda proprietate fuerit dispensatum. Sed reprobatur c. cum ad. 6. §. fin. de statu monachor. Quintæ exceptionis loco notandum, quamuis nihil propriũ habere debeant, tamẽ res ecclesiæ ab ijs possideri & administrari posse. 12. q. 1. c. expedit. c. nulli. §. si ergo res, cum c. sequẽtes.

CII. Regula: De lectis monachorum cauetur Clement. 1. in prin. vers. & lectisternij. de statu monachorum.

CIII. Regula: De habitatione clericorum &

monachorum. Vt non separatim, sed in communi loco habitent, comedant & dormiant, cauetur 12. q. 1. c. 1. c. dilectissimis. c. necessaria. c. quia tua. in prin. 16. q. 1. c. si clericatus. §. fin. 20. q. 4. c. monachum. §. seruandum quoq; item distinct. 32. c. praeter hoc. §. praecipientes. De consecrat. distinct. 5. c. in omnibus. item De vita & honestate clericor. c. quoniam. 9. in princ. vers. in vna domo. M. I. R. lib. 3. c. 2. reg. 40. Huius regulae duae exceptiones proponuntur d. §. seruandum. vers. nisi forte probatis post emeritos labores, aut propter infirmitatis necessitatem. Plura de regula proposita eiusq; exceptionibus vide M. I. C. lib. 3. cap. 2. reg. 5.

CIV. Regula: Ne singuli monachi per parochias vel priorat⁹ ponantur, cauetur c. monachi. 2. in princ. vers. nec singuli. & c. quod Dei. 5. §. fin. de statu monachor. c. ex parte. 3. & c. vltim. de capellis monachorum. Clement. 1. §. ad haec. de statu monachorum.

CV. Regula: De silentio monachorum cauetur c. cum ad. 6. §. in oratorio. de statu monachor. Clement. 1. §. fin eod. tt.

CVI. Regula: De confessione & communicatione monachorum cauetur Clement. 1. §. sanè. d. tt.

CVII. Regula: Matrimonium ne contemnant, cauetur j. lib. proxim. cap. 2. quaest. 4. reg. 4. Nuptialibus tamen conuiuijs interesse prohibentur distinct. 34. c. presbyteri.

CVIII. Re-

CVIII. *Regula: Ne ad curias principum eant, cauetur Clement. 1. §. quia verò. de statu monach.*

CIX. *Regula: Ne in foro vel nundinis versentur, cauetur distinct. 91. c. pen. §. qui verò.*

CX. *Regula: Ne clerici conditionem suam abnegent, vel se monachos fingant, cauetur c. vt clerici. 3. de regularibus. Apostol. canon. 61.*

CXI. *Regula: Ne glorientur in malitia sua, cauetur c. quàm sit. 9. de excess. prælator.*

CXII. *Regula: Vt ea quæ illis supersunt, dent pauperibus, cauetur 12. q. 1. c. quia tua. §. fin.*

CXIII. *Regula: Vt bonis moribus viuant, cor, linguam & oculos ab omnibus illicitis conseruent, ac corpus Deo seruent, cauetur d. c. quia tua. §. de eorum. vers. & sub ecclesiastica. distinct. 23. c. his vitur. vers. non vagi oculis.*

CXIV. *Regula: Vt singulis diebus mane prima hora ad lectionem veniant, cauetur De consecrat. dist. 3. c. in omnib. vers. & singulis diebus.*

CXV. *Regula: Vt in mensa similiter lectionem audiant, cauetur d. c. in omnib. §. fin.*

CXVI. *Regula: Pro gradu sui officij quemq; meliorem esse oportet. 8. q. 1. c. qualis enim.*

CXVII. *Regula: Ne monachi ea quæ clericorum sunt, vsurpent, cauetur Clement. 1. in prin. & §. nec etiam in casibus. de priuileg. Huius regulæ exceptio est: Nisi ad quosdam actus sint specialiter priuilegiati. d. Clement. 1. in prin. vers. vel per priuilegia sedis apostolicæ, & d. Clement. 1. §. fin.*

CXVIII.

CXVIII. *Regula : Ne monachi in clericorum infamiam, damnum vel præiudicium quidquam agant, cauetur d. Clement. 1. §. quibus, cum sequentibus, vsq; ad §. fin.*

CXIX. *Regula : De ratione sui officij reddenda cauetur dist. 38 c. quando. §. cum verò Hæc de officijs clericorum & monachorum. Sed & plura huiusmodi officia vide ſ. cap. prox. quæſt. 2. Cum enim in eum casum clericus peruenerit, quod ab initio ordinari non potuit, clericatum amittit. Quanquam hoc non est perpetuò verum, vt ostendit Gratianus 15. q. 1. c. vlt. §. his ita respondetur.*

De exceptione præcedentium regularum generali.

Quamuis autem clericus & monachus contra officia hactenus enumerata agens sit deponendus, vt ex præmissis patet : tamen eius exceptio hæc est : Nisi pœnitentiam egerit. Quæ tamẽ exceptio videtur reprobanda per ea quæ traduntur dist. 50. in p^a. cum sequẽtibus, vsq; ad c. clericũ qui. item c. his. c. peruenit. c. accedes. c. quicunq;. c. qui sup. c. fidelior. §. fi. Concordant itẽ ea quæ proposita sunt ſ. cap. prox. quæſt. 2. reg. 15. Sed hisce non obstantibus, exceptio proposita approbatur d. dist. 50. c. si post. §. econtrà, cum sequentibus, vsq; ad c. sacerdos quidem. §. quomodo igitur. Plenè propositæ exceptionis replicatio prima est : Nisi ficta fuerit pœnitentia magis propè honoris ecclesiastici consequendi, quàm odio criminis commissi. d. distin. 50. c. sacerdos. §. quomodo igitur,

igitur, cum sequentibus, vsq; ad c. absit. item d. dist. 50. c. domino, cum c. sequente. & c. presbyteros. §. sed illud. Altera replicatio est: Nisi crimina, de quibus pœnitentia acta est, fuerint manifesta. d. c. presbyteros. §. fin. & d. distinct. 50 c. de his verò. Tertia replicatio est: Nisi pœnitens in hæresin lapsus fuerit. d. dist. 50. c. de eo autem. Quarta replicatio est: Nisi homicidium fecerit pœnitens. Quæ replicatio approbatur simul & distinguitur per ea quæ proposita sunt s. reg. 74. Quinta replicatio est: Nisi pœnitens ad altiorem gradum ascendere velit. d. dist. 50. c. si duo. §. præmissis. c. hi qui altario. Contradicit tamen d. c. hi qui. §. sed exemplo, cum sequentibus, vsque ad c. ex pœnitentibus. Sexta replicatio videtur: Nisi iteratò deliquerit pœnitens. d. c. hi qui. §. quod si iteratò. Sed contrà reprobatur d. §. sed exemplo: Hæc de exceptione pœnitentiæ generali. Nunc de priuilegijs clericorum dicendum.

DE PRIVILEGIIS ET REbus clericorum ac monachorum.

Cap. VI.

PRima regula: Sacerdotes sunt sal terræ. dist. 93. c. sacerdotes.

II. Regula: De immunitate clericorum & monachorum cauetur c. quanquam. 4. de censibus, in 6. Clemen. vlt. de censibus 16. q. 1. c. iuxta sanctionem. 23. q. 8. 6. in qualibet, in prin. & §. vniuersos.

l.1.C. de episcopis & clericis. Concordat item §. lib. eod. cap.1.reg.24.& M.I.C.lib.3.c.3.reg.1. in princ. M.I.R. lib.3.c.2.reg.42. Huius regulæ exceptio est: Nisi munera sint patrimonialia.11.q.1.c. si quæ causæ.§ fin. Sed de hac exceptione alijs q. pluribus vide d.reg.24.& M.I.C.d.reg.1.M.I.R.d.reg.42.

III. Regula: Ne clericis vis vel iniuria per laicos inferatur, cauetur 16.q.7.c.contra, in prin.c.laici.c. inuentum. 17.q.4.c.si quis suadente. §. qui autem. l.10.C.de episcopis & clericis.

IV. Regula: De pœna & absolutione eius qui clericum percussit, cauetur d.c. si quis suadēte, in prin. de quo cum alijs pluribus concordantib. vide §. lib.1. c.8.q.5.causa 6. item c.13.q.3.reg.1.except.7.

V. Regula: Clerici de bonis suis testari, eáve alienare non prohibentur. c.1. de testamentis. 12.q.5. in prin. cum c.sequente. c.fixum. Apostol. canon 39. M. I.R. d. cap.2. reg.43. in prin. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi tempore clericatus vel episcopatus sui adquisierit. d.c. fixum. vers. postquam autē. & d.§.c.1. in prin. & d.12. q.3. in princ. cum c. sequente. item c.1.c.vt vnusquisq. 3. & c.vlt. de peculio clericorum. c.1. in fine. & c. cum in 7. de testamentis. M.I.R.d.reg.43.except.1. Concordant item ea quæ habentur 7.cap 8 quæst.10.reg.17. Plane propositæ exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi ad sustentandam vitam rebus in clericatu quæsitis vtatur. d.c.vlt. vers. sustentandæ vitæ causa de peculio clericor. Altera replicatio videtur: Nisi mobilia sint,

sint, quæ in clericatu adquisiuit. Sed reprobatur c. relatum.12. in prin. de testamentis. Tertia replicatio est: Nisi pauperibus largiatur. d. c. relatum. 12. §. licet autem. & c. ad hæc. 8. eod. tt. Quarta replicatio est: Nisi religiosis locis de bonis in clericatu adquisitis reliquerit. d. §. licet autem. vers. & religiosis. Quinta replicatio est: Nisi iis qui in viuentis ministerio fuerint, aliquid ex bonis in clericatu adquisitis reliquerit. d. §. licet autem. vers. & illis qui viuenti. Sexta replicatio est: Nisi canonicam portionem ecclesiæ, à qua ei debetur, vel alteri ecclesiæ relinquat. 12. q. 3. c. vltim. Septima replicatio est: Nisi non occasione clericatus, sed ipsius personæ intuitu illi relictum vel adquisitum sit. c. quia nos. 9. c. relatum. 12. §. cæterùm. c. requisisti. 15. §. si verò. de testamentis. c. 1. de succes. ab intestato. 12. q. 3. c. 1. §. si autem ipsis. c. quicunq; q. 5. c. fixum. vers. hæreditaria successione. M. I. R. d. excep. 1. repl. 1. Sanè quando præsumendum sit occasione clericatus, quando intuitu personæ adquisitum esse, ex persona relinquentis definitur d. c. requisisti. 15. Planè propositæ replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi ex rebus ecclesiæ adquisierit: tunc enim, quamuis proprio nomine adquisierit, tamẽ alienare potest. d. c. fixũ. ver. de facultatib. ecclesiæ. 12. q. 4. in prin. cum c. sequente, vsq; ad §. si quis verò. & c. vlt. item c. presbyter. 2. & c. inquirendũ. 4. de peculio clericor. Altera propositæ replicationis duplicatio est: Nisi pro redemptione animæ episcopo sit relictũ vel donatum. 12. q. 3. c.

Pontis.

Pontifices. Octaua replicatio est: Nisi clerico relictū sit, vt alij restituat. d.c. Pontifices. § fin. Nona replicatio est: Nisi episcopo & ecclesiæ coniunctim vel disiunctim sit relictum: hoc enim pro parte dimidia episcopo pleno iure adquiritur, vt id, cui voluerit, alienare possit. c. requisisti. 15. § quod si relinquatur, cum sequentibus de testamentis. Huius duplicatio prima hæc est: Nisi episcopo & ecclesiæ non cathedrali relictum sit. d. § quod si relinquatur. vers. secus autem est. Altera duplicatio est: Nisi pro redemptione animæ episcopo & ecclesiæ sit relictum. 12. q. 3. c. Pontifices. Hæc de prima propositæ regulæ exceptione, eius q; replicationibus sint dicta: de quare vide item M. I. C. lib. 3. cap. 4. de priuilegijs episcoporū, reg. 23. Altera exceptio est: Nisi monachus sit: hic enim de rebus suis testari, eásve alienare prohibetur. c. quia ingredientibus. 2. de testamentis. 18. q. 2. c. abbates. § monachi. vers. aut peculiare. 19. q. 3. c. quia ingredientibus. c. perlatum. Item concordat M. I. C. lib. 3. cap. 3. reg. 5. in princ. M. I. R. d. reg. 43. except. 2. & reg. 44. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi monachus liberos legitimos habeat. c. cum simus. 14. in fine. de regularibus. 19. q. 3. c. penult. Nouell. 5. § decernimus. vers. si verò filios. M. I. R. d. except. 2. repl. 1. & d. reg. 44. except. 1. Altera replicatio est: Nisi eremita sit monachus. 19. q. 3. c. perlatum. § econtrà. Tertia replicatio est: Nisi monachus episcopus sit factus. Quæ replicatio approbatur simul & distinguitur 18. q. 1. c. 1. Quarta repli-

replicatio est: Nisi monachus ad secularem vitam redierit. 17. q. 4. c. hanc ergo. §. sed notandum, cum sequentibus. Contradicunt ea quæ habentur M. I. C. lib. 3. cap. 3. reg. 6. Plures propositæ exceptionis replicationes vide M. I. C. d. cap. 3. reg. 5.

VI. Regula: Clerico defuncto regulariter ecclesia succedit. 12. q. 5. c. sicubi, cum c. sequente. c. 1. vers. si autem ante. & c. vlt. §. fin. de successionibus ab intestato. Concordat item M. I. C. lib. 3. cap. 4. de priuilegijs episcoporum, reg. 14. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi clericus facto testamento decesserit, seu res suas alij reliquerit. d. c. 1. vers. donare eis liceat. & 12. q. 1. c. episcopi. c. sint manifestæ. Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi tempore clericatus bona adquisierit: de his enim testari, eáve alijs relinquere prohibetur, per ea quæ proposita sunt 5. reg. prox. except. 1. vbi etiam huius replicationis duplicationes videre licet. Altera replicatio est: Nisi defunctus hæreticos instituerit hæredes. c. si quis episcopus. 5. & c. in eos. 6. de hæreticis. Tertia replicatio est; Nisi de rebus ecclesiæ testatus fuerit clericus. 12. q. 1. c. episcopi. vers. quidquid verò. q. 5. c. obitum. c. fixum. vers. quascunq; res. Huius duplicatio est: Nisi tantum de proprijs rebus ecclesiæ relinquat, quantum ex eius bonis alijs leget. d. q. 5. c. si episcopus. Quarta replicatio est: Nisi monachus testatus sit. Quæ replicatio approbatur simul & distinguitur per ea quæ proposita sunt 5. reg. proxim. except. 2. Hæc de prima exceptione. Altera propositæ regulæ

exceptio est: Nisi defunctus cognatos reliquerit: hi n. ecclesiæ in successione præferuntur. 12. q. 5. c. vlt. vers. & sine cognatione. 17. q. 4. c. vlt. Tertia exceptio est: Nisi defunctus à prælato illectus fuerit, vt clericus vel monachus fieret. 16. q. 7. c. pen. in fine.

VII. Regula: Collegio, non singulis hæreditas defuncti clerici adquiritur. c. relatum. 12. §. nomine autem. de testamentis.

VIII. Regula: Si defunctus in diuersis ecclesiis beneficia possedit: bona eius in istas ecclesias proportione sunt distribuenda. d. c. relatum. 12. §. fin.

IX. Regula: Quibus deferatur successio serui clerici facti ac defuncti, definitur c. sancto. 2. de successionib. ab intestato.

X. Regula: De foro clericorum ac monachorum competenti. Apud ecclesiasticum, non ciuilem iudicem conueniendi. c. 2. de foro competenti. c. seculares. 2. eod. tt. in 6. c. at si clerici. 4. de iudicijs. 11. q. 1. c. 1. c. nullus iudicum. c. clericum. c. continua. c. nullus clericus. c. si quis clericus. c. placuit. c. Christianis. c. Syluester. c. relatum. c. experientiæ. vers. in his verò. c. si quisquam. vers. si quis autem. c. clericum. c. si qua causæ. §. cum ergo. c. de persona. c. peruenit. c. fratris. c. sacerdotibus. c. inolita. c. placuit. c. de diuersis. c. si quis cum, in prin. c. si clericus. c. clericum in prin. & §. ex his omnib. 12. q. 1. c. futurum. §. idem verò præsidens. Nouell. 83. §. vbi autem dirimere. Nouell 123. §. siquis cõtra Concordat item M. I. C. lib. 3. cap. 3. reg. 7. & reg. 10. M. I. R. lib. 3. c. 2. reg. 46.

reg.46. Planè propositæ regulæ exceptio prima hæc videtur: Nisi clericus sit coniugatus. Sed reprobatur c.vnico,de clericis coniugat. in 6. M.I.R.d.reg. 46.except.1. Altera exceptio est: Nisi mutato habitu,tonsura & alijs,se pro laico gerat,aut vxorem ducat. d.c.vnico. vers. in cæteris autem, vel nisi. c. ex parte.9.de clericis coniugatis.item c.ex parte.27. de priuilegijs.c.si iudex.12.§. fin.de sentent. excom. in 6. M.I.R. d. reg.46.except.3. Tertia exceptio est: Nisi ecclesiasticus iudex causam dirimere vel nolit, vel non possit.11.q.1.c. si quis cum.vers. si autem noluerit.c.clericum. §. ex his omnibus. vers. nisi fortè ciuilem causam. Nouell.83. §. vbi autem dirimere. Nouell.123. §.certè si quis. Contradicit c.qualiter. 17.de iudicijs. Quarta exceptio videtur:Nisi criminalis,nō ciuilis actio aduersus clericum instituatur. Sed reprobatur c.at si clerici.4 & c.clerici.8.de iudicijs.item 11.q.1.c.sicut.n.§.ex his omnibus.vers.in criminali verò. M.I.R.d.reg.46. except.4. Contradicit M.I.C d.reg.10.except.2. Quinta exceptio est: Nisi ciuilis actio, non criminalis aduersus clericum intendatur. d.§. ex his omnib.item d.q. 1.c.statuimus.§.quia ergo. Contradicit.d.c.statuimus. §.fin. cū c.sequente.& d.q.1.c.nullus.c.aliud.§.fin. Sexta exceptio est:Nisi clericus depositus sit & excōmunicatus.c.cū non.10.de iudicijs. Concordāt ea quæ habentur.ij.except.9. Septima exceptio est: Nisi clericus fori præscriptioni renunciauerit.l.39.C. de episcopis & clericis. Mutatur ac reprobatur exceptio

proposita 6. si diligenti. 12. & c. significasti. 18. de foro competēti. M. I. R. d. reg. 46. except. 5. Octaua exceptio videtur: Nisi de hoc ipso dubitetur, an sit clericus. Sed reprobatur 6. si. iudex. 12. de sentent. excom. in 6. M. I. R. d. reg. 46. except. 6. Nona exceptio est: Nisi clericus sit incorrigibilis, & episcopo suo inobediens. 11. q. 1. c. statuimus. c. si quis sacerdotum. c. petimus. c. istud est. Concordat item §. except. 6. item §. cap. prox. reg. 46. M. I. R. d. reg. 46. except. 7. Decima exceptio est: Nisi prælatus clerici consentiat. 11. q. 1. c. sicut enim. §. ex his omnibus. vers. nisi fortè cum consensu. M. I. R. d. reg. 46. except. 8. Vndecima exceptio est: Nisi de prædijs agatur. 11. q. 1. c. si quæ causæ. §. his ita respondetur. M. I. R. d. reg. 46. except. 10. Duodecima exceptio videtur: Nisi debitum sit liquidum. Sed reprobatur c. seculares. 2. de foro competenti, in 6. Hæc de decima regula.

XI. Regula: Apud suum prælatum clerici conueniendi. c. 1. de foro competenti. Concordant ea quæ proposita sunt §. reg. prox. in prin. Cuius regulæ exceptio prima hæc videtur: Nisi clericus alij seruiat: hoc enim casu videtur apud eum, cui seruit, conueniendus. Sed reprobatur c. cum contingat. 13. d. tt. Altera exceptio est: Nisi alio loco deliquerit: hoc enim casu ab episcopo loci, vbi deliquit, sententia ferenda. c. postulasti. 14. eod. tt.

XII. Regula: Episcopus non solus, sed cum seniorib. vel synodo de causa clerici iudicare debet, per ea quæ proposita sunt §. lib. 1. c. 12. de executione, q. 1. except. 2.

XIII.

XIII. Regula: *A quot episcopis presbyteri vel diaconi iudicandi sint, definitur 15.q.7.c.si quis tumidus.c.fœlix.c.si autem.*

XIV. Regula: *Ne extra prouinciam suam in ius vocentur, cauetur 3.q.6.c.vltra.c.peregrina.c.non liceat.c.neminem.c.si quis clericus.q.9.c.nec extra.5.q.4.c.duodecim.§.saluo. Concordat item ea quæ habentur S.lib.prox.cap.2.quæst.2.excep.12. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi ad Papam fuerit appellatum, vel à Papa iudices dati, d.c.vltra.verf. nisi tantùm ad apostolicam.d.c.peregrina.verf.salua in omnibus.d.c.non liceat.verf.sine præiudicio tamen.& §.reuerentia. Altera exceptio est: Nisi prælatus accusetur.d.c.neminem, in fine.verf.nisi prælatus sit. vbi tamen nonnulli legunt: Nisi ad sedem apostolicam fuerit appellatum. Plura de regula proposita vide M.I.C.lib.3.cap.3.reg.8.*

XV. Regula: *Clericus qui non est soluendo, præstando iuramentum de soluendo, si poterit, absoluendus est.c.Odoardus.3.de solutionibus.*

XVI. Regula: *Clerici laicis sunt digniores.6.q.1.c.beatus.verf.& cunctos subditos.*

XVII. Regula: *Laici clericis obedire debẽt, non imperare.c.ecclesia.10. in prin.de constitutionibus.c.vlt in prin.de rebus ecclesiæ alienandis.*

XVIII. Regula: *Clerici à laicis non sunt iudicandi.distinct.28.c.vlt.11.q.1.c.sacerdotib. Concordant ea quæ habentur S.reg.10.in primo & cap.1.reg.17.*

XIX. Regula : Laici clericorum doctrinam & exempla sequi debent. de consecrat. distinct. 3. c. ne quis. vers. sed exemplum.

XX. Regula: Clerici legibus ciuilibus pro se, non contra se vtuntur, per ea, quæ proposita sunt S. *lib. 1. cap. 2. except. 13.*

XXI. Regula : Clerici laicis fidelitatem iurare non tenentur. c. nimis. 30. de iureiurando.

De exceptionibus præcedentium regularum generalibus.

Hactenus priuilegia clericorum & monachorum enumerauimus, quorum tamen plura vide M. I. C. lib. 3. cap. 3. Sed & huc pertinent ea quæ habentur de præbendis ijs decernendis: de qua re dicetur infrà. cap. prox. Planè istarum regularum aliquot supersunt exceptiones generales siue communes, quarum prima hæc est : Nisi clericus relicto habitu & tonsura clericali, se pro laico gesserit : hoc enim casu priuilegia clericatus amittit, per ea quæ proposita sunt S. *reg. 10. except. 2. & lib. 1. cap. 8. quæst. 5. causa 6. except. 9. Altera exceptio est : Nisi clericus sit bigamus. c. vnico, de bigamis, in 6. Tertia exceptio est: Nisi clericus sit ioculator. c. vnico, in fine, de vitæ & honestate clericor. in 6. Quarta exceptio est: Nisi clericus circa diuina officia negligens sit, vel non resideat. 16. q. 1. c generaliter. l. 40. §. eos tamen, C. de episcopis & clericis. Hæc de exceptionibus generalibus. Sed & plures colligi possunt ex ijs quæ* S. *cap. prox. sunt proposita. Si enim ea quæ sunt sui officij*

cleri-

clericus non præstiterit, clericatum amittit, vt §. cap. prox. est ostensum. Ideoq; priuilegio clericali frui non debet. Sed & quæ exceptiones aduersus ordinationem clericorum possunt opponi, quas §. cap. 4. enumerauimus: ea aduersus regulas priuilegiorum etiam non ineptè opponuntur.

DE PRAEBENDIS ET dignitatibus.

Cap. VII.

A Priuilegijs clericorum non sunt separanda ea quæ de præbendis & dignitatib. ecclesiasticis traduntur: nam & hæc perinde ac priuilegia sunt præmia clericatus. Ideoq; de ijs nunc nobis tractandum est. Et primùm quidem de præbendis adquirendis: hinc de ijs amittendis ac auferendis: postremò de ijs augendis, non minuendis, non diuidendis neq; permutandis, &c.

I. DE ADQVIRENDIS PRAEBENdis & dignitatibus.

1. Regula: De causis adquirendarum præbendarum. Causæ adquirendarum præbendarum sunt hæ: Collatio, prouisio, præsentatio, institutio, electio, & rescriptum seu mandatum Papæ. Quæ causæ constant ex c. cum in illis. 16. §. illis verò. & §. cum autem. de præbendis, in 6. His causis videtur accedere temporis præscriptio. Sed hæc reprobatur

c. 1. de reg. iuris, in 6. Concordant ea quæ habentur ℑ. *cap. 9. reg. 2. except. 5. Videtur item causis suprà enumeratis accedere successio ex testamento & ab intestato. Sed & hæc causa reprobatur 8. q. 1. c. apostolica. Concordant ea quæ habentur* ℑ. *cap. 10. quæst. 2. reg. 4.*

II. Regula: *Prædictis causis accedit ordinatio clerici: nam ordinato clerico de beneficio est prouidendum. Quæ regula approbatur simul & distinguitur per ea quæ proposita sunt* S. *cap. 4. quæst. 8. reg. 9. Sed & approbatur c. accepimus. 13. de ætate & qualitate præficiendor. c. proposuit. 6. de filijs presbyterorum. 1. q. 2. c. sacerdos. §. clerici quoq;. c. clerici omnes. 12. q. 1. c. quia tua. §. de eorum quoq;. Sanè si quis causam propositam ad institutionẽ referat, vt sit eadem causa institutio & ordinatio, non refragor. Quanquam glossa in rubr. de institutionibus, in 6. & in c. 1. de reg. iuris, in 6. institutionis varias congerit significationes.*

DE COLLATIONE PRÆbendarum.

Causæ ex quibus præbendæ conferendæ.

III. Regula: *Si quis ad sacros ordines promotus vel ordinatus sit, præbendam illi conferendam supr. ℑ reg. prox. dictum est. Alia causa est: Si Papa mandauerit vel rescripserit de præbenda alicui conferenda. MI. R. lib. 3. cap. 3. reg. 3. Quæ causa cùm ipso iure subsistat, plures recipit exceptiones, quarũ aliquot*

ordine

ordine subijcientus. Harum prima est: Nisi impetrãs nomen suæ dignitatis in precibus suppresserit. c. ad aures. 8. de rescriptis. Altera exceptio est: Nisi antea pro alio per rescriptum Papa interceſſerit. c. mandatum. 38. & c. abbatem. 40. eod. tt. Huius replicatio est: Nisi antea executorias literas monitoriarum prædeceſſoris sui Papa dederit. c. literis. 39. eod. tt. Plures propositæ exceptionis replicationes vide ff. reg. 60. except. 1. cum sequentibus. Tertia exceptio est: Nisi is qui non est legitimæ ætatis, rescriptum impetrauerit. c. si eo tempore. 9. de rescriptis, in 6. Quarta exceptio videtur: Nisi in literis Papæ nulla fit mentio laicorum, quorum beneficio præbendæ conferuntur. Sed reprobatur c. dilectus. 34. de præbendis. Quinta exceptio videtur: Nisi Papa ante coronationem suam rescripserit. Sed reprobatur extrauag. com. vlt. de sentent. excom. Sexta exceptio est: Nisi is qui beneficium habet, literas de alio beneficio sibi conferendo impetrauerit. c. ad aures. 8. c. cum adeò. 17. c. postulasti. 27. c. si proponente. 42. de rescriptis. c. cum teneamur. 6. de præbendis. M. I. R. d. reg. 3. except. 2. Concordat item ff. reg. 8. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi impetrans ignorauerit aliud beneficium antea sibi fuisse collatum. c. gratia. 7. de rescriptis, in 6. Altera replicatio est: Nisi motu proprio, non rogatus Papa alicui rescriptum dederit. c. si Romanus. 4. de præbendis. c. si motu. 23. eod. tt. in 6. Tertia replicatio videtur: Nisi prius beneficium sit modicũ. Sed reprobatur d. c. 23.

vers. quantumcunq; modicum. & c. si proponente. 42. vers. licet minus competens, de rescriptis. Quarta replicatio videtur: Nisi priori beneficio renunciauerit. Sed reprobatur c. ad audientiam 31. eod. tit. Quinta replicatio est: Nisi in literis apostolicis de hoc ipso, quòd aliud habeat beneficium, mentio sit facta. c. cum teneamur. 6. vers. nisi forte in literis. de præbendis. M. I. R. d. except. 2. repl. 1. Sexta replicatio est: Nisi præbendam habens, dignitatem ex rescripto Papæ expectet: hoc enim casu dignitatem posteà vacantem consequitur, licet præbendam habeat annexam. Clement. si iuxta. 6. de præbendis. Plures huiusmodi replicationes vide ℈. reg. 8. Sed & plures exceptiones vide ℈. reg. 18. item ℨ. lib. 1. cap. 4. reg. 1.

Quibus conferendæ præbendæ?

IV. Regula: Indignis præbendæ non conferendæ. c. graue nimis. 29. de præbendis. c. inter dilectos. 11. de excessibus prælator.

V. Regula: Laicis præbendæ non conferendæ. c. quamuis. 17. de decimis. Concordant ea quæ habentur ℈. cap. 12. reg. 4.

VI. Regula: Clericis secularibus præbendæ monasteriorũ non conferendæ. c. vlt. §. præcipimus quoque. de statu monach. c. inter quatuor. 5. de religiosis. c. possessiones. 10. in fin. de reb. eccles. alienandis.

VII. Regula: Puerò non conferendæ præbendæ. c. super. 35. de præbendis. Plura de regula proposita vide ℨ. cap. 4. quæst. 2. reg 36.

VIII. Re-

VIII Regula: Beneficiatis seu ijs qui beneficium habent, aliud beneficium non conferendum. d.c.35. vers.& beneficiati.c.quia nonnulli.3.de clericis non residentib. c. quia in tantum.5.c. ad hæc.13. c. cum non.15.c. cum iamdudum.18. & c. de multa. 28. de præbendis.c.1.vers.nec3 duas.de excessib. prælator.c. cum singula.32. in prin.de præbendis,in 6. dist.70.c. vlt.§.omnino.18.q 3.c.vnico.§.sed & hoc.16.q.7.c. per laicos.§.fin.21.q.1.c.1.c.clericum.c.vnum.item De religiosis domibus c.vlt.§.fin. Concordant item ea quæ proposita sunt S.reg 3 except.4.in prin,M.I. R.lib.3. cap.3.reg.4. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi Papa dispensauerit. c. de multa. 28.§. fin.de præbendis.c.ordinarij.3.§.cæterùm. de officio ordinarij,in 6. Exemplum huiusmodi dispensationis habetur 21.q.1.c.relatio.& c.vlt. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi intra certum tempus à iudice statuendum dispensatio non fuerit ostensa. d.c.ordinarij.3.extrauag.com.vt quos.2.§. vt autē. eod.tt. Altera replicatio est: Nisi dispensatio fuerit generalis,vel de alio defectu:hæc enim non extenditur ad pluralitatem beneficiorum.c.1.§. fin. de filijs presbyterorum, in 6. Tertia replicatio est: Nisi super alio defectu dispēsatione impetrata,hoc dissimulato super pluralitate beneficiorū dispensationem impetrauerit.c.vlt.d.tt. Quarta replicatio est:Nisi impetrans beneficiū aliquod subticuit in impetrādo.c.nō potest.21.in prin.de præbēdis,in 6. Quinta replicatio est: Nisi dispensatione facta super duobus beneficijs,

tertium

tertium postea etiam receperit. d.c.non potest. 21. §. illud autem. Sexta replicatio est: Nisi ita facta sit dispensatio, Non obstante quòd aliud beneficium obtineat, vt de aliquo beneficio prouideatur. d. c. non potest. 21. §. cum verò. Septima replicatio est: Nisi generali dispensatione facta vt beneficiato conferatur, is cui cõfertur, plura quàm vnum beneficium habeat. c is cui. 19. de præbendis, in 6. c. dudum. 54. §. suppresit etiam. de electione. Octaua replicatio est: Nisi beneficio quod habet, cura immineat animarũ. d.c.is cui 19. vers. dum tamen illi cura. Clement. 1. in prin. de præbendis. Declaratur hæc replicatio d. c. dudum. §. lite verò. vers. sed cum. Nona replicatio est: Nisi generali dispensatione facta, vt ei qui alia beneficia habet, conferatur: ei qui plura quàm duo beneficia habet, vel qui duo beneficia curata habet, conferatur. d. c. is cui. 19. vers. si verò concessum fuerit. Decima replicatio est: Nisi ita facta sit dispensatio, Vsq; ad beneplacitum dispensantis: hoc enim casu mortuo dispensante, expirat dispensatio. Quæ replicatio approbatur simul & distinguitur c. si gratiosè 5. de rescriptis, in 6. M. I. R. lib. 3. 6 ap. 16. reg. 28. in fine. Hæc de exceptione dispẽsationis. Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi alterum beneficium impetrans prius dimittat. d. c. is cui. 19. vers. nisi primo ille. de præbendis, in 6. Concordat ea quæ habentur] reg. 75. in prin. Huius replicatio prima est: Nisi in collatione posterioris beneficij non sit facta mentio prioris. c. vlt. de officio legati, in 6. Huius duplica-

tio

catio est : Nisi alius quàm legatus Pontificis conferens beneficium, prioris non fecerit mentionem. Clement. vltim. de officio iudicis ordinarij. Altera replicatio est : Nisi prius beneficium sine licentia superioris dimiserit. 21. q. 2. c. 1. c. si quis iam. §. aliud est. Concordant ea quæ habentur 5. cap. 5. reg. 68. Tertia replicatio est : Nisi prior ecclesia quam dimittit, ministris sit destituta. d. q. 2. c. placuit. Hæc de secunda exceptione. Tertia propositæ regulæ exceptio est : Nisi vnam ecclesiam habeat intitulatam, alteram commendatam. 21. q. 1. c. clericum. §. sed contra, cum c. sequente. c. vlt. in fine. Quarta exceptio est : Nisi personatus cum cura, vel præbenda, cui annexa est parochialis ecclesia, eidem conferatur. c. super. eo. 6. & c. cum singula. 32. in prin. vers. nisi fortè vnus. de præbendis, in 6. Quinta exceptio videtur : Nisi vnam ecclesiã per alium administret. Sed reprobatur d. c. cum singula. 32. in princip. vers. etiamsi eadem cura. item Clement. vnica. §. fin. ver. etiamsi cum ipsa. de supplenda negligẽ. prælator. Sexta exceptio videtur : Nisi prioratus vel alia dignitates, quæ pertinent ad collationem regularium prælatorum, plures vni conferantur. Sed reprobatur d. §. fin. Septima exceptio videtur : Nisi plura non curata beneficia eidem conferantur. Sed reprobatur d. §. fin. vers. licet etiam eisdem prioratibus. Octaua exceptio videtur : Nisi consuetudo loci exeat in contrarium. Sed reprobatur c. 1. de consuetud. in 6. Nona exceptio est : Nisi extra ciuitatem

tem in villis plures ecclesias obtineat. 21.q.1.c.1.§.fi. Decima exceptio est: Nisi ecclesia quæ proprios sacerdotes alere non potest, alicui beneficium aliud habenti conferatur. c.eam te decet. 4.§.fin.de ætate & qualitate præficiendor. distinct. 70.c.vlt.§.si quæ concordat item S. cap.1.reg.5. Hæc de octaua regula eius q3 exceptionibus sint dicta. Plures exceptiones vide S.reg.3.except.6.

IX. Regula: Duobus vna præbenda non conferenda. Quæ regula approbatur simul & distinguitur per ea quæ proponentur ꝯ.reg.112.

X. Regula: Absenti quoq3 per alium potest præbenda conferri.c.accedens.24.de præbendis.

XI. Regula: Ignobilibus præbendæ conferri possunt, consuetudine non obstante. c. venerabilis. 37. d. tit.

XII. Regula: Ne quis sibi ipsi conferat præbendam, cauetur c.vlt.de institutionibus. c.ad aures.3. de excessibus prælatorum. Concordant ea quæ habentur ꝯ.cap.14.quæst.3.reg.5.

XIIJ. Regula: Diuitibus, qui per se sustentari possunt, præbendæ non conferendæ. 1.q.2.c. clericos. c.pastor c. si quis propter. c. viduas. 16.q.1.c. vlt. §. clericos. M.I.R.lib.3. cap.3.reg.5. Huius regulæ exceptio est: Nisi omnia quæ habent, in commune conferant. d.c.pastor.§.verùm his.& d.q.2.c.sacerdos.

XIV. Regula: Etiam in sacris non constituto præbendæ sunt conferendæ. c.vlt.de institutionibus. in 6.c.si pro clericis.8.de præbendis, in 6.

XV. Re-

XV. Regula: Hæreticis vel eorum fautoribus, receptatoribus & credentibus præbendæ conferendæ non sunt. c. quicunq; 2. §. hæretici. de hæreticis, in 6.

XVI. Regula: Liberis quoq; hæreticorum vsq; ad secundam generationem præbendæ non conferendæ. d. §. hæretici. vers. ipsorumq; filij. c. statutum. 15. eod. tt. & c. vnicum. §. contra natos. de schismaticis, in 6. M. I. R. d. cap. 3. reg. 6.

XVII. Regula: Si duo sunt expectãtes, vtri conferendum, proponetur j. reg. 61. cum sequentibus. Hactenus quibus præbendæ conferendæ sint, est ostensum: cuius tamen plures regulas vide ſ. cap. 4. q. 2. & j. reg. 59. cum sequentibus.

A quibus conferendæ præbendæ, seu quibus conferendi ius competat?

XVII. Regula: Laicis ius conferendi non competit. 6. cum & plantare. 3. in prin. de priuilegijs. c. in Lateranensi. 31. in prin. de præbendis. c. relatum. 21. in prin. de iure patronatus. 16. q. 7. c. si quis deinceps. c. quoniam. c. si quis episcopus. c. sanè. c. si quis clericus. c. constitutiones. c per laicos. c. si plures. §. vt ergo. c. laici. c. inuentum. c. decimas. M. I. R. d. cap. 3. reg. 12. Concordant item ea quæ habentur ſ. cap. prox. quæst. 3. reg. 10. item j. cap. 10. quæst. 2. reg. 5. & cap. 12. reg. 6. Propositæ regulæ exceptio hæc est: Nisi consensus episcopi accesserit. Quæ exceptio ex iam propositis constat. Concordat d. c. inuentum. §. fin.

XVIII. Re-

XVIII. Regula: Solus episcopus, non alius conferendi præbendas ius habet. 16. q. 7. c. nullus omnino. c sicut. Huius exceptiones vide post reg. 26.

XIX. Regula: Capitulo sede vacante ius conferendi non competit. Quæ regula approbatur simul & distinguitur per eà quæ proposita sunt S. cap. 1. reg. 2 except. 3.

XX. Regula: Si sede vacante capitulo mandatum sit de præbenda alicui conferenda, episcopus postea electus exequi mandatum tenetur. c. eam te. 7. de rescriptis. M. I. R. d. cap. 3. reg. 14.

XXI. Regula: Beneficia vacantia in curia alius quàm Papa conferre non potest. c. licet. 2. de præbendis, in 6. extrauag. com. 1. et si. 3. ad Romani. 14. eod. tt. Declaratur regula proposita definitione vacantium in curia c. præsenti. 34. de præbendis, in 6. item extrauag. comm. ex debito. 4. de electione. & extrauag. com. ad reginam. 13. de præbendis. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi duobus de beneficio in curia litigantibus, vno decedente, alter causam persequatur: vel vterq; decesserit; vnus in curia, alter extra curiam. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur Clement. 1. vt lite pendente nihil innouetur. Altera exceptio est: Nisi alij specialis & expressa conferendi potestas à Papa sit attributæ. c. licet. 2. §. fin. vers. nisi ei sit super. de præbendis, in 6. Tertia exceptio est: Nisi intra mensem à die vacationis Papa non contulerit. c. statutum. 3. eod. tt. Quarta exceptio est: Nisi mortuo Papa

vacare

vacare in curia cœperint, ipsa sede apostolica vacante. c. si apostolica 35. d tt. Quinta exceptio est: Nisi Papa, antequam contulerit, mortuus sit. d. c. 35. vers. idem volumus. Sexta exceptio est: Nisi pensiones annuæ vacare in curia cœperint. extrauag. com. ex debito. 4. § pensiones insuper. de electione.

XII. Regula: Legatus Papæ confert beneficium vacans, licet illud spectet ad præsentationem alicuius clerici c. dilectus. 6. de officio legati. c. cum dilectus. 28. de iure patronatus. Huius exceptio prima est: Nisi legatus non sit cardinalis. tunc enim sine speciali mandato non confert. c. 1. de officio legati, in 6. Altera exceptio est: Nisi legati officium fuerit finitum: tunc enim simul finitur reseruatio eius. c. præsenti. 3. eod. tt. Cuius replicatio est: Nisi durante officio ad collationem sit processum. d. c. 3. vers. dum modo ad collationem. Tertia exceptio est: Nisi pendente vna reseruatione eiusdem legati, in eadem ecclesia alia faciat. d. c. præsenti. 3. § cæterum. Quarta exceptio est: Nisi legatus cathedralem, regularem vel collegiatam ecclesiam, eiúsue dignitatem electiuam conferat. c. deliberatione. 4. in prin. vsq; ad §. prohibemus. eod. tt.

XXIII. Regula: Si duobus conferendi ius competat, vnus sine altero conferre non potest. M. I. R. d. cap. 3. reg. 15. Cuius exceptio est: Nisi alter vel mortuus sit, vel suspensus. c. 1. in princ. ne sede vacante, in 6. c. vlt. in fine. de regularib. in 6.

XXIIII. Regula: Si is cui conferendi ius com-

petit, mandato Papæ de conferendo non pareat: executor datus conferre potest. c. si capitulo. 5. de conceß. præbendæ, in 6. Tempus negligentiæ definitur c. vlt. §. fin. de consuetud. in 6.

XXV. Regula: Is quoq; cui à Papa mandatum est, conferre potest, quamuis aliàs ius conferendi non habeat. d. c. 5. & c. quia tua. 5. vers. nisi fortè. de conceß præbendæ. Cuius exceptio est: Nisi mandatum sit limitatum. tunc enim extra limites ipsius mandatarius conferre non potest: sed is conferet, cui ius conferendi aliàs competit, exemplo c. si clericus. 11. §. & eidem. de præbendis, in 6.

XXVI. Regula: De eo cui cessum est ius conferendi ab eo cui competit, & eo qui est in quasi possessione iuris conferendi, cauetur c. cum venissent. 6. de institutionibus. Planè legatus Papæ ius conferendi alteri cedere prohibetur c. deliberatione. 4. §. prohibemus. de officio legati, in 6.

De exceptionibus præcedentium regularum generalibus.

Hactenus, quibus præbendas conferendi ius competat, ostensum est: cuius tamen plures regulas vide S. cap. 4. quæst. 3. Planè istarum regularum supersunt nonnullæ exceptiones generales, quibus ius conferendi ad alios transfertur. Harum prima hæc est: Nisi is cui ius conferendi competit, vacantem præbendam intra sex menses alij non contulerit: hoc enim casu ius conferendi amittit. c. nulla. 2. §. cum verò. de concessione præbendæ. c. cum multa. 28. §. ita

quoq;

quoq;,verſ.etſi vltra. de præbendis. c.litera. 4. c.dilecto,5.de ſupplenda negligentia prælator. Concordant item ea quæ habentur paulò inferius reg.prox. & M. l. R. lib.3.cap.3 reg.16. Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi is cui ius cõferendi competit, fuerit excommunicatus vel ſuſpenſus: hoc enim tempus illi in ſex menſibus non computatur. c.quia 5 in prin.vſque ad §.tempus. de conceſs præbendæ Altera replicatio eſt: Niſi apud ſedem apoſtolicam fuerit: nam nec hoc tempus in ſex menſibus ei imputatur. d.c quia.5 §.tempus. Tertia replicatio eſt: Niſi ignorauerit præbendam vacare. d.c.quia.5.§.fin. Quarta replicatio eſt: Niſi in eccleſia non ſint diſtinctæ præbendæ,nec certus canonicorum numerus.c.ex parte.10.eod.tt. Quinta replicatio eſt: Niſi epiſcopus fuerit eligendus: in hoc enim intra ſex menſes eligendo negligentia commiſſa ius eligendi ad ſuperiorem non deuoluit,c.dilectus.12. eod.tt. Sexta replicatio eſt: Niſi is cui ius conferendi competit,mortuus ſit.c.illa deuotionis.2.§.fin.ne ſede vacante aliquid. Hæc de prima exceptione generali. Altera exceptio eſt: Niſi is cui ius conferendi competit, antea indignis contulerit. c.graue nimis.29.verſ.ita vt qui poſt.de præbendis. c.poſtulaſtis.7.in princ,verſ.illi verò qui. de clerico excommunicato.Tertia exceptio eſt: Niſi eandem præbendam duobus contulerit, priore collatione non infirmata.c.inter dilectos.11.§.quia verò cantor.de exceſſibus prælator.Quarta exceptio eſt: Niſi is cui ius

conferendi competit, fuerit excommunicatus vel suspensus. Clement. 1. §. si quis autem. vers abbate autem. de statu monachor. M. I. R. d. cap 3 reg. 17.

XXVII. Regula: In casibus prædictis ius conferendi ad superiorem transit, vt ex iam propositis patet. Concordat c. postulastis. 15. de conces. præbenda. c. licet. 3. de suppl neglig prælatorum. Clement. 1. in princ. eod. tt. M. I. R. d. cap. 3. reg 19. Huc quoq; pertinent ea quæ habentur j. cap. 8. quæst. 9. reg. 2. & cap. 10. quæst. 2. reg. 2.

Quid conferendum?

XXVIII. Regula: De præbenda nondum vacante alij non conferenda vel promittenda, cauetur c. 1. & c. nulla. 2. in prin. c. relatum. 3. c. ex tenore. 13. & c. vlt. de conces. præbenda. 7. q. 1. c. eum qui. M. I. R. d. cap. 3. reg. 20. & lib. 4. cap. 1. reg. 10. except. 14. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi proprietas non vacantis ecclesiæ alienetur. c. consultationibus. 4. de donationibus. Altera exceptio est: Nisi generaliter de præbenda aliqua vacatura, non hac vel illa alicui promittatur. c. accedens. 14. de conces. præbenda. c. ne captanda. 3 eod. tt. in 6. Contradicit c. detestanda. 2 eod. tt. in 6. quo videtur exceptio proposita reprobari ac tolli. M. I. R. d. reg. 20. except. 1. Tertia exceptio est: Nisi alij antea non fuerit recte assignata præbenda. c propositum. 4. de conces præbenda c. vlt. de iure patronatus. c. ex ore 3. §. quia verò. de ijs quæ fiunt à maiore parte. Huius replicatio est: Nisi prior collatio per sententiam non fuerit ante secundam

infir-

infirmata c. post electionem. 7. de conces. præbendæ. c. inter dilectos. 11. §. cum igitur. de excess. prælator. Quarta exceptio est: Nisi prior, cui præbenda concessa fuit, aliam præbendam vel dignitatem fuerit nactus c. cum in cūctis. 7. §. cum verò. de electione. c. cum nostris. 6. & c. literas. 9. de conces. præbendæ. c. cum singula. 32. in princ. vers. statuentes. de præbendis, in 6. Planè replicationis loco notandum, quamuis præbenda eius qui aliam nactus est, alteri conferri possit: tamen eo non requisito alium in possessionem eius induci non posse. c. de multa. 28. §. is quoq; de præbendis. c. licet. 28. eod. tt. in 6. Quinta exceptio est: Nisi eius, qui religionem ingressus est, præbenda alij conferatur. Quæ exceptio cùm ipso iure subsistat, recipit replicationem hanc: Nisi ingressus intra annum probationis sit cōstitutus. Quæ replicatio approbatur simul & distinguitur c. beneficium. 4. de regularib. in 6. Sexta exceptio est: Nisi prior, cui præbenda collata est, nondum se declarauerit de ea acceptanda. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur c. si tibi. 17. de præbendis, in 6. Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi consensui nullum tempus sit præstitutum. d. c. 17. vers. ipse tamen episcopus. Altera replicatio est: Nisi ignorauerit, conditionem temporis, intra quod consentire debuit, extitisse. Cuius duplicatio est: Nisi publicè notum fuerit. Clement. 1. §. fin. de concessione præbendæ. Septima exceptio est: Nisi priori nondum fuerit beneficium collatum, sed mandatum

saltem de beneficio ei conferendo.c. 1.de concessione præbendæ,in 6.M.I.R.d.reg.20 except.2ª Cuius replicatio prima hæc est: Nisi mandatum sit præsentatum.c.si capitulo.5.eod.tt.M.I.R.d.except.2.replic.1. Huius duplicatio prima hæc est: Nisi executor non fuerit datus, vel datus quidem, non tamen ad prouidendum, sed ad compellendum.c.si soli. 6. eod.tt.Altera duplicatio est: Nisi soli executori,non ei ad quem collatio pertinet,mandatum fuerit præsentatum.d.c.6.vers.aut soli executori. Tertia duplicatio est: Nisi mandatum sit conditionale, nec eius conditio extiterit. Quæ duplicatio approbatur simul & distinguitur Clement.1.de conces.præbendæ.M.I.R.d.replic.1.dupl.1. Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi inhibitio ratione mandati ab executore sit facta.d.c.6.vers.aut executor huiusmodi ordinario.item c.executor 4.§.fin.eod.tt.Huius duplicatio est: Nisi inhibitio fuerit generalis,non specialis. Quæ duplicatio approbatur simul & declaratur d.c.executor.4. Tertia replicatio est: Nisi expectans petierit sibi conferri beneficium vacans,aut receperit oblatum. Clement.1.§. quinimo,de conces.præbendæ.

XXIX. Regula: Ne alterius ecclesiæ clerico ex prouentibus ecclesiæ pensio pro beneficio cõseratur, cauetur c.extirpandæ.30.§.fin.de præbendis. Cuius exceptio est: Nisi ecclesia cathedralis inopia laboret: tunc enim ex capellis ei subiectis præbendæ conferri possunt.c.expositi.33.eod.tt.

XXX. Re-

XXX. Regula: Mandatum de conferendo beneficio, de simplici beneficio accipitur, non eo quod dignitatem habet annexam. c. vlt. d. tt.

XXXI. Regula: Mandatum de conferenda prabenda vel dignitate, curatum beneficium non continet. c. cum in illis, 16. in prin. vsq; ad §. illis verò. de prabendis, in 6. Clement. 1. in prin. eod. tt.

XXXII. Regula: Mandatum de dignitate conferenda non continet eam quæ per electionem datur. d. c. cum in illis. 16. §. illis verò. & d. Clement. 1. §. ad hoc.

XXXIII. Regula: Mandatum de beneficio certi modi vel generis conferendo ad alterius modi vel generis beneficium non extenditur. d. c. cum in illis. 16. §. cum autem. Huius exceptio videtur: Nisi is qui impetrauit mandatum, deterioris generis vel modi beneficio sit contentus. Sed reprobatur c. cum de non. 27. eod. tt.

XXXIV. Regula: Mandatum de beneficio conferendo ad duos scriptum, non extenditur ad beneficium vnius tantùm, sed commune: & contrà. d. c. cum in illis. 16. §. fin.

XXXV. Regula: Mandatum de beneficio conferendo non continet hospitalia, & similia, horumq; ecclesias. Clement. per literas. 2. de prabendis.

XXXVI. Regula: Mandatum de conferendo beneficio ad collationem mandatarij pertinente, non continet beneficium per ipsius negligentiam ad alium deuolutum. Clement. si de beneficio. 5. eod. tt.

XXXVII. Regula: Mandatum de conferendo beneficio non cõtinet beneficium, cuius ù qui mandatum impetrauit, non est capax, exemplo c. cum de.5.in fine. & c.ei cui.29 de præbendis,in 6.

XXXVIII. Regula: Mandatum de beneficio seculari conferendo, continet beneficium à secularibus clericis præscriptum, etiamsi id religiosi aliquãdo administrauerint.d.c.cum de.5.in prin.

XXXIX. Regula; Mandatum de beneficio certæ summæ conferendo non pertinet ad pensionem. c. quamuis.4.in prin.de præbendis, in 6.

XL. Regula: In mandato de beneficio conferendo vocabulum ecclesiæ non comprehendit ecclesiam cathedralem.d.c.quamuis.4.§.quanquam, in fine.

XLI. Regula: Mandatum de beneficio primùm vacaturo conferendo, regulariter primum vacans comprehendit.c.mandato.10.de præbendis, in 6. M. I.R.lib 3.cap.3.reg.21. Cuius exceptio prima hæc est: Nisi plura beneficia simul vacare cœperint: hoc enim casu non omnia debentur, sed ordo scripturæ spectandus est.d.c.10.vers.si verò plura beneficia. de qua exceptione vide plura j.reg. prox. Altera exceptio est: Nisi primum vacans ante acceptationem impetrantis alij fuerit collatum.c.1. & c.si soli.6.de conceß.præbendæ,in 6.c.si clericus.11.de præbendis, in 6.M.I.R. d.reg.21. except.2. Tertia exceptio est: Nisi beneficium primùm vacans fuerit permutatum.c.vnico,de rerum permutat. in 6. Clemen.vnica,eod.tt. Quarta exceptio est: Nisi alius in fraudem

dem expectantis tenui præbendæ renunciauerit. c. vlt. de renunciat. in 6. Plures propositæ regulæ exceptiones vide in regulis proximè præcedentibus & sequentibus, per quas propositæ regula distinguitur.

XLII. Regula: Si mandato facto de præbenda vacatura conferenda, plures simul vacare cœperint: quæ ex ijs debeatur, in speciali casu definitur c. mãdato. 10 vers. si verò plura. de præbendis, in 6. Idem in alijs casibus definitur c si pluribus. 24. eod. tt.

XLIII. Regula: Mandato de præbenda conferenda non continetur præbenda, quæ ex consuetudine debetur episcopo. c. cum in ecclesia. 25. d. tt.

XLIV. Regula: Mandatum de beneficio vacaturo conferendo non continet beneficium nouiter institutum. Clement. vlt. de rescriptis.

XLV. Regula: Hospitalia in beneficium nõ conferenda cauetur Clement. quia contingit. 2. §. vt autem. de religiosis domibus. Concordant ea quæ proposita sunt §. reg. 35.

Quantum conferendum?

XLVI. Regula: Tantum conferendum, quantũ sufficit oneri ac dignitati ecclesiasticæ sustinendæ. c. extirpandæ. 30. in prin. de præbendis. c. 1. eod. tt. in 6.

XLVII. Regula: Sine deminutione ecclesiastica beneficia conferenda. c. 1. vt ecclesiastica beneficia sine deminut.

Quando conferendum?

XLVIII. Regula: Intra sex menses ab eo tempore, quo beneficium vacare cœpit, alij conferendum

est.c.nulla.2.§.cum verò.de conceß.præbendæ.c. de multa.28.§.is quoque.de præbendis. Concordant ea quæ proposita sunt s̄.post reg.26.except.gener.1.

Antecedentia collationem.

XLIX. Regula: De clericis, quibus beneficia conferenda sunt, à patronis episcopo præsentandis cauetur c.in Lateranensi.31.§.nos autem. de præbendis. Concordant ea quæ habentur j̄.cap.14. quæst.3. reg.1. vbi etiam exceptiones huius regulæ proponentur.

L. Regula: Si ecclesia collegiata habeat præsentationem, præsentabit prælatus cum consensu capituli: alioquin non valet quod actum est. c.ea noscitur.6.de ijs quæ fiunt à prælatis.

LI. Regula: Ne sine consensu capituli prælatus conferat præbendas, cauetur c.pastoralis.9.d.tt. Concordant ea quæ habentur s̄. cap. 4. quæst. 6. reg. 2.

LII. Regula: Ne sine consilio eius qui consulendus est, collatio fiat, patet ex iam propositis. Cuius regulæ exceptio est: Nisi is cuius consilium requiritur, mortuus sit, vel longè absit. c.vnico.§.vbi verò. ne sede vacante, in 6.

LIII. Regula: Ne ad preces hæreticorum collatio fiat, cauetur c.quicunque. 2. §. ad hæc. de hæreticis, in 6.

LIIII. Regula: Ne precio interueniente fiat collatio, cauetur 1.q.7.c.cauendum.extrauag.comm. cum detestabile. 2.§.per electionem. de Simonia.

Adiuncta

Adiuncta collationis.

LV. Regula: In collatione potest ei cui confertur, onus imponi atq; conditio sub qua ei conferatur, ad quam acceptans adstringitur. c. significatum. 11. de prebendis.

LVI. Regula: Vt clericus cautione data profiteatur, se precaria nomine res ecclesiæ, quas accipit, tenere, cauetur 12. q. 2. c. sæpe fit.

LVII. Regula: De expensis pro gratijs soluendis cauetur extrauag. Ioann. XXII. vnica, de sentent. excommunicat.

Euentus collationis, & de actionibus beneficialibus.

LVIII. Regula: Is cui prebenda collata est, cui certus ordo est annexus, intra annum sacerdos fieri debet. c. licet canon. 14. §. is etiam. de electione, in 6. Clement. vt ij. 2. §. illi verò. de ætate & qualitate præficiendorum. Clement. vnica, de officio vicarij. Clement. 1. §. caterùm. vers. qui autem. de statu monachorum. Plura de hac regula vide j. cap. 11. de parochis, reg. 4.

LIX. Regula: Ex mandato Papæ de conferenda prebenda, item ex collatione aliqs similibus causis suprà enumeratis competit actio beneficialis, qua quis prebendam petere ac persequi potest: item si prebenda collata euicta sit, eo nomine agere potest. c. inter catera. 17. de prebendis. MIR. lib. 3. cap. 3. reg. 27. Istarum causarum exceptio generalis prima hac est: Nisi actor qui mandatum impetrauit, primùm

tem in villis plures ecclesias obtineat. 21.q.1.c.1.§.fi. Decima exceptio est: Nisi ecclesia quæ proprios sacerdotes alere non potest, alicui beneficium aliud habenti conferatur. c.eam te decet. 4.§.fin. de ætate & qualitate præficiendor. distinct. 70. c. vlt. §. si quæ concordat item S. cap. 1. reg. 5. Hæc de octaua regula eius q; exceptionibus sint dicta. Plures exceptiones vide S. reg. 3. except. 6.

IX. *Regula: Duobus vna præbenda non conferenda. Quæ regula approbatur simul & distinguitur per ea quæ proponentur j. reg. 112.*

X. *Regula: Absenti quoq; per alium potest præbenda conferri. c. accedens. 24. de præbendis.*

XI. *Regula: Ignobilibus præbenda conferri possunt, consuetudine non obstante. c. venerabilis. 37. d. tit.*

XII. *Regula: Ne quis sibi ipsi conferat præbendam, cauetur c. vlt. de institutionibus. c. ad aures. 3. de excessibus prælatorum. Concordant ea quæ habentur j. cap. 14. quæst. 3. reg. 5.*

XIII. *Regula: Diuitibus, qui per se sustentari possunt, præbendæ non conferendæ. 1. q. 2. c. clericos. c. pastor. c. si quis propter. c. viduas. 16. q. 1. c. vlt. §. clericos. M. I. R. lib. 3. cap. 3. reg. 5. Huius regulæ exceptio est: Nisi omnia quæ habent, in commune conferant. d. c. pastor. §. verùm his. & d. q. 2. c. sacerdos.*

XIV. *Regula: Etiam in sacris non constituto præbendæ sunt conferendæ. c. vlt. de institutionibus. in 6. c. si pro clericis. 8. de præbendis, in 6.*

XV. *Re-*

XV. Regula: Hæreticis vel eorum fautoribus, receptatoribus & credentibus præbendæ conferendæ non sunt. c. quicunq; 2. §. hæretici. de hæreticis, in 6.

XVI. Regula: Liberis quoq; hæreticorum vsq; ad secundam generationem præbendæ non conferendæ. d. §. hæretici. vers. ipsorumq; filij. c. statutum. 15. eod. tt. & c. vnicum. §. contra natos. de schismaticis, in 6. M. I. R. d. cap. 3. reg. 6.

XVII. Regula: Si duo sunt expectãtes, vtri conferendum, proponetur j. reg. 61. cum sequentibus. Hactenus quibus præbendæ conferendæ sint, est ostensum: cuius tamen plures regulas vide ſ. cap. 4. q. 2. & j. reg. 59. cum sequentibus.

A quibus conferendæ præbendæ, seu quibus conferendi ius competat?

XVII. Regula: Laicis ius conferendi non competit. 6. cum & plantare. 3. in prin. de priuilegijs. c. in Lateranensi. 31. in prin. de præbendis. c. relatum. 21. in prin. de iure patronatus. 16. q. 7. c. si quis deinceps. c. quoniam. c. si quis episcopus. c. sanè. c. si quis clericus. c. constitutiones. c per laicos. c. si plures. §. vt ergo. c. laici. c. inuentum. c. decimas. M. I. R. d. cap. 3. reg. 12. Concordant item ea quæ habentur ſ. cap. prox. quæst. 3. reg. 10. item j. cap. 10. quæst. 2. reg. 5. & cap. 12. reg. 6. Propositæ regulæ exceptio hæc est: Nisi consensus episcopi accesserit. Quæ exceptio ex iam propositis constat. Concordat d. c. inuentum. §. fin.

XVIII. Re-

XVIII. Regula: Solus episcopus, non alius conferendi prebendas ius habet. 16. q. 7. c. nullus omnino. c sicut. Huius exceptiones vide j post reg. 26.

XIX. Regula: Capitulo sede vacante ius conferendi non competit. Quæ regula approbatur simul & distinguitur per ea quæ proposita sunt S. cap. 2. reg. 2 except. 3.

XX. Regula: Si sede vacante capitulo mandatum sit de prebenda alicui conferenda, episcopus postea electus exequi mandatum tenetur. c. eam te. 7. de rescriptis. M. I. R. d. cap. 3. reg. 14.

XXI. Regula: Beneficia vacantia in curia aliis quàm Papa conferre non potest. c. licet. 2. de prebendis, in 6. extrauag. com. 1. et si. 3. ad Romani. 14. eod. tt. Declaratur regula proposita definitione vacantium in curia c. præsenti. 34. de prebendis, in 6. item extrauag. comm. ex debito. 4. de electione. & extrauag. com. ad reginam. 13. de prebendis. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi duobus de beneficio in curia litigantibus, vno decedente, alter causam persequatur: vel vterq; decesserit; vnus in curia, alter extra curiam. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur Clement. 1. vt lite pendente nihil innouetur. Altera exceptio est: Nisi alij specialis & expressa conferendi potestas à Papa sit attributa. c. licet. 2. §. fin. vers. nisi ei sit super. de prebendis, in 6. Tertia exceptio est: Nisi intra mensem à die vacationis Papa non contulerit. c. statutum. 3. eod. tt. Quarta exceptio est: Nisi mortuo Papa

VACARE

vacare in curia cœperint, ipsa sede apostolica vacãte. c. si apostolica 35. d tt. Quinta exceptio est: Nisi Papa, antequam contulerit, mortuus sit. d. c 35. vers. idem volumus. Sexta exceptio est: Nisi pensiones annuæ vacare in curia cœperint. extrauag. com. ex debito. 4. § pensiones insuper. de electione.

XII. Regula: Legatus Papæ confert beneficium vacans, licet illud spectet ad præsentationem alicuius clerici. c. dilectus. 6. de officio legati. c. cum dilectus. 28. de iure patronatus. Huius exceptio prima est: Nisi legatus non sit cardinalis. tunc enim sine speciali mandato non confert. c. 1. de officio legati, in 6. Altera exceptio est: Nisi legati officium fuerit finitum: tunc enim simul sistitur reseruatio eius. c. præsenti. 3. eod. tt. Cuius replicatio est: Nisi durante officio ad collationem sit processum. d. c. 3. vers. dum modo ad collationem. Tertia exceptio est: Nisi pendente vna reseruatione eiusdem legati, in eadem ecclesia aliã faciat. d. c. præsenti. 3. § cæterùm. Quarta exceptio est: Nisi legatus cathedralem, regularem vel collegiatam ecclesiam, eiúsue dignitatem electiuam conferat. c. deliberatione. 4. in prin. vsq; ad §. prohibemus. eod. tt.

XXIII. Regula: Si duobus conferendi ius competat, vnus sine altero conferre non potest. M. I. R. d. cap. 3. reg. 15. Cuius exceptio est: Nisi alter vel mortuus sit, vel suspensus. c. 1. in princ. ne sede vacante, in 6. c. vlt. in fine. de regularib. in 6.

XXIIII. Regula: Si is cui conferendi ius com-

petit, mandato Papæ de conferendo non pareat; executor datus conferre poteſt. c. ſi capitulo. 5. de conceſſ. præbendæ, in 6. Tempus negligentiæ definitur c. vlt. §. fin. de conſuetud. in 6.

XXV. Regula: Is quoq; cui à Papa mandatum eſt, conferre poteſt, quamuis aliâs ius conferendi non habeat. d. c. 5. & c. quia tua. 5. verſ. niſi fortè. de conceſſ præbendæ. Cuius exceptio eſt: Niſi mandatum ſit limitatum. tunc enim extra limites ipſius mandatarius conferre non poteſt: ſed is conferet, cui ius conferendi aliâs competit, exemplo c. ſi clericus. 11. §. & eidem. de præbendis, in 6.

XXVI. Regula: De eo cui ceſſum eſt ius conferendi ab eo cui competit, & eo qui eſt in quaſi poſſeſſione iuris conferendi, cauetur c. cum veniſſent. 6. de inſtitutionibus. Planè legatus Papæ ius conferendi alteri cedere prohibetur c. deliberatione. 4. §. prohibemus. de officio legati, in 6.

De exceptionibus præcedentium regularum generalibus.

Hactenus, quibus præbendas conferendi ius competat, oſtenſum eſt: cuius tamen plures regulas vide S. cap. 4. quæſt. 3. Planè iſtarum regularum ſuperſunt nonnullæ exceptiones generales, quibus ius conferendi ad alios transfertur. Harum prima hæc eſt: Niſi is cui ius conferendi competit, vacantem præbendam intra ſex menſes alij non contulerit: hoc enim caſu ius conferendi amittit. c. nulla. 2. §. cum verò. de conceſſione præbendæ. c. cum multa. 28. §. ia quoq;

quoq; vers. etsi vltra. de præbendis. c. litera. 4. c. dilecto, 5. de supplenda negligentia prælator. Concordant item ea quæ habentur paulò inferius reg. prox. & M. I. R. lib. 3. cap. 3 reg. 16. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi is cui ius cõferendi competit, fuerit excommunicatus vel suspensus: hoc enim tempus illi in sex mensibus non computatur. c. quia 5. in prin. vsque ad §. tempus. de conces. præbendæ. Altera replicatio est: Nisi apud sedem apostolicam fuerit: nam nec hoc tempus in sex mensibus ei imputatur. d. c. quia. 5. §. tempus. Tertia replicatio est: Nisi ignorauerit præbendam vacare. d. c. quia. 5. §. fin. Quarta replicatio est: Nisi in ecclesia non sint distinctæ præbendæ, nec certus canonicorum numerus. c. ex parte. 10. eod. tt. Quinta replicatio est: Nisi episcopus fuerit eligendus: in hoc enim intra sex menses eligendo negligentia commissa ius eligendi ad superiorem non deuoluit. c. dilectus. 12. eod. tt. Sexta replicatio est: Nisi u cui ius conferendi competit, mortuus sit. c. illa deuotionis. 2. §. fin. ne sede vacante aliquid. Hæc de prima exceptione generali. Altera exceptio est: Nisi is cui ius conferendi competit, antea indignis contulerit. c. graue nimis. 29. vers. ita vt qui post. de præbendis. c. postulasti. 7. in princ. vers. illi verò qui. de clerico excommunicato. Tertia exceptio est: Nisi eandem præbendam duobus contulerit, priore collatione non infirmata. c. inter dilectos. 11. §. quia verò cantor. de excessibus prælator. Quarta exceptio est: Nisi is cui ius

conferendi competit, fuerit excommunicatus vel suspensus. Clement. 1. §. si quis autem. vers. abbate autem. de statu monachor. M. I. R. d. cap 3 reg. 17.

XXVII. Regula: In casibus prædictis ius conferendi ad superiorem transit, vt ex iam propositis patet. Concordat c. postulastis. 15. de conces. prabenda. c. licet. 3. de suppl. neglig. prælatorum. Clement. 1. in princ. eod. tt. M. I. R. d. cap. 3. reg 19. Huc quoq; pertinent ea quæ habentur]. cap. 8. quæst. 9. reg. 2. & cap. 10. quæst. 2. reg. 2.

Quid conferendum?

XXVIII. Regula: De prabenda nondum vacante alij non conferenda vel promittenda, cauetur c. 1. & c. nulla. 2. in prin. c. relatum. 3. c. ex tenore. 13. & c. vlt. de conces. prabenda. 7. q. 1. c. eum qui. M. I. R. d. cap. 3. reg. 20. & lib. 4. cap. 1. reg. 10. except. 14. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi proprietas non vacantis ecclesiæ alienetur. c. consultationibus. 4. de donationibus. Altera exceptio est: Nisi generaliter de prabenda aliqua vacatura, non hac vel illa alicui promittatur. c. accedens. 14. de conces. prabenda. c. ne captanda. 3 eod. tt. in 6. Contradicit c. detestanda. 2 eod. tt. in 6. quo videtur exceptio proposita reprobari ac tolli. M. I. R. d. reg. 20. except. 1. Tertia exceptio est: Nisi alij antea non fuerit rectè assignata prabenda. c proposuit. 4. de conces prabenda c. vlt. de iure patronatus. c. ex ore 3 §. quia verò. de ijs quæ fiunt à maiore parte. Huius replicatio est: Nisi prior collatio per sententiam non fuerit ante secundam

infirmata c. post electionem. 7. de conces. præbenda. c. inter dilectos. 11. § cum igitur. de excess. prælator. Quarta exceptio est: Nisi prior, cui præbenda concessa fuit, aliam præbendam vel dignitatem fuerit nactus c. cum in cūctis. 7. §. cum verò. de electione. c. cum nostris. 6. & c. literas. 9. de conces. præbendæ. c. cum singula. 32. in princ. vers. statuentes. de præbendis, in 6. Planè replicationis loco notandum, quamuis præbenda eius qui aliam nactus est, alteri conferri possit: tamen eo non requisito alium in possessionem eius induci non posse. c. de multa. 28. §. is quoq; de præbendis. c. licet. 28. eod. tt. in 6. Quinta exceptio est: Nisi eius, qui religionem ingressus est, præbenda alij conferatur. Quæ exceptio cùm ipsō iure subsistat, recipit replicationem hanc: Nisi ingressus intra annum probationis sit cōstitutus. Quæ replicatio approbatur simul & distinguitur c. beneficium. 4. de regularib. in 6. Sexta exceptio est: Nisi prior, cui præbenda collata est, nondum se declarauerit de ea acceptanda. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur c. si tibi. 17. de præbendis, in 6. Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi consensui nullum tempus sit præstitutum. d. c. 17. vers. ipse tamen episcopus. Altera replicatio est: Nisi ignorauerit, conditionem temporis, intra quod consentire debuit, extitisse. Cuius duplicatio est: Nisi publicè notum fuerit. Clement. 1. § fin. de concessione præbendæ. Septima exceptio est: Nisi priori nondum fuerit beneficium collatum, sed mandatum

saltem de beneficio ei conferendo.c. 1.de concessione præbendæ,in 6.M.I.R.d.reg.20 except.2ª Cuius replicatio prima hæc est: Nisi mandatum sit præsentatum.c.si capitulo.5.eod.tt.M.I.R.d.except.2. replic.1. Huius duplicatio prima hæc est: Nisi executor non fuerit datus, vel datus quidem, non tamen ad prouidendum, sed ad compellendum.c.si soli. 6. eod.tt.Altera duplicatio est: Nisi soli executori,non ei ad quem collatio pertinet, mandatum fuerit præsentatum.d.c.6.vers.aut soli executori. Tertia duplicatio est: Nisi mandatum sit conditionale, nec eius conditio extiterit. Quæ duplicatio approbatur simul & distinguitur Clement.1.de conces.præbendæ.M.I.R.d.replic.1.dupl.1. Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi inhibitio ratione mandati ab executore sit facta.d.c.6.vers. aut executor huiusmodi ordinario.item c.executor. 4. §.fin.eod. tt.Huius duplicatio est: Nisi inhibitio fuerit generalis,non specialis. Quæ duplicatio approbatur simul & declaratur d.c.executor.4 Tertia replicatio est: Nisi expectans petierit sibi conferri beneficium vacans,aut receperit oblatum. Clement.1. §. quinimò,de conces. præbendæ.

XXIX. Regula: Ne alterius ecclesiæ clerico ex prouentibus ecclesiæ pensio pro beneficio cõferatur, cauetur c.extirpandæ.30. §.fin.de præbendis. Cuius exceptio est: Nisi ecclesia cathedralis inopia laboret: tunc enim ex capellis ei subiectis præbendæ conferri possunt.c.exposuisti.33.eod.tt.

XXX. Re-

XXX. Regula: *Mandatum de conferendo beneficio, de simplici beneficio accipitur, non eo quod dignitatem habet annexam. c. vlt. d. tt.*

XXXI. Regula: *Mandatum de conferenda prabenda vel dignitate, curatum beneficium non continet. c. cum in illis. 16. in prin. vsq; ad §. illis verò. de prabendis, in 6. Clement. 1. in prin. eod. tt.*

XXXII. Regula: *Mandatum de dignitate conferenda non continet eam quæ per electionem datur. d. c. cum in illis. 16. §. illis verò. & d. Clement. 1. §. ad hoc.*

XXXIII. Regula: *Mandatum de beneficio certi modi vel generis conferendo ad alterius modi vel generis beneficium non extenditur. d. c. cum in illis. 16. §. cum autem. Huius exceptio videtur: Nisi is qui impetrauit mandatum, deterioris generis vel modi beneficio sit contentus. Sed reprobatur c. cum de non. 27. eod. tt.*

XXXIV. Regula: *Mandatum de beneficio conferendo ad duos scriptum, non extenditur ad beneficium vnius tantùm, sed commune: & contrà. d. c. cum in illis. 16. §. fin.*

XXXV. Regula: *Mandatum de beneficio conferendo non continet hospitalia, & similia, horumq; ecclesias. Clement. per literas. 2. de prabendis.*

XXXVI. Regula: *Mandatum de conferendo beneficio ad collationem mandatarij pertinente, non continet beneficium per ipsius negligentiam ad alium deuolutum. Clement. si de beneficio. 5. eod. tt.*

XXXVII. Regula: Mandatum de conferendo beneficio non cõtinet beneficium, cuius ù qui mandatum impetrauit, non est capax, exemplo c. cum de.5.in fine. & c.ei cui.29 de prabendis,in 6.

XXXVIII. Regula: Mandatum de beneficio seculari conferendo, continet beneficium à secularibus clericis præscriptum, etiamsi id religiosi aliquãdo administrauerint.d.c.cum de.5.in prin.

XXXIX. Regula: Mandatum de beneficio certæ summæ conferendo non pertinet ad pensionem. c. quamuis.4.in prin.de prabendis, in 6.

XL. Regula: In mandato de beneficio conferendo vocabulum ecclesiæ non comprehendit ecclesiam cathedralem.d.c.quamuis.4.§. quanquam, in fine.

XLI. Regula: Mandatum de beneficio primùm vacaturo conferendo, regulariter primum vacans comprehendit.c.mandato.10.de prabendis, in 6. M. I.R.lib 3.cap.3.reg.21. Cuius exceptio prima hæc est: Nisi plura beneficia simul vacare cœperint: hoc enim casu non omnia debentur, sed ordo scripturæ spectandus est.d.c.10.vers.si verò plura beneficia. de qua exceptione vide plura].reg. prox. Altera exceptio est: Nisi primum vacans ante acceptationem impetrantis alij fuerit collatum.c.1. & c.si soli.6.de conces.prabenda.in 6.c.si clericus.11. de prabendis, in 6.M.I.R. d.reg.21. excep.2. Tertia exceptio est: Nisi beneficium primùm vacans fuerit permutatum.c.vnico, de rerum permutat. in 6. Clemen.vnica.eod.tt. Quarta exceptio est: Nisi alius in fraudem

dem expectantis tenui præbendæ renunciauerit. c. vlt. de renunciat. in 6. Plures propositæ regulæ exceptiones vide in regulis proximè præcedentibus & sequentibus, per quas propositæ regula distinguitur.

XLII. Regula: Si mandato facto de præbenda vacatura conferenda, plures simul vacare cœperint; quæ ex ijs debeatur, in speciali casu definitur c. mãdato. 10 vers. si verò plura. de præbendis, in 6. Idem in alijs casibus definitur c. si pluribus. 24. eod. tt.

XLIII. Regula: Mandato de præbenda conferenda non continetur præbenda, quæ ex consuetudine debetur episcopo. c. cum in ecclesia. 25. d. tt.

XLIV. Regula: Mandatum de beneficio vacaturo conferendo non continet beneficium nouiter institutum. Clement. vlt. de rescriptis.

XLV. Regula: Hospitalia in beneficium nõ conferenda cauetur Clement. quia contingit. 2. §. vt autem. de religiosis domibus. Concordant ea quæ proposita sunt §. reg. 35.

Quantum conferendum?

XLVI. Regula: Tantum conferendum, quantũ sufficit oneri ac dignitati ecclesiasticæ sustinendæ. c. extirpandæ. 30. in prin. de præbendis. c. 1. eod. tt. in 6.

XLVII. Regula: Sine deminutione ecclesiastica beneficia conferenda. c. 1. vt ecclesiastica beneficia sine deminut.

Quando conferendum?

XLVIII. Regula: Intra sex menses ab eo tempore, quo beneficium vacare cœpit, alij conferendum

Adiuncta collationis.

LV. Regula: In collatione potest ei cui confertur, onus imponi atq; conditio, sub qua ei conferatur, ad quam acceptans adstringitur. c. significatum. 11. de prebendis.

LVI. Regula: Vt clericus cautione data profiteatur, se precariæ nomine res ecclesiæ, quas accipit, tenere, cauetur 12. q. 2. c. sæpe fit.

LVII. Regula: De expensis pro gratijs soluendis cauetur extrauag. Ioann. XXII. vnica, de sentent. excommunicat.

Euentus collationis, & de actionibus beneficialibus.

LVIII. Regula: Is cui prebenda collata est, cui certus ordo est annexus, intra annum sacerdos fieri debet. c. licet canon. 14. §. is etiam. de electione, in 6. Clement. vt ij. 2. §. illi verò. de ætate & qualitate præficiendorum. Clement. vnica, de officio vicarij. Clement. 1. §. cæterùm. vers. qui autem. de statu monachorum. Plura de hac regula vide j. cap. 11. de parochis, reg. 4.

LIX. Regula: Ex mandato Papæ de conferenda prebenda, item ex collatione aliisq; similibus causis supra enumeratis competit actio beneficialis, qua quis prebendam petere ac per æquipotest: item si prebenda collata euicta sit, eo nomine agere potest. c. inter cætera. 17. de prebendis. MIR. lib. 3. cap. 3. reg. 27. Istarum causarum exceptio generalis prima hæc est: Nisi actor qui mandatum impetrauit, primùm

primùm vacantem prabendam petere neglexerit, c. si clericus. 11. in prin. de prabendis, in 6. Cuius replicatio prima est: Nisi authoritate apostolica impetrans fuerit effectus canonicus. d. c. si clericus. 11. §. verùm si præfatus. Altera exceptio est: Nisi cum absenti collatio facta esset, ac terminus ad consentiendum constitutus, intra terminum non declarauerit suum consensum. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur c. si tibi. 17. de prabendis, in 6. M. I. R. d. reg. 27. except. 1. Tertia exceptio est: Nisi actor vi beneficium occupauerit. c. eum qui. 18. eod. tt. Quarta exceptio est: Nisi expectans aliud beneficium postea sit adeptus. c. si pauper. 30. d. tt. Clement. gratia. 4. de rescriptis. Huius replicatio videtur: Nisi ei & postea nactus est, renunciauerit. Sed reprobatur d. c. 4. vers. licet illud resignauerit. Quinta exceptio est: Nisi concedens beneficium, antequam sit collatum, fuerit mortuus. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur c. si cui. 36. de prabendis, in 6. M. I. R. d. reg. 27. except. 2. & lib. 5. cap. 6. reg. 101. except. 1 repl. 2. Sexta exceptio est: Nisi mandatum de beneficio conferendo fuerit reuocatum. Hæc exceptio approbatur exemplo c. vlt. in princ. de conces. prabenda, in 6. extrauag. comm. ex superna. 2. de prabendis. Cuius replicatio est: Nisi mandatum impetrans habeat ius quæsitum: hoc enim reuocatione, præsertim generali, non censetur reuocatum. c. si is cui. 39. de prabendis, in 6. Huius duplicatio prima hæc est: Nisi non in re, sed ad rem habeat ius

quæsi-

quæsitum: hoc enim nihilominus censetur reuocatum. d. c. 39. vers. ius tamen quod ad dignitatem. Huius triplicatio prima est: Nisi in principali seu digniori habeat ius quæsitum. hoc enim casu ius ad accessorium quærendum non censetur reuocatum. d. c. 39. vers. non sic autem. Huius quadruplicatio est: Nisi vltra numerum statutum factus sit canonicus, præbendam expectans. Quæ quadruplicatio approbatur simul & distinguitur c. vlt. in prin. vsq; ad §. sanè in ijs. de conceß. præbendæ, in 6. Altera propositæ replicationis duplicatio est: Nisi inutiliter habeat ius in re quæsitum. Quæ duplicatio approbatur exemplo c. quodam. 40. de præbendis, in 6. Tertia duplicatio est: Nisi in iure quæsito nondum ad collationem fuerit peruentum. d. c. vlt. §. sanè in ijs. Hæc de sexta exceptione. Septima exceptio est: Nisi habens mandatum de præbenda quam acceptauerit, sibi conferenda: vnam, antequam vacauerit, acceptet. Quæ exceptio approbatur sub conditione c. ne captandæ. 3. de conceß præbendæ, in 6. Octaua exceptio videtur: Nisi diœcesis, ad quam mãdatum de præbenda conferenda directum est, medio tempore in duas sit diuisa. Sed reprobatur extrauag. com. vnica, de officio delegati. & extrauag. Ioann. XXII. 1. de conceß. præbendæ. Hæc de exceptionib. aduersus causas propositæ actionis. Sed & plures huiusmodi exceptiones vide ẽ. reg 3 Item aduersus collationem beneficiorum exceptiones, ex persona quidem conferentis sumptas, licet colligere ex superio-

ribus

ribus regulis, nimirum reg. 17. cum decem sequentibus. Ex persona verò eius cui collatio facta est, desumptas licet colligere ex superiori reg. 4. cum duodecim sequentibus. Ex re item collata desumptas colligere licet ex superiori reg. 28 cum nouemdecim regulis sequentibus. Ex tempore denique & antecedentibus ex superiori reg. 48. cum sex sequentib. Postremò exceptionũ quoq; loco repeti possunt causa, ex quibus præbendæ & dignitates amittuntur, quas inferius reg. 72. cum sequentibus enumerabimus.

QVIBVS DATVR ACTIO beneficialis?

LX. Regula: Receptis authoritate apostolica competit actio præbendæ conferendæ præ cæteris. c. hi qui. 12. cum duobus cc. sequentib. de præbendis, in 6. Declaratur regula proposita definitione eorum qui apostolica authoritate recepti dicuntur, d. c. 12. vers. eum quoq; qui ad. item c. si eum. 9. & c. si apostolica. 22. eod. tit. Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi Papa non præceperit, sed concesserit saltem facultatem ijs ad quos spectat receptio, aliquem recipiendi. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur c. cum aliquibus. 4. de rescriptis, in 6.

LXI. Regula: Si duo diuerso tempore mandatũ de conferenda sibi præbenda vacante vel vacatura impetrassent: prior impetrans posteriori est præferendus. c. eum. 7. c. quia sæpe. 15. de præbendis in 6. M. I. R. lib. 3. cap. 3. reg. 29. Cuius exceptio prima hæc est: Nisi contraria voluntas mandantis probetur.

tur. d. c. 15. vers. ex quo de intentione mandantis. c. quadam. 40. vers. quem omnibus etiam. & vers. prima enim. eod. tt. item c. authoritate. 7. de conces. præbenda, in 6. Altera exceptio est: Nisi tres diuersis temporibus mandatum impetrassent ita, vt tertius primo, non autem secundo præferretur: hoc enim casu secundus primo præfertur; quamuis de eius prærogatiua in suo mandato nihil sit adiectum. d. c. authoritate. 7. Tertia exceptio videtur: Nisi posterior prius suas literas præsentauerit, & prius receptus fuerit. Sed reprobatur c. tibi. 12. de rescriptis, in 6. c. cum. 7. in fine. de præbendis, in 6. M. I. R. d. reg. 29. except. 1. Planè admittitur exceptio proposita primùm quidem, si priori dolus vel notabilis negligentia possit imputari. d. c. 12. vers. dum tamen dolus. Deinde admittitur. si cum prior sub conditione, posterior purè mandatum impetrasset, ante existentem prioris conditionem posterior fuerit receptus. c. si pro te. 13. de rescriptis, in 6. Quarta exceptio est: Nisi vacante dignitate, cui annexa est præbenda, prior præbendam tantùm, posterior verò dignitatem cum præbenda in suis literis impetrauerit: hoc enim casu posterior priori præfertur. c. quia sæpe. 15. in fine. de præbendis, in 6. Quinta exceptio est: Nisi prius mandatum fuerit generale, posterius de certa persona speciale. c. dudum. 14. eod. tt. Sexta exceptio est: Nisi cum sub diuersis conditionibus duo impetrassent, posterioris conditio prior extiterit. c. susceptum. 6. §. fin. de rescriptis, in 6. Septima ex-

ma exceptio est: Nisi prioris mandato reuocato, & postea contra reuocationem restituto, posterior medio tempore mandatum impetrauerit. c. quamuis. 8. eod. tt. Octaua exceptio est: Nisi duobus successiuè à patrono præsentatis, posterior sit institutus: hic enim priori est præferendus, per ea quæ proponentur j. reg. 64. Nona exceptio est: Nisi prioris mandatum per exceptionem possit elidi. Hæc exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt 5. reg. 59. except. 1. cum sequentibus.

LXII. Regula: Si cum duo mandatum de præbenda sibi conferenda impetrassent, non appareat vter prior impetrauerit: vtri competat actio, definitur distinguendo c. dudum. 14. de rescriptis, in 6. c. sta sede. 31. de præbendis, in 6.

LXIII. Regula: Si vni ex consuetudine, alij ex rescripto Papæ debeatur collatio præbendæ: ille huic erit præferendus. c. vlt. de consuetud. in 6. c. si propter. 10. de rescriptis in 6.

LXIV. Regula: Si duobus præsentatis, vnus ab episcopo sit institutus: hic potior est, quamuis posterior præsentatus. c. quod autem. 5. in prin. vsq; ad §. de cætero. c. illud. 8. & c. suggestum. 20. de iure patronatus. Cuius exceptio prima hæc est: Nisi non à laico, sed ab ecclesiastico patrono sint præsentati: hoc enim casu prioris conditio melior est. c. cum autem. 24. eod. tt. Huius replicatio prima est: Nisi ecclesiasticus in patrimonialibus conferat vt laicus. c. cum dilectus. 28. §. nos igitur attendentes. eod. tt.

Altera

Altera replicatio est: Nisi legatus de latere collationem sibi reseruauerit. d. §. nos igitur. vers. etsi diaconus. Altera exceptio videtur: Nisi prior repulsus appellauerit, qua appellatione pendēte alius sit præsentatus & institutus. Sed reprobatur c. pastoralis. 29. eod. tt. Hactenus, quibus competat actio beneficialis, ostensum est; cuius tamen quæstionis plures regulas vide §. *reg. 4. cum sequentibus.*

APVD QVEM COMPETAT actio beneficialis?

LXV. *Regula: Si de dispensatione collationis dubitetur: ad Papam recurrendum est. c. ordinarij. 3. §. si verò de dispensationis. de officio ordinarij, in 6. Eiusdem quæstionis regula, sed localis, habetur extrauag. com. 1. §. causæ verò beneficiales. de treuga & pace.*

QVID quantumcūq; veniat in actionibus beneficialibus petendum, definitur per ea quæ proposita sunt §. *reg. 28. cum sequentibus.*

ADIVNCTA ACTIONVM beneficialium.

LXVI. *Regula: Literæ gratiarum tanquam ambitiosæ sunt restringendæ. c. quamuis. 4. in princ. de prebendis, in 6.*

XLVII. *Regula: De suspendendo petitorio iudicio, donec possessorium fuerit peractum: & vt possessorium intra biennium finiatur, cauetur extrauag. comm. 1. §. præterea quia. de treuga & pace.*

EVENTVS ET CONSEQVENTIA actionum beneficialium.

LXVIII. Regula: Si pronuncietur beneficium actori deberi, ab ipso iudice id ei poterit conferri, vt circuitus euitetur. Clement. audiuor. 3. de rescriptis.

LXIX. Regula: De appellationibus in causis beneficialibus regula localis habetur d. extrauag. com. 1. §. & quoniam sedis. vers. quodq; omnes & singulæ.

LXX. Regula: De taxis non egrediendis cauetur d. extrauag. commun. 1. §. etsi forsan. vers. quodq; de cætero. Sed de hac re dictum quoq; S. reg. 57. Hæc de adquirendis præbendis sint dicta. Sequitur de ijs amittendis.

II. DE AMITTENDIS PRAEbendis & dignitatibus.

LXXI. Regula: Ne sine causa præbendæ & dignitates collatæ rursus auferantur, cauetur c. monachi. 2. §. priores. de statu monachorum. c. vnico. in fine. de capellis monachor. c. non potest. 3. de re iudicata. 16. q. 7. c. inuentum. vers. quam si iustè. Concordant item ea quæ habentur S. lib. proxim. cap. 19. except. 12. M. I. R. lib. 3. cap. 3. reg. 31. Huius regulæ exceptio est in officio alicui à prælato iniuncto: hoc enim sine causa potest auferri. c. cum ad 6. §. tales. vers. nec alicui. de statu monachorum.

EX QVIBVS CAVSIS amittantur?

LXXII. Regula; Si non iustè adeptus fuerit præbendam

bendam vel dignitatem: ea est priuandus. Quæ regula elicitur ex verbis d. vers. quam si iustè. Concordant ea quæ habentur S. lib. 1 cap. 16 quæst. 4. reg. 1. Cuius regulæ species sunt omnes exceptiones, quas S. aduersus causas adquirendæ præbendæ enumeraui mus, præsertim reg. 59. eius q3 exemplum, puta si à laico recepit, habetur c. relatum. 21. in prin. de iure patronatus. Aliud, si data pecunia præbendam adeptus est, proponitur c. qui alium. 2. de Simonia. & 1. q. 7. c. si quis omnem. §. 1. c. cauendum. 7. q. 1. c. præsentium. §. fin. Aliud exemplū, si à schismatico fuerit ordinatus, habetur c. 1. & c. vlt. de schismaticis.

LXXIII. Regula: Si in eum casum peruenerit ordinatus, quo ab initio ordinari non potuit: beneficio & officio debet priuari, exemplo eorum quæ proposita sunt S. cap. 4. quæst. 2. item] in regulis sequentibus.

LXXIIII. Regula: Si ius patronatus ei qui clericum præsentauit, postea euincatur. Hæc regula approbatur simul & distinguitur c. consultationibus. 19. de iure patronatus.

LXXV. Regula: Si valetudinarius sit factus. Hæc causa regulariter reprobatur c. 1. c. de rectoribus. 3. cum tribus ccc. sequentibus. de clerico ægrotante. 7. q. 1. c. 1. c. cum percußio. c. præsentium. c. Pontifices. c. quamuis, vers. & ideo quia. Planè admittitur causa proposita in perpetuò furioso, 15. q. 1. c penult. §. item obijcitur. & c. vltim. in fine. Concordant ea quæ habentur] cap. 8. quæst. 9. reg 3.

LXXVI. Regula: Si habens præbendam vel dignitatem, aliam postea adeptus sit: priorem amittit. c. de multa. 28. de præbendis. c. cum nostris. 6. c. literas. 9. de concessione præbendæ. c. cum singula 32. in prin. vers. statuentes. de præbendis, in 6. Clement. si plures 3. & Clement. vlt. vers. primaq; præbenda. eod. tt. extrauag. com. vt quos. 2. de officio ordinarij. 21. q. 2. c. si quis iam. Concordant item ea quæ habentur s. cap. 5. reg 34. M. I. R. d. cap. 3 reg. 41. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi propria temeritate ad aliam ecclesiam transierit: hoc enim casu ad priorem est reuocandus. d. c si quis iam. §. aliud est. Concordant ea quæ proposita sunt s. cap. 5. reg. 68. Altera exceptio est: Nisi posterior collatio sit inutilis: hoc enim casu licet priorem præbẽdam recuperare. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur c. si beneficia. 20. de præbendis, in 6. Huius replicatio prima hæc est: Nisi despecta sua ecclesia ad aliam transierit, nec ad suam reuerti velit: hoc enim casu carebit vtraq;. c. quanto. 3. §. quia verò Hildesem. de translat. episcopi. 7. q. 1. c. quia frater. §. fin. c. si quis episcopus. c. si quis de ordine. Altera replicatio est: Nisi alius in locum transeuntis ad aliam ecclesiam sit substitutus. 7. q 1. c. eos sacerdotes. Tertia exceptio est: Nisi fructus secundi beneficij alius ex causa percipiat. c. si tibi. 26. de præbendis, in 6. Quarta exceptio: Nisi per dispensationem plura beneficia obtinuerit: hoc enim casu reuocata postea dispensatione, est in arbitrio possessoris, vtrum prius, an posterius

sterius dimittere velit. extrauag. com. execrabilis. 4. de præbendis extrauag. Ioann. XXII. vnica, eod. tt. Plures huiusmodi exceptiones vide §. reg. 8. Postremò illud hoc loco notandum, quòd iure antiquo impetrans secundum beneficium, non ob id prius amittebat, sed in arbitrio ipsius erat, vtrum ex ijs dimittere vellet. c. referente. 7. §. nos autem. vers. quam maluerit. & c. præterea. 14. & ibi glossa in verbo Maluerit. de præbendis. c. eam te. 4. in fine. de ætate & qualitate præficiendorum.

LXXVII. Regula: Si suum vel alienum beneficium vi occupat, seu scienter iniustè se intrudit proprium etiã amittit. c. eum qui. 18. de præbendis, in 6.

LXXVIII. Regula: Si causa ob quam beneficiũ datum est, cessat: illud amittit. 25. q. 2. c. vlt. §. sed obijcitur.

LXXIX. Regula: Si cessauerit à diuinis. Hæc causa approbatur simul & distinguitur c. si canonici. 2. de officio ordinarij, in 6. M. I. R. lib. 3. cap. 3. reg. 34.

LXXX. Regula: Si absit ab ecclesia sua, vel non residеat. c. quoniam. 5. §. porrò speciales. vers. si verò aliter absens. vt lite non contestata. c. 1. de clericis non residentib. in 6. M. I. R. d. cap. 3. except. 35. Concordant ea quæ habentur §. cap. 5. reg. 67. Huius exceptio prima est: Nisi studiorum causa absit. c. cum de diuersis. 2. de priuilegijs, in 6. c. vlt. §. fin. de magistris. Concordat item d. reg. 67. except. 2. vbi aliquot subijciuntur replicationes. Altera exceptio videtur: Nisi Papa absenti indulserit. Sed reprobatur

c.vlt.de rescriptis, in 6. M.I.R. d.reg. 35. except. 1. Tertia exceptio est: Nisi in causa electionis Romæ absit. c. cum non. 30. de electione, in 6. Plures huiusmodi exceptiones vide d.reg. 67.

LXXXI. Regula: Si inobediens sit suo prælato: beneficio priuatur. 21. q. 4. c. vlt in fine. Plura de hac regula vide S. cap. 5. reg. 40.

LXXXI. Regula: Si prælatum suũ accusauerit, aut ei fuerit insidiatus, deponitur. 3. q. 4. c. clericus.

LXXXIII. Regula: Si res ecclesiæ profundat, deponitur. 3. q 2. c. penult. in fine. cum c. sequente.

LXXXIV. Regula: Si agros ecclesiæ, vel alias res, ex quibus stipẽdium habet, negligat, aut in præiudicium eorum colludat. c. audiuimus. 3. de collusione detegenda. 12. q. 2. c. sæpe fit. §. & quacunq; in vsu. vers. quod si quis eorum.

LXXXV. Regula: Si potestate sua abutitur. 11. q. 3. c. ipse ligandi. 6. plerunq; vers. vnde fiat vt ipse. Concordant ea quæ proposita sunt S. lib. 1. cap. 3. de priuileg. reg. 3. except. 3.

LXXXVI. Regula: Si continentiam non seruauerit, vel vxorem duxerit, deponitur. dist. 81. c. Maximianus. c. si quis episcopus. c. si quis clericus. c. Romanus. c. presbyter. 15. q. 8. c. hi qui. c. cum multæ. vers. illi quidem ex quib. item De clericis coniugatis c. 1. c. quod id te. 3. & c. diuersis. de clericis coniugatis. Concordant ea quæ habentur S. cap. 5. reg. 56. cum sequentibus. M.I.R. lib. 3. cap. 3. reg. 37.

LXXXVII. Regula: Si sciens indignum elegerit:

rit: beneficio per triennium priuatur. c. cum in cunctis. 7. §. clerici sanè. & c. per inquisitionem. 26. §. cum igitur. de electione. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi compromissarius, in quem ij quibus eligendi ius competit, compromiserunt, indignum elegerit. hoc enim compromittentibus non nocet, sed solùm compromissario. c. cum compromissarius. 37. §. porrò. de electione, in 6. Altera exceptio est: Nisi episcopus compromissarius indignum elegerit: hoc enim non suspenditur. d. §. porrò vers. huiusmodi. Tertia exceptio est: Nisi alium prælatum quàm episcopum vel episcopo superiorem elegerit indignè. d. §. porrò. vers. nec in aliorum quàm episcoporum. Quarta exceptio est in alijs beneficijs, quàm quæ in ecclesia, cuius prælatum elegit, habet. d. c. 37. §. restringitur.

LXXXVIII. Regula: Si quis alicuius electionē, postulationem aut prouisionem impugnans ratione electi vel postulati, in probatione defecerit. Hæc regula approbatur simul & distinguitur per ea quæ proponentur j. cap. 10. quæst. 8. reg. 15.

LXXXIX. Regula: Si indignum electum confirmuerit: suspenditur. c. nihil est. 44. §. ipsum quoque. de electione.

XC. Regula: Si electionem à laico factam approbauerit, per triennium suspenditur. c. quisquis. 43. §. fin. eod. tt.

XCI. Regula: Si accepta pecunia aliquem ordinauerit: deponitur. 1. q. 7. c. si quis omnem. §. 1.

XCII. Regula: Si ordinati peccata tempore ordinationis latentia. postea apparuerint: deponitur. distinct. 24. c. vlt. distinct. 81. c. si qui sine. c. quicunque. 15. q. 8. c. 1. c. si quis presbyter.

XCIII. Regula: Si capitale crimen commiserit, deponitur. distinct. 81. c. si diaconus.

XCIIII. Regula: Si homicidium fecerit, vel causa mortis præbuerit: deponitur. Quæ regula approbatur simul & distinguitur per ea quæ proposita sunt S. cap. 5. reg. 74.

XCV. Regula: Si periurium commiserit, deponitur, per ea quæ proposita sunt S. lib. prox. cap. 16. reg. 15.

XCVI. Regula: Si iuramentū præstiterit de schismate tenendo, deponitur. c. 1. §. fin. de schismaticis.

XCVII. Regula: Si in hæresin lapsus sit, deponitur. 1. q. 7. c. 1. M. I. R. lib. 3. cap. 3 reg. 38. Huius exceptio est: Nisi hæresi renuncians ad fidem catholicam fuerit reuersus. d. q. 7. c. conuenientibus, in prin. c. si qui voluerint. Concordant ea quæ habentur S. lib. 1. cap. 13. quæst. 5. reg. 6. Contradicit d. c. conuenientibus. §. ex hac authoritate. & d. c. 1.

XCVIII. Regula: Si ebrius nondum præmissa digestione missam celebrauerit, deponitur. c. si constiterit. 12. de accusationibus.

XCIX. Regula: Si altaria vestibus exuit, aut veste lugubri accingit, luminaria ijs subtrahi, aut missam pro viuo celebrat: deponitur. 26. q. 5. c. quicunque.

C. Regula: *Si diuinatores consuluerit, deponitur. d. q. 5. c. si quis episcopus.*

CI. Regula: *Si contra ecclesiam, à qua beneficium habet, aduocatus vel procurator existat: beneficio priuatur. c. vlt. § fin. de postulando.*

CII. Regula: *Si beneficio vel dignitati renunciauerit. c. ex transmissa. 3. c. in præsentia. 6. de renunciatione. 7. q. 1. c. quàm periculosum. M. I. R. d. cap. 3. reg. 40. Huius exceptio prima est: Nisi postea denuò eligatur vel recipiatur. d. c. 3. vers. hortari tamen eos. c. cum inter. 2. eod. tt. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi ob crimen antea renunciauerit. c. post translationem. 11. eod. tt. Altera replicatio est: Nisi ad aliam pinguiorem prabendam postea eligatur propter quam tenui prius renunciauerat. c. vlt. in fine. de renunciat. in 6. Tertiæ replicationis loco notandum, quòd quamuis postea rursus eligatur vel recipiatur, ex prima tamē receptione nihil iuris possit vindicare. c. ex insinuatione. 26. de Simonia. Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi non sponte renunciauerit. c. super hoc. 5. de renunciatione. Clemen. multorum. 2. § sanè resignationes. de pœnis. Tertia exceptio videtur: Nisi cum ob aduersam valetudinem renunciasset, postea conualuerit. Sed reprobatur c. ex transmissa. 3. de renunciatione. 7. q. 2. in prin. Quarta exceptio est Nisi dolo persuasus renunciauit. c. sanè. 7. & c. lecta. 14. de renunciat. Quinta exceptio est: Nisi renunciatio fuerit inutilis. Quæ exceptio approbatur exemplo*

c.vlt.eod.tt. Huius replicatio est: Nisi renunciatio fuerit in manus laici facta.c.quod in dubijs.8.eod. tt.Sexta exceptio videtur: Nisi licentia tantùm renunciandi impetrata, renunciatio non fuerit secuta.Sed reprobatur c.quidam.12.eod.tt.Septima exceptio videtur: Nisi renunciationis, antequam collatio alteri facta sit, renunciantem pœniteat. Reprobatur sub conditione Clement.vnica, eod.tt.M. I.R.d.reg.40.excep.3.vbi approbatur.

CIII. *Regula: Si alij ordinato vel electo in suum locum reuerentiam exhibuit: per hoc electioni suæ videtur renunciasse, suamq; dignitatem amisisse. c.ex ore.3.§.quia verò.vers.per hoc quod.de ijs quæ fiunt à maiore parte.*

CIV. *Regula: Si aduersus apostolicam sedem contumax existens suspensus fuerit, & per annum in suspensione permanserit: beneficio priuatur.c. cum bona.8.de ætate & qualitate præficiendorum. M.I.R.d. cap.3.reg.42. Hactenus causas beneficij amittendi enumerauimus, quarum tamen plures licet colligere ex ijs quæ §. cap.5. de officijs clericorum proposuimus.*

QVIBVS AVFERENDI IVS competat?

CV. *Regula: Laicis non competit ius auferendi. c.in Lateranensi.31.§.nos autem.vers.restitutos verò.de prabendis. Concordant ea quæ habentur §. reg.17.& M.I.R.d.cap.3.reg.47.*

CVI. *Regula: Non nisi episcopo ius deponendi compe-*

competit. c. vnico, in fin. de capellis monachor. in 6. 18. q. 2. c. nullam. Huius exceptio est. Nisi episcopus scienter vxorato beneficium contulerit: tunc enim superiori eius auferendi ius competit. c. diuersis. 5. §. fin. de clericis coniugatis.

CVIII. Regula: Hæreticis & excommunicatis ius deponendi non competit. 24. q. 1. c. ait Cœlestinus. & c. aperto.

QVID QVANTVMQVE amittatur?

CVIII. Regula: Si habens prebendam adeptus fuerit aliam: priorem amittit, non posteriorem. Quæ regula approbatur simul & distinguitur per ea quæ habentur §. reg. 76. vbi in fine adijcitur, quòd iure antiquo fuerit in arbitrio accipientis, vtram ex ijs retinere voluerit.

CIX. Regula: Si habens plures quàm duas prebendas, aliam etiam fuerit adeptus: omnes priores amittit. Clemen. si plures. 3. de prebendis. extrauag. comm. vt quos. 2. in prin. de officio ordinarij.

CX. Regula: Si habens plures prebendas, priores excepta posteriore non dimittat: omnes amittit. d. extrauag. commun. vt quos in prin. vers. quod si non fecerit. Concordant ea quæ habentur d. reg. 76. in princ.

ANTECEDENTIA AMISSIONEM, seu depositionem.

CXI. Regula: De consensu capituli adhibendo in depositionibus. cauetur distinct. 67. c. vlt. in fine. c. nouit.

c. nouit. 4. de his quæ fiunt à prælatis. Concordant item ea quæ habentur S. *cap 4 quæst. 6. reg 2.*

EVENTVS DEPOSITIONIS & amissionis.

CXII. *Regula: De loco pœnitentiæ deposito ab episcopo deputando cauetur distinct. 81. c sacerdos. Hæc de acquirendis & amittendis præbendis sint dicta. Sequuntur nunc reliqua præbendarum iura.*

III. DE RELIQVO IVRE præbendarum.

CXIII. *Regula: De augendis præbendis tenuibus cauetur c. exposuisti. 33. de præbendis.*

CXIV. *Regula: De non minuendis præbendis cauetur c. auaritiæ. d. tt. Clement. vnica. §. eadem quoq; de supplenda neglig. prælatorum.*

CXV. *Regula: De non diuidendis præbendis & ecclesijs seu ecclesiasticis dignitatibus cauetur c. maioribus. 8. c. tuæ fraternitatis. 20. c. vacante. 26. de præbendis. 7. q. 1. c. in apibus. Concordant etiam ea quæ habentur* S. *cap. 1. reg. 3. M. I. R. lib. 3. cap. 3. reg. 53. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi vtrig; parti suppetant facultates. d. c. 26. verf. nisi rationabili causa. Altera exceptio est: Nisi duobus ad eandem dignitatem electis, iudex compromissarius vnum confirmauerit, ita vt alteri pro bono pacis de prouentibus prouisionem faceret. c. nisi essent. 21. eod. tt. Tertia exceptio videtur: Nisi apostolica authoritas interuenerit. Sed reprobatur c. dilecto. 25. eod. tt. Quarta exceptio est: Nisi cum in locum episcopi*

hæreticj

hæretici alius esset substitutus, hæreticus postea sit conuersus: tunc enim inter eum & substitutum diuiditur dignitas episcopalis. c. 1. de paroch. Quinta exceptio videtur: Nisi pro integratione præbendæ deminutæ alia diuidatur. Sed reprobatur c. cum causam. 36. de præbendis. Sexta exceptio videtur: Nisi propter diuersitatem linguarum populi qui est instituendus, ecclesia diuidatur. Sed reprobatur c. quoniam. 14. de officio ordinarij.

CXVI. Regula: De non alienandis nec permutandis præbendis & dignitatibus cauetur c. maioribus. 8. in fine. de præbēdis. c. quæsitum. 5. c. cum olim. 7. & c. cum vniuersorum. 8. vers. licet ipsi per se. de rerum permutat. 12. q. 2. c. alienationes. §. fin. M. I. R. lib. 3. cap. 3. reg. 54.

CXVII. Regula: De reseruatione fructuum beneficiorum vacantium ab apostolica sede facta cauetur extrauag. com. postulasti. 10. cum duabus sequentibus. de præbendis.

CXVIII. Regula: De possessione præbendæ vacantis propria authoritate non occupanda cauetur c. pastoralis. 10. de priuilegijs. Hactenus de præbendis & dignitatibus, adeoq; de personis ecclesiasticis in genere sit dictum. Sequitur nunc personarum ecclesiasticarum tractatus specialis, & primùm

de episcopis alijsq; prælatis ecclesiasticis.

* *
*

DE

DE EPISCOPIS ALIISQVE prælatis. Cap. VIII.

QVod de episcopis in sequentibus dicetur, de alijs quoq; prælatis superioribus accipi debet. distinct. 21. c. 1. §. ordo verò. & §. omnes autem. item c. 1. in fine. de clerico ægrotante, in 6.

I. ETYMOLOGIA episcopi proponitur distin. 21. c. 1. §. episcopus. & 8. q. 1. c. qui episcopatum.

II. ORIGO episcoporum exponitur distinct. 21. c. in nouo.

III. DIVISIO episcoporum & species habentur distinct. 21. c. 1. §. ordo verò.

IIII. DIFFERENTIA episcoporum & corepiscoporum habetur distinct. 68. c. quamuis.

V. DE DIGNITATE Episcoporum.

Sunt loco apostolorum, quorum vicem in ecclesia gerunt. distinct. 21. c. in nouo. §. cæteri. vers. ipsis quoq; distinct. 68. c. vlt.

VI. DE GRADIBVS DIGNItatis episcopalis.

I. Regula: Primum locum obtinet episcopus Romanus, secundum Constantinopolitanus, tertium Alexandrinus, quartum Antiochenus, quintum Hierosolymitanus. Quæ regula cum proprijs istarum sedium approbatur c. antiqua. 23. de priuilegijs. distinct. 22. in princ. c. sacrosancta. §. prima ergo, cum sequen-

sequentib. distin. 65. c. mos antiquus. c. quoniam. extrauag. com. sancta. 3. de electione. Nouell. 121. §. ac propterea.

II. Regula: Quòd sedes Romana super omnes alias ordinariæ potestatis principatum obtinere iam dictum est, ei cõcordat c. fundamenta. 17. §. isti sunt per quos. vers. isti sunt qui. de electione, in 6. distin. 21. c. quamuis. distinct. 22. c. 1. c. sacrosancta. 24. q. 1. c. rogamus. c. cum beatissimus. distinct. 96. c. Constantinus. §. & sicut. Nouell. 10. in prin.

III. Regula: Prærogatiua dignitatis ex subscriptione & voti ordine colligitur. distinct. 17. c. penul. §. fin. cum. c. sequente.

IV. Regula: Prærogatiua dignitatis ex tempore ordinationis sumitur. distinct. 17. c. vlt. & dist. 18. c. 1.

V. Regula: Compositionem de iure primatiæ vnus solus, cuius interest, potest impedire. c. vlt. de maioritate & obedientia.

VII. DE LOCO EPIscopatus.

I. Regula: Maiores tantùm ciuitates priuilegio episcopatus sunt honorandæ. c. 1. de priuilegijs. distinct. 80. in prin. cum sequentibus, vsq; ad c. vlt. 23. q. 4. c. sicut excellentiam. §. concilium. vers. ipse verò primas. 16. q. 1. c. præcipimus, in princ. vsque ad §. sunt. & distinct. 68. c. ecclesijs. §. inter episcopos. M. I. R. lib. 3. cap. 4. reg. 1.

II. Regula: Quæ ciuitates antea non habuerunt episcopos, in ijs nec postea cõstituẽdi. 16. q. 1. c. fœlix.

III. Re-

III. Regula: Propter hostium impetum, & civis delitatem subditorum episcopos suos trucidantium, sedes episcopalis in aliam ciuitatem transfertur. 7. q. 1. c. temporis. 25. q. 2. c. vlt.

IV. Regula: Episcopales sedes non longo interuallo à se debent disiungi. distinct. 80. c. vlt.

VIII. DE OFFICIIS EPIscoporum.

I. Regula: De populo docendo, regendo & amando cauetur 7. q. 1. c. sicut vir. §. episcopum. distin. 36. c. vlt. & distinct. 86. in prin.

II. Regula: In docendo sacram scripturam, non grammaticam, episcopus exponere debet. d. distinct. 86. c. cum multa. Plura de docendo vide j. lib. prox. cap. 1.

III. Regula: De corrigendo populo cauetur c. irrefragabili. 13. in prin. de officio ordinarij. distin. 86. c. 1. c. odio. c. facientis. 23. q. 4. c. duo ista. Modus corrigendi præscribitur j. reg 57. cum sequentibus. Sed plura de regula proposita vide j. lib. proxim. cap. 6. quæst. 8. reg. 1. cum sequentibus.

IV. Regula: Si in corripiendo modum excesserit; à domino, non à subditis veniam petere debet. distinct. 86. c. quando.

V. Regula: Crimen non probatum non nominatim redarguet, sed in genere. c. si sacerdos. 2. de officio ordinarij. Concordant ea quæ habentur d. reg. 1. except. 5.

VI. Regula; De criminibus inquirere eaq; punire possunt,

ve possunt, & si opus fuerit, brachium seculare implorabunt. c. 1. d. tt.

VII. Regula: Ne in puniendis delictis ad quæstum magis quàm ad leges respiciant, cauetur c. irrefragabili. 13. §. fin. eod. tt.

VIII. Regula: Ne subditos grauent sumptibus & exactionibus cauetur 1. cum apostolus. 6. §. prohibemus. de censibus. c. 1. de excessibus prælatorum. 10. q. 3. c. quia cognouimus. c. cauendum. c. inter cætera. c. relatum. c. vlt. & 16. q. 1. c. constitutum. c. nulli. c. prædicator. item extrauag. com. vnica. §. secundo verò. de pœnis. Huius regulæ exceptio est in charitatiuo subsidio, quæ exceptio approbatur in iam allegatis. de qua vide item infrà. eod. cap. quæst. 10. reg. 3. & M. I. R. lib. 3. cap. 4. reg. 11. cum quatuor sequentibus.

IX. Regula: Nouum censum ecclesiis imponere non debent, nec veterem augere. c. scientes. 3. c. prohibemus. 7. & c. præterea. 8. de censibus.

X. Regula: De clericis coërcendis cauetur Clem. 1. de officio ordinarij. 8. q. 1. c. quid autem.

XI. Regula: Episcopi & clerici vt honorem sibi inuicem exhibeant, & sacerdotes, non dominos episcopi se esse meminerint, cauetur distinct. 95. c. esto. 10. q. 3. c. 1. in fine.

XII. Regula: Episcopus presbyteris honorem exhibeat, cauetur d. distinct. 95. c. episcopus, tum c. sequente.

XIII. Regula: Episcopus presbyteros exactionib.

grauare non debet, neq; sine ordine iudiciario eos condemnare. c. 1. de excessibus prælatorum.

XIV. Regula: Vt sine consensu capituli nihil administret, cauetur d. c. 1. vers. aut sine iudicio. item c. 1. & c. nouit. 4. item c. quanto, 5. de hù quæ fiunt à prælatis. Concordant item ea quæ habentur j. cap. 11. reg. 11. repl. gener. 1. M. I. R. lib. 3. cap. 4. reg. 2. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi consuetudo loci in contrarium extet. c. non est. 3. de consuetud. in 6. Altera exceptio est: Nisi abbas sine consilio conuentus consensum præbeat monacho ad aliam ecclesiam ordinato transeundi. c. si religiosus. 17. §. quia verò. de electione, in 6.

XV. Regula: Non potest episcopus ecclesiam alteri subiectam ab eius subiectione & obsequio liberare. c. ad hæc. 2. de excessibus prælatorum.

CIRCA MONASTERIA ET monachos officia episcoporum.

XVI. Regula: Officia & iura, quæ in monasterijs & eorum personis episcopi habent, definiuntur c. conquerente. 16. de officio ordinarij. 18. q. 2. c. visitandi. 6. Eleutherius. & c. vlt.

XVII. Regula: Ne monasteria sumptibus & exactionibus, aliisq; oneribus grauent, cauetur d. c. 16. vers. tu autem his iuribus. & d. c. visitandi. vers. vt grauamen aliquod. item Clement. ad nostram. 2. de censibus. item c. in singulis. 7. §. porrò. de statu monachor. Clement. 1. de excess. prælator. 17. q. 4. c. hanc

c. hanc ergo, in prin. 18. q. 2. c. quam sit. §. hãc ergo. c. luminoso. §. fin & c. vlt. §. canonica.

XVIII. Regula: Non debet molestare monasteria, præterquam causa correctionis: nec eis oblata sibi debet vindicare c. 1. de statu monachor.

XIX. Regula: De iniuria monasterijs illata vindicanda cauetur c. in singulis. 7. §. fin. d. tt.

XX. Regula: Ne in spiritualibus sit impedimento monachis, cauetur c. nimis iniqua. 16. & c. nimis prona. 17. de exceß. prælator. Plura huiusmodi officia episcopalia circa monachos & monasteria vide). cap. prox. item). lib. prox. cap. de visitationibus.

XXI. Regula: De magistris & doctoribus artium constituendis cauetur distinct. 37. c. de quibusdam.

XXII. Regula: De substituendis viris idoneis, qui populum doceant, confeßiones audiant, & cætera quæ ad salutem animarum pertinet, peragant, cauetur c. quoniam. 14. & c. inter cætera. 15. de officio ordinarij.

XXIII. Regula: Oeconomum habere debet seu vicedominum. distinct. 89. c volumus. c. diaconum. c. quia in quibusdam. item 16. q. 7. c. quoniam in quibusdam.

XXIV. Regula: Fidelibus & discretis virus officia ecclesiæ committat. c. cum ad. 6. §. tales autem. de statu monachor.

XXV. Regula; Propinquis vel amicis suis eccle-

stastica negocia committere non debet. distinct. 89. c. decenter. 12. q. 1. c. episcopus. Apost. canon. 37.

XXVI. Regula: Laicis ecclesiastica negocia committere non debet. distinct. 89. c. indicatum. 12. q. 2. c. sancimus, in prin. c. diaconi. §. fin. 16. q. 7. c. in nona. M. I. R. d. cap. 4. reg. 4.

XXVII. Regula: Ne vni duo ecclesiastica officia committat, cauetur distinct. 89. in prin. §. in dispositione, cum c. sequente. item c. vlt.

XXVIII. Regula: Domui suæ oportet episcopum bene esse præpositum distinct. 89. in prin.

XXIX. Regula: Nullius rei familiaris curam ad se reuocet. distinct. 88. c. episcopus.

XXX. Regula: Domesticorum immoderatam familiaritatem vitare debet. distinct. 34. c. 1.

XXXI. Regula: Ne liberos suos in secularibus literis instituat, cauetur dist. 37. c. legat. Concordant ea quæ proposita sunt 3. cap. 5. reg 38.

XXXII. Regula: A paruulis & minimis discere non erubescat. dist. 38. c. vlt.

XXXIII. Regula: Papa obediens ac fidelis esse debet. c. vlt. de excess. prælatorum. extrauag. com. 1. de pœnis.

XXXIIII. Regula: Singulis annis Apostolorum liminibus se repræsentabit. distinct. 93. c. iuxta.

XXXV. Regula: Viduis & orphanis ecclesiæ præsidium implorantibus episcopus debet subuenire. distinct. 87. in prin. cum sequentibus, vsq; ad c. irreligio

ſigio. Reſtringitur tamen hæc regula diſtinct. 88. c. epiſcopus gubernationem.

XXXVI. Regula: Libertos in libertate ſua epiſcopus tueri debet. diſtinct. 87. c. libertos. & cap. liberti.

XXXVII. Regula: Vt pauperibus & infirmis ſubueniat, cauetur diſt. 82. in prin. cum c. ſequente. diſt. 84. in prin. cum duobus. cc. ſequentibus. item 8. q. 1. c. Clemens. Apoſt. canon. 37. & 58.

XXXVIII. Regula: Vt ſit liberalis, cauetur diſtinct. 86. c. fratrem.

XXXIX. Regula: Ne alienarapiat, nec res eccleſiæ in ſuos vſus conuertat, cauetur diſtinct. 93. c. diaconi ſunt quos. §. nunc autem ex quo. 10. q. 2. c. epiſcopus. §. ſi autem. 12 q. 1. c. epiſcopus. §. ſi autem & aliter. c. nulli. q. 2. c. monemus. & c. non habenti. Apoſtol. canon. 37.

XL. Regula: Prouidere debet, ne adoleſcentiores fœminæ in famulatu ſint clericorum. diſtinct. 81. c. penult.

XLI. Regula: Clericos vel monachos debet habere cubicularios. 2. q. 7. c. cum paſtoris. c. nullus monachus. §. fin. Imò vbiq; clericos ſecum habere, nec ſolus viuere debet. d. q. 7. c. vlt. in prin. de conſecrat. diſtinct. 1. c. iubemus.

XLII. Regula: Prauos in ſua familiaritate non habebit epiſcopus, ſed viros probatæ vitæ. d. quæſt. 7. c. peruenit. & c. vlt.

XLIII. Regula: Ne vnus epiſcopus alterius ple-

bem vſurpet, nec alterius parochiæ terminos aut ius inuadat, cauetur 7.q.1.c.placuit.c.episcopus.c.sicut, in prin.9.q.2.c.1.c.nullus primas.c.episcopum.c. episcopi.c.no inuitati.13.q.1.in prin.cum c.sequente.25.q.1.c.quæ ad perpetuam.q.2.c.in Galliarum. item distinct 92.c.si qui episcopi.c.penult. item De parochijs c.nullus.3.Apostol.canon.15. Concordant item ea quæ habentur ĵ.cap.prox.reg.3.M.I.R.lib. 3.cap.4.reg.5. Huius regulæ exceptio est: Nisi triginta annorũ præscriptione episcopus defendatur. 13.q.2.c.1.in prin. Contradicit d.c.1.§.at illi. Hanc obiectionem soluit Gratianus 16.q.3.de qua dicetur ĵ.cap.prox.reg.2.vbi de exceptione proposita dicentur plura. Sed & plura de regula proposita vide d. cap.prox.reg.3.

XLIV. Regula: Episcopi sibi inuicem consilium & auxilium ferre debent.3.q.1.c.nulli.& 6.vlt.item dist.90.c.pen.

XLV. Regula: Absq; apostolica licentia Dalmaticis vti non debet.dist.in.23.c.communis.

XLVI. Regula: De rebus ecclesiæ ab eo administrandis cauetur 10.q.2.in prin.c.episcopus.12.q. 1.c.episcopus,in prin.c.res ecclesiæ.16.q.2.c.præcipimus.vers.& vt in dispositione.q.3.c.præsulum.q. 7.in princ.vers.generaliter enim.c.1.§.has verò. c.omnes.c.nullus.vers.imò sicut. Apostol.canon. 37.& 40.

XLVII. Regula: Modus administrandi & distribuendi in quatuor portiones res ecclesiæ, præterquàm

quàm quòd ex iam propositis cõstat, definitur etiam 12.q.2.c.vobis.c. Vulterana.c.concesso.c.quatuor.c. de reditibus.c.cognouimus.c.mos.c.sancimus.16.q. 1.c.ad hoc. Apost. canon.40. Sanè pro quarta parte tertia episcopo attribuitur.d.q.1.c.constitutũ. Hoc autem pro diuersitate locorũ variari, testatur Gratianus d.q.1.6.nulli.25 q.1. in prin. Sed de hac portione, quæ debetur episcopo, inferius etiam quæst.10. reg.2. plura dicentur.

XLVIII. Regula: Si de rebus ecclesiæ aliquid comparant, instrumentis nomen ecclesiæ inferere debent.12.q.4.c.vlt.

XLIX. Regula: Ne ab ecclesia sua discedat, nève eam deserat, cauetur c. ex gestis.2. & c. qualiter.9. de clericis non residentibus.7.q.1.c. peruenit. c.placuit. c. propter. Concordant item ea quæ habentur M.I.C. lib.3. cap.4. de officijs episcoporum, reg.1. Proposita regulæ exceptio prima videtur: Nisi ob vim maiorem eam deserat. Sed reprobatur 7.q.1. c.suggestum.c.scisciteris.c.aduersitas, in prin. vsq; ad §.est & aliud. Planè admittitur exceptio proposita, si specialiter prælatus quæratur, & sine eo æquè salua ecclesia esse possit. d.c.aduersitas. §. cum verò specialiter. Huius distinctionis replicatio est: Nisi vis postea cessauerit: tunc enim ad ecclesiam redire debet, per ea quæ proponentur §. except.3. replicat.1. duplicat.1. triplicat.1. Altera exceptio est: Nisi à vitijs subditorum prælatus affligatur, vt sua præsentia nihil proficiat. d.c.aduersitas. §.est & aliud,

aliud, cum sequentibus vsq; ad quæst. 2. item 11. q. 3. c. quando. item De renunciatione c. nisi cum. 10. §. propter malitiam. Huius replicatio est: Nisi inter malos subditos nonnulli sint boni, in quibus spes sit profectus: tunc enim boni propter malos non sunt deserendi. d. §. est & aliud. vers. cum autem à vitijs. & d. q. 1. c. vlt. in princ. Concordant ea quæ proposita sunt S. lib. 1. cap. 8. quæst. 2 reg 3 in princ. Tertia exceptio est: Nisi ad aliam ecclesiã episcopus transferatur. 7. q. 1. c. mutationes. c. scias. c. omnis. §. fin. c. episcopus. Huius replicatio prima est: Nisi propria authoritate, non legitimè vocatus transierit. d. q. 1. c. sicut. §. si autem vtilitatis. c. sicut vir, in prin. c. quia frater. §. illud verò. c. non oportet. c. episcopum. c. propter. c. remoto. item De consecrat. distin. 4. c. non licet, in fine. item Apostol. canon. 13. Concordant item ea quæ proposita sunt S. cap. 5. reg. 68. Huius replicationis duplicatio est: Nisi propria sede depulsus, aut necessitate coactus, ad aliam ecclesiam transierit. 7. q. 1. c. mutationes. vers. non enim transit. c. scias. c. omnis. c. sicut. §. si autem persecutus. Huius triplicatio est: Nisi causa necessitatis cesset: tunc enim ad priorem ecclesiam redire debet. d. q. 1. c. pastoralis. c. scisciteris. vers. & cum tranquillitas. Altera proposita exceptionis replicatio est: Nisi apostolica authoritate non interueniente ad aliam ecclesiam sit translatus. 7. q. 1. c. mutationes. §. fin. item De translatione episcopi c. 1. cum tribus sequentibus, item De electione, in 6. c. si abbatem. 36. in prin.

in prin. & Apostol. canon. 13. Concordant item ea quæ proposita sunt §. ead. except. in princ. Quarta proposita regulæ exceptio est: Nisi dignitati episcopali renunciauerit. Quæ exceptio ipso quidem iure subsistit: verùm eius replicatio prima est: Nisi sine licentia superioris renunciauerit. c. admonet. 4. & c. vlt. de renunciat. Concordant ea quæ habentur §. except. proxim. replicat. 2. Huius duplicatio est. Nisi Papa renunciauerit: hic enim, quia superiorem non habet, sine licentia superioris renunciare potest. c. 1. eod. tt. in 6. Altera replicatio est: Nisi necessarius sit ecclesiæ suæ. c. 1. de renunciatione. Tertia replicatio est: Nisi nulla iusta causa subsit renunciandi. 7. q. 1. c. Pontifices. §. episcopos. c. sicut vir, in princ. & c. quia frater. §. illud verò Euaristi. Hæc replicatio declaratur enumeratione causarum, ex quibus renunciare licet, c. nisi cum. 10. de renunciatione. Quod autem ibi dicitur, Debilitas corporis: ei concordat d. c. sicut vir. §. ecce his. & d. q. 1. c. qualiter. Concordat item ea quæ habentur j. cap. 10. quæst. 4. reg. 1. excep. 3. Quod item d. c. 10. dicitur, Malitia plebis: ei concordare videtur c. ad supplicationem. 9. eod. tt. de renunciatione. Causis d. c. 10. enumeratis additur humilitas, si episcopus monachus fieri desideret. 7. q. 1. c. temporis. §. item cum aliquis. 16. q. 7. c. vltim. vers. episcopus enim. 18. q. 2. c. abbas, in prin. Planè ita ex hac causa cedendi licentia conceditur, si ad pœnitentiam agendam, non ob labores vitandos monastica vita expetatur. d. q. 1. c. Suggestum.

stium. & c. scisciteris. Hæc de quadragesimanona regula: de qua tamen vide plura s. cap. 5. reg. 67. & 68.

L. Regula: Episcopus die Dominico ecclesiæ, cui proximus est, deesse non debet. De consecrat. dist. 3. c. episcopus.

LI. Regula: Habitationem suam non longè ab ecclesia debet habere. dist. 41. c. episcopus, in fine.

LII. Regula: Habitationem in ciuitate, non in villa habere debet. 23. q. 4. c. si cui. § concilium. ver. ipse verò Primas.

LIII. Regula: De supellectile, mensa & victu episcopi, cauetur d. c. episcopus. Concordant ea quæ habentur s. cap. 5. reg. 97.

LIV. Regula: Ne venationibus operam det, cauetur dist. 34. c. 1. Concordat d. cap. 5. reg. 87.

LV. Regula: Episcopus lectioni & orationi debet vacare. 2. q. 7. c. vlt. in prin.

LVI. Regula: Alia officia ecclesiastica episcopo præscribuntur dist. 25. c. 1. § ad episcopum.

LVII. Regula: Ne mutato habitu peregrinetur, néve ad curiam Romanam veniens inde discedat sine licentia Papæ. extrauag. com. vt prælatorum. 2. de maioritate.

LVIII. Regula: Ne sit cupidus vindictæ, vel ad vindictam facilis, cauetur dist. 86. c. si quid verò. 6. tanta.

LIX. Regula: Ne sit percussor, neq; impatiens, sed mansuetus, neq; aliquem propriis verberet manibus, cauetur distinct. 45. c. 1. cum c. sequente. & c. epi-

c.episcopum. c.cum beatus. item distinct. 86. c. non liceat 1.q.7.c. si quis omnem §. pen. item De clerico percussore c.1. Apostol. canon. 26. Nouell 123. §. ac neq; proprijs. Contradicit d.c.cum beatus §. Salomon, cum sequentib. De qua re vide 3. reg. prox.

LX. Regula: Non seueritate, sed blandimentis ad fidem homines prouocet, vel subditos corrigat, cauetur dist 45.c.licet.c.qui syncera. c. de Iudæis.c. licet.c.cum beatus, in princ. Contradicit d. c. cum beatus. §. Salomon, cum sequentibus, vsq; ad c. tria sunt. Cui obiectioni respondet Gratianus d. dist.45. c. duæ sunt. §. ex his omnibus cum sequentibus, vsq; ad c. vltim.

LXI. Regula: Ne sermone incauto infirmorum conscientiam vulneret, cauetur dist.45.c.vlt.

LXII. Regula: Ne sit litigiosus vel arrogans aut tumidus. cauetur distin.46.c.1. dist.90.in prin. item 8 q.1.c.illud inferendum.

LVIII. Regula : Intra quamlibet ecclesiam sua prouincia archiepiscopus pallio vti potest: extra non potest. d. c. 4. Huius regulæ exceptio prima est in Romano pontifice, qui pallio vtitur etiam extra suam prouinciam. d. c. 4. Altera exceptio est : Nisi ex indulgentia Papæ extrà vtatur. c. ex tuarum. 5. eod. tt. Tertia exceptio videtur : Nisi consuetudo loci aliud induxerit. Sed reprobatur d. c. 5. vers. licet autem, talis consuetudo.

LIX. Regula : Alter alteri pallium commodare non potest. c. ad hoc. 2. de authoritate pallij. Hæc de pallio : sequuntur nunc reliqui electionis effectus & consequentia.

LX. Re-

LX. Regula: De expensis in electionem factis ex bonis ecclesiæ recuperandis cauetur c. vt prætereà. 45. de electione.

LXI. Regula: Minori dispensatiuè electo, administratio interim clericis, non laicis committenda. c. ex ratione. 2. de ætate & qualitate præficiendorũ.

LXII. Regula: Episcopus ordinatus ecclesiam sibi commissam adire tenetur: quod si neglexerit, punitur dist. 92. c si quis episcopus Apostol. canon 35.

LXIII. Regula: Si ad ecclesiam sibi commissam accedere fuerit prohibitus, quid iuris sit, vide S. cap. 8. quæst. 8. reg 70.

LXIIII. Regula: Vt habeat suæ electionis, confirmationis & consecrationis literas, cauetur extrauag. com. 1. de electione.

LXV. Regula: Si viciosa sit electio eligens ius eligendi amittit. Quæ regula approbatur simul & distinguitur S quæst. 2. reg 1. except. 9. Euentus vitiosę electionis.

LXVI. Regula: Qui in delecti locum se eligi passus est, sit infamis, & ab honoribus ecclesiasticis arcetur 3. q. 2. c. audiuimus. 7. q. 1. c. eum qui. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi non per ambitum vel Simoniam alteri fuerit suffectus. d q. 1. c præsentium. §. illud autem. Altera exceptio est: Nisi alter, in cuius locum fuit suffectus, iusta ex causa fuerit remotus. Quæ exceptio approbatur per ea quæ habentur S. quæst. 4. reg 1.

LXVII. Regula: Qui ratione ætatis inutiliter electus est, in proximum inferiorem ordinem deijcitur.

tur.c.cum in cunctis.7.§.inferiora.verſ.cum autem aſſumptus.& verſ.hoc ſanè.de electione.c.1.de ætate & qualitate præficiendor. Hactenus euentus & conſequentia electionis enumerauimus. Superſunt adfinia remedia.

IX. ADFINIA ELECTIONIS remedia,

Adfinia electionis remedia ſunt collatio & prouiſio. Quæ remedia in prælatis collegiatarum eccleſiarum ordinandis prohibentur c.1.de electione. Exemplum prouiſionis habetur extrauag.comm.nuper.8.cum c ſequent.de præbendis. Hæc de electione prælatorum ſint dicta : de qua vide item M.I. C. lib.3.cap.4.

DE PRAELATIS ALIISQVE perſonis Eccleſiaſticis in ſpecie.

Cap. XI.

HActenus de prælatis in genere dictum eſt : nũc de ijſdem alijsq; perſonis eccleſiaſticis dicetur in ſpecie ; & primùm de CHRISTO, *qui eccleſiæ caput eſt.*

DE CHRISTO.

I.Regula: De nomine Chriſti,habetur c.1.§.quia verò.verſ.Chriſtus enim.de ſacra vnctione.

II.Regula : Chriſtus fundamentum eſt : quo deficiente, deficit id quod eſt ſuperædificatum. 1. q. 1. c. cum Paulus.

III.Regula : Chriſtus verus Deus & verus homo eſt.

est. c. in quadam. 8. de celebrat. missarum. Clement. 1. in prin. de summa trinitate. c. cum Christus. 7. de hæreticis.

IV. Regula: Christus panis est vivus. de consecrat. distin. 2. c. Christus.

V. Regula: Christus quotidie immolatur, cum corpus & sanguis eius sumitur. d. distinct. 2. c. semel immolatus de pœnitent. dist. 1. c. potest fieri. §. sicut.

VI. Regula: Signum Deitatis in Christo est, quòd super eum descenderit & manserit spiritus sanctus. de pœnitent. dist. 2. c. quærendum.

VII. Regula: Semel mortuus, non amplius morietur. de consecrat. dist. 2. c. semel Christus.

VIII. Regula: Christus proprium habuit, per ea quæ proposita sunt S. lib. 1. cap. 17. q. 3. causa 7.

IX. Regula: Christus pingendus est specie hominis, non agni. de consecrat. distin. 3. c. sextam.

X. Regula: De gratia Christi, habetur de consecrat. distinct. 4. c. gratia. c. antepenult. cum duobus sequentibus.

DE SPIRITV SANCTO.

I. Regula: Spiritus sanctus procedit à patre & filio. c. vnico, de summa trinitat. in 6. de consecrat. dist. 5. c. de spiritu. & c. vlt.

II. Regula: An & quatenus permaneat vel recedat spiritus sanctus, definitur De pœnitent. dist 2. c. quærendum. c. potest discursus.

DE DISCIPVLIS CHRISTI.

I. Regula: Discipuli Christi creduntur esse baptizati.

xati. de consecrat. distin. 4. c. quando ab. c. si eòs.

II. Regula: *Discipuli Christi proprium habuerunt, per ea quæ proposita sunt* S. *lib. 1. cap. 17. quæst. 3. causa. 7.*

DE PETRO ET PAVLO.

I. Regula: *Petrus & Paulus apostolorum præcipui sunt, qui sub vno persecutore, eodem die & loco Romam suo martyrio Christo consecrarunt; vt esset caput ecclesiæ. c. fundamenta. 17. §. huius autem. de electione, in 6. distinct. 21. c in nouo. c quamuis.*

II. Regula: *Petrus & Paulus pares sunt meritis. 2. q 7. c. beati. Concordat* S. *reg. prox.*

III. Regula: *Petrus Paulum superauit gradu dignitatis. d. q. 7. c. Paulus Petrum. c. puto. 24. q. 1. c. audiuimus. §. vnde cum omnibus.*

IV. Regula: *De naui Petri turbata, habetur 24. q 1. c. non turbatur.*

V. Regula: *De genere piscandi quo vsus est Petrus, habetur d q. 1. c. est aliud.*

VI. Regula: *De eo quòd Petrus percussit aurem, habetur d. q. 1. c. si Petrus.*

DE PAPA.

I. Regula: *De nomine, habetur distinct. 21. c. 1. §. Pontifex.*

II. Regula: *Papa summus est pontifex, per ea quæ proposita sunt* S. *cap 8 quæst. 6. reg. 2. Non tamen ob id vniuersalis est nominandus. dist. 99. c. vlt.*

III Regula: *Dignior est Imperatore, à quo ei debetur obedientia. c. solitæ benignitatis. 6. de maioritate.*

tatè. Clement. 1. de iureiurando. Excommunicat Imperatorem. c. ad apostolica. 2. de re iudicata, in 6. extrauag. com. c. ad certitudinem 3. eod. tt.

IV. Regula: Potestas legem condendi & mutandi est penes Papam. c. translato. 3. de constitutionibus.

V. Regula: De iudicio Papæ disputari non oportet. 17. q. 4. c. nemini. extrauag. Ioann. XXII. quia quorundam. 5. de verb. signif.

VI. Regula: Ex ore Papæ debet exire rectissima sententia, quæ sine respectu ius suum cuiq; tribuat. c. ex ore. 17. in prin. de priuilegijs.

VII. Regula: Imp. Constantinus vrbem Romam eiusq; imperium Papæ donauit. c. fundamenta. 17. § ne autem ipsa. de electione, in 6. distin. 96. c. Constantinus, cum c. sequente. 12. q. 1. c. futuram. §. denicq; idem. Confirmatur eadem donatio per Ludouicum Imp. distinct. 63. c. ego Ludouicus. item per Othonem Imp. dist. 63. c. tibi domino.

VIII. Regula: Vacante Imperio, iurisdictio eius ad Papam pertinet. extrauag. Ioann. XXII. c. vnico, ne sede vacante.

IX. Regula: Papa omnes subsunt, iusq; vtrunque gladium habet, omnesq; iudicat, & à nemine iudicatur. extrauag. com. 1. de maioritate distinct. 40. c. si Papa. 9. q. 3. c. patet. c. nemo. c. aliorum. c. facta. c. ipsi sunt. c. cuncta, cum c. sequente. 23. q. 4. c. displiceat tibi. §. repetit. vers. & adorabunt. M. I R lib. 3. tap. §. de papa, reg. 1. Planè à regula proposita excipitur

pitur rex Francorum cum suis subditis, extrauag. com. meruit. 2. de priuilegijs.

X. Regula: Inimicus Papæ ab omnibus est vitandus dist. 93. in prin cum duob. sequentibus. 11. q. 3. c. si inimicus.

XI. Regula: Ad Papam omnes aliæ ecclesiæ respicere debent, & quod ille credit, credere debent, eiusq; vestigia sequi. c. vlt. §. volentes igitur. vers. conformantes se. de baptismo. de consecrat. distin. 3. c. nosse, in fine. c. celebritatem. vers. quia non. 24. q. 1. c. hæc est. c. rogamus. c. quoniam vetus. 27. q. 2. c. lex diuinæ, in princ. Concordant item ea quæ habentur S. cap 8. quæst. 6. reg 2. & lib. 1. cap. 17. quæst. 3. causa 1.

XII. Regula: Papa seu Romana ecclesia non erat. 24. q. 1. c. in sede. c. à recta. vers. hæc sancta. c. hæc est, in fine. M. I. R. lib. 3. cap. 5. de Papa, reg. 2.

XIII. Regula: Papa zelum religionis præcæteris habet. d. q. 1. c. officij.

XIV. Regula: Papa hæreses destruit, non fouet. d. q. 1. c. memor.

XV. Regula: Papam vigilantem esse oportet. 25. q. 1. c. diuinis.

XVI. Regula: Quæstio fidei ad Papam pertinet. 24. q. 1. c. quoties.

XVII. Regula: Papa non est alligatus concilijs. c. significasti. 4. §. aiunt in concilijs. de electione. M. I. R. d. cap. 5 de Papa, reg. 1.

XVIII. Regula: Papa non est alligatus decretis prædc-

prædecessorum suorum. c. innotuit. 20. §. quamuis autem. d. tt. & extrauag. XXII. quia quorundam. 5. §. ad impugnandas de verb. significat.

XIX. Regula: Papa contra ius dispensandi potestatem habet. c. proposuit. 4. §. licet autem. vers. qui secundum plenitudinem. de concessione prabendæ. Plura de hac regula vide S. libro 1. capite 2. except. 10.

XX. Regula: Quibus ius eligendi Papam competat? Non nisi cardinalibus competit. distinct. 79. in princ. cum c. sequente. dist. 23. c. 1. §. quapropter. & §. quod si prauorum. De Papa eligendo.

XXI. Regula: Cardinalibus etiam excommunicatis, suspensis vel interdictis ius est eligendi Papam. Clement. ne Romani. 2. §. caterùm. de electione.

XXII. Regula: Imperatoris consensus in eligendo Papa requiritur. distinct. 63. c. Agatho, cum duob. cc. sequentibus. & c. quia sancta. Contradicit d. c. quia sancta. §. verùm quia, cum sequentibus, vsq; ad c. tibi domino. Item contradicit d. dist. 63. c. sacrorum.

XXIII. Regula: Quis eligendus Papa, definitur dist. 23. c. 1. §. eligatur autem. & distinct. 79. c. oportebat. c. nullus. c. si quis ex.

XXIV. Regula: Modus eligendi, tempus item, locus & alia definiuntur d. c. 1. & c. vbi periculosum. 3. de electione, in 6. Clement. ne Romani. 2. §. sanè cum eod. tt.

XXV. Regula : Si electores dissentiant, non valet electio : nisi duæ partes consentiant, per eas quæ habentur S. cap. proxim. quæst. 7. reg. 4. except. 7.

XXVI. Regula : Si duo concertantium temeritate fuerint electi, neuter Papa erit, sed noua electione opus est. dist. 79 c. si duo.

XXVII. Regula : Si electioni resistatur, quid iuris sit, definitur distin. 79. c. si quis ex. & c. vltim. Hæc de Papa.

DE LEGATO PAPÆ.

I. Regula : Legatus de latere maius post Papam imperium habet. c. si abbatem. 36. §. huiusmodi. de electione, in 6.

II. Regula : Quæ in signum priuilegij singularis summo pontifici sunt reseruata, ea legatus vsurpare non potest sine speciali concessione : vt est, episcopos transferre, ecclesiam cathedralem alteri subijcere, ius primatiæ alteri concedere duos episcopatus vnire, vel vnum diuidere. c. nisi specialis. 3. & c. quod translationem. 4. de officio legati. M.I.R. lib. 3. c. 5. de legato Papæ, reg. 1.

III. Regula : Legatus Papæ excommunicatos pro iniectione manuum in clericos absoluere non potest. d. c. 4. vers. vt illorum absolutio. & c excommunicatis. 9. eod. tit. Plura de hac regula vide S. lib. 1. c. 13. q. 3. reg. 1. except. 7. repl. 21.

IV. Regula : Legatus Papæ non solùm per appellationem, sed etiam per simplicem querelam adiri potest.

poteſt.c.1. de officio legati. M.I.R. d.cap.5. de legato Papæ,reg.2.

V. Regula: Legatus confert beneficium vacans, licet illud ſpectet ad præſentationem alicuius clerici,per ea quæ habentur 8.cap 7.reg 22.

VI. Regula: Etiam in alio loco legatus conſtitutus, in alio iuriſdictionem ſuam exercere poteſt.c. noui.7.d.tt. M.I.R.d.loco,reg.3.

VII. Regula: Statuta legatorum vim obtinent, quamuis legati prouinciam exceſſerint,eorumq; officium ſit finitum.c.vlt.de officio legati.

VIII. Regula: Minor legatus cedit maiori, ita vt hoc præſente illius officium ceſſet, per ea quæ habentur 8.lib.1.cap.5.quæſt.3.reg.4.

IX. Regula: Generalis legatus cedit ſpeciali. c. ſtuduiſti.2.de officio legati.

X. Regula: Relatione cauſæ Papæ facta, legatus iudex eſſe deſinit.c.licet.5.d.tt.

XI. Regula: Etiam ſubdiaconus legatus Papæ eſſe poteſt.diſtinct.94.c.1.

XII. Regula: Ne legato ſine literis conſignatis fides habeatur,cauetur diſt.97.c.vlt.

XIII. Regula: De non impediendo Papæ legato cauetur diſt.64.c.ſi quis autem. & extrauag. com. vnica,de conſuetudine.

XIV. Regula: Omnes eccleſiæ eius diœceſis, in qua legatus Papæ eſt, ſumptus ad eum alendum conferre tenentur. c. cum inſtantia. 17. in princip. de cenſibus. c. accedentes.11.de præſcriptionibus. Plura De exhibitis ſeu alēdis legatis Papæ.

de regula proposita vide ī. lib. proxim. cap. de visitationibus.

XV. Regula: Quicunq; à legato fuerit requisitus, expensus ei præstare tenetur. d. c. cum instantia. vernunciys tamen nostris in necessarijs.

XVI. Regula: De modo expensarum legato præstandarum adhibendo cauetur d. c. cum instantia. verſ. sanè in his exigendis. c. procurationes. 23. verſ. hoc adhibito. eod. tt.

XVII. Regula: De cogendis contumacibus, qui sumptus legatis conferre nolunt, cauetur d. c. cum instantia. verſ. qui contumaciter eis duxerint. & c. quia pontificali. 2. de officio legati, in 6. Plura de legatis Papæ vide ſ. in generali tractatu lib. 1. cap. 5. quæſt. 4.

DE CARDINALIBVS.

I. Regula: Cardinales Papæ in executione officij ſacerdotalis coadiutores adſiſtunt. c. fundamenta. 17. verſ. decet namque ipſi Romano. de electione, in 6.

II. Regula: De nomine & officio cardinalium differit gloſſa in c. miniſterium. 2. in prin. de officio archipresbyteri.

DE PATRIARCHIS SEV primatibus?

I. Regula: De nomine & ſpeciebus patriarcharum differitur diſtinct. 21. c. 1. §. patriarcha Græca. & §. patriarcha patrum princeps.

II. Regula: Patriarcha & primas nomine tantùm,

tùm, non re differunt. distin. 99. in prin. §. primates. & c. 1. vers. nostros patriarchas.

III. Regula: Definitionem realem continens, habetur d. dist. 99. c. nulli.

IV. Regula: De loco & origine patriarcharum cauetur d. dist. 99. c. 1. & dist. 80. c. 1. cum c. sequente.

V. Regula: Archiepiscopi primatibus obedientiam debent, & ab illis ad hos prouocatur, non contrà. distinct. 99. in prin. §. ab archiepiscopis. & c. 1. vers. ad quos episcopi.

VI. Regula: Primas non appellandus est princeps sacerdotum vel summus. d. dist. 99. c. primæ.

VII. Regula: Primas non appellandus est vniuersalis. dist. 99. c. nullus.

DE ARCHIEPISCOPIS ET metropolitanis.

I. Regula: De definitione archiepiscopi & metropolitani, habetur dist. 21. c. 1. §. archiepiscopus. §. patriarcha patrum. & §. fin. item c. nulli, in fine.

II. Regula: Ne in vna prouincia duo metropolitani constituantur, cauetur dist. 101. c. 1.

III. Regula: Non nisi presbyter vel diaconus in archiepiscopum eligendus. dist. 66. c. nullus.

IV. Regula: Archiepiscopus ab omnibus suis suffraganeis ordinandus. distin. 66. c. 1. Concordant ea quæ habentur 9. cap. prox. quæst. 8. reg. 36.

V. Regula: Metropolitanus dignitatis sibi traditæ antiquitùs ius intemeratum obtineat. 25. q. 2. c. igitur. & c. seruatis.

VI. Regula: Sine archiepiscopi consensu & consilio suffraganei nihil agere debent. 3. q. 6. c. hac quippe, in princ. 9 q. 3. c. 1. c. per singulas. c. nullus. §. fin. c. archiepiscopus. vers. nec illi. Apostol. canon. 33. in princ. Huius regulæ exceptio est: Nisi in sua ecclesia aliquid agant suffraganei, non extra. d. c. per singulas. vers. nisi hoc tantùm. & d. c. nullus. §. fin. item d. c. archiepiscopus. vers. nisi quantum ad suas. d. c. 33. §. illa autem.

VII. Regula: Sine suffraganeis suis archiepiscopus nihil agere debet. d. c. 1. in fine. d. c. per singulas. §. fin. & d. q. 3. c. saluo. c. archiepiscopus. c. si autem. c. nullus. c. episcopo. item 3. q. 6. c. discutere, in prin. Apostol. canon. 33. §. sed neq; illa. Concordant item ea quæ habentur S. *cap. 9. reg. 3. except. 3. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi Papa sine suffraganeis suis agat. d. c. salùo. Concordant ea quæ habentur* S. *de Papa, reg. 9. Altera exceptio videtur: Nisi patriarcha seu primas sine suffraganeis suis agat. Sed reprobatur d. q. 3. c. conquestus. Tertia exceptio est: Nisi suffraganeus in suo officio negligens sit, & subditis connitieat. d. q. 3. c. cum simus. & c. vlt. Quarta exceptio: Nisi à suffraganeo ad archiepiscopum sit prouocatum. d. c. conquestus. vers. nisi fortè pro causis. Concordant ea quæ habentur* S. *d. except. 3. dist. 7. Quinta exceptio est: Nisi suffraganeus decesserit. d. c. conquestus. vers. vel si episcopus suus. Sexta exceptio est: Nisi archiepiscopus ad hoc specialiter sit priuilegiatus, vt sine consensu suffraganeorũ agere*

ei liceat. d. c. conquestus, in fine. Septima exceptio est: Nisi ad propriam ipsius archiepiscopi parochiam negocium pertineat. d q.3.c.si autem. vers. nisi eas tantùm. c. nullus. vers. nisi quod ad suam. Plures huiusmodi exceptiones vide d. except.3. distinct.1. cum distinctionibus sequentibus.

VIII. Regula: Archiepiscopus in subditos sui suffraganei iurisdictionem non habet. Quae regula approbatur simul & distinguitur d. except.3.

DE COREPISCOPIS.

I. Regula: De differentia episcoporum & corepiscoporum cauetur dist. 68. c. quamuis.

II. Regula: Vsus corepiscoporum prohibetur d. dist. 68. c. corespicopi.

DE ARCHIDIACONIS.

I. Regula: Archidiaconus vicem gerit episcopi in omnibus, & maior est post episcopum. c. 1. & c. ad hac. 7. §. archidiaconus. vers. secundum verò. de officio archidiaconi.

II. Regula: Archidiaconus oculus episcopi appellatur d. c. 7. §. item in epistola.

III. Regula: Archidiaconi iurisdictioni subiecti sunt diaconi & leuita. d. c. 7. §. archidiaconus. dist. 25. c. 1. §. hi sunt ordines. vers. archidiaconus. Archipresbyteri quoq; eius iurisdictioni sunt subiecti, vt ex iam proposito constat: de quo etiam dicetur §. de archipresbyteris, reg. 3.

IV. Regula: Decani rurales per episcopum &

archidiaconum communiter ordinandi ac remouendi sunt. d. c. 7. §. fin.

V. Regula: Omnis sollicitudo & cura cleri & ecclesiarum eius ad archidiaconum pertinet. *c. 1. vers. & omnem curam. c. ad hæc. 7. §. archidiaconus. vers. parochiarum. & vers. omnem sollicitudinem. de officio archidiaconi. dist. 25. c. 1. §. hi sunt ordines.*

VI. Regula: Clericorum vitam inquirere debet, & corrigenda episcopo nunciare. *distinct. 94. c. si quis. §. archidiaconus.*

VII. Regula: Dominari clericis, & censum ab eis exigere prohibetur *d. §. archidiaconus, cum c. sequente.*

VIII. Regula: Quolibet triennio per diœcesin tenetur visitare parochias. *c. 1. §. fin. de officio archidiaconi.*

IX. Regula: Quæ corrigenda in diœcesi videt, corrigere ac emendare potest ac debet. *d. §. fin. & c. ad hæc. 7. §. item in epistola. eod. tt. Vbi excipiuntur ardua negocia.*

X. Regula: Non nisi semel in anno ad ecclesias visitandas accedere debet. Quæ regula approbatur simul & distinguitur *c. mandamus. 6. de officio archidiaconi.*

XI. Regula: Officium archidiaconi circa Euangelium legendum & missam celebrandam exponitur *c. officium. 2. d. tt. & distinct. 25. c. 1. §. hi sunt ordines. vers. quis leuitarum.*

XII. Regula: Omne officium ecclesiasticum prouidendo

videndo lectiones aut responsoria in matrice ecclesia dare debet ac auscultare. d. c. officium. 2. §. omne. & d. verſ. quia leuitarum.

XIII. Regula: Acolytos ordinare debet. d. c. 2. §. fin.

XIV. Regula: Custodia vasorum ecclesiæ ad archidiaconum pertinet. c. ea quæ. 3. d. tt.

XV. Regula: Curam animarum sine licentia episcopi nemini cõmittere debet. c. cum satis. 4. d. tt.

XVI. Regula: Ius excommunicandi sine authoritate episcopi non habet. c. archidiaconis. 5. de officio archidiaconi.

XVII. Regula: Iurgia singulorum audire debet. c. ad hæc. 7. §. archidiaconus. verſ. & audire. d. tt.

XVIII. Regula: Instructio corporalis tam super beneficijs quàm etiam dignitatibus ad archidiaconum pertinet. d. c. 7. §. in quadam verò nostra.

XIX. Regula: Examen clericorum ordinandorum ad archidiaconum pertinet. d. §. in quadam. & c. vt nostrum. 9. verſ. & illos examinare. eod. tt.

XX. Regula: Archidiaconus repræsentat ordinandos episcopo. d. c. 9. & d. §. in quadam.

XXI. Regula: Archidiaconus poni abbates & abbatissas in sede. d. c. 9. in fine.

XXII. Regula: Archidiaconus in monasterijs iurisdictionem non habet, nisi quantum tribuit ei generalis vel specialis consuetudo. c. vlt. de officio archidiaconi.

XXIII.

XXIII. Regula : Archidiaconus non dat commendaticias ad ordines. c. significasti. 8. eod. tit.

XXIV. Regula : Non nisi diaconus in archidiaconum ordinandus, per ea quæ habentur 3. de archipresbyteris, reg. 1.

XXV. Regula : Archidiaconus, si episcopus negligens fuerit, à clero eligi potest. distinct. 89. c. volumus. §. hinc colligi. Hæc de archidiaconus, quorum tamen plura officia enumerantur dist. 25. c. 1. §. hi sunt ordines, vsq; ad §. archipresbyter.

DE ARCHIPRESBYTERIS & decanis.

I. Regula : Archipresbyteri à multis decani appellantur. c. ad hæc. 7. §. archidiaconus. vers. archipresbyteri. de officio archidiaconi.

II. Regula : Non nisi presbyter aut diaconus in archipresbyterum vel decanum est ordinandus. distinct. 60. c. 1. c. nullus in præpositum. c. innouamus, in princ.

III. Regula : Archipresbyter subest archidiacono. d. vers. archipresbyteri. & c. 1. de officio archipresbyteri. dist. 25. c. 1. §. archipresbyter.

IV. Regula : Archipresbyter vicem absentis episcopi gerit in prouidendo, vt sacerdotes suum faciat officium, & in alijs. c. 1. vers. & in episcopi sui absentia. c. ministerium. 2. §. si episcopus. c. officium. 3. in princ. de officio archipresbyteri. & dist. 25. c. 1. §. archipresbyter. vers. & quando.

V. Regula : Archipresbyter præest presbyteris & presby-

presbyteralibus officijs. d. c. 1. vers. & quod specialiter. item d. §. archipresbyter. vers. & quod specialiter.

VI. Regula: Assiduè in ecclesia stare debet, collectam dicere, aut alij iniungere. d. c. 1. vers. & assiduè in ecclesia. & d. §. archipresbyter. vers. & assiduè.

VII. Regula: Prouidere debet, vt officium sacerdotum cardinalium in communicatione corporis & sanguinis Christi & alijs similibus ritè expediatur. c. ministerium 2. in princ. d. tt.

VIII. Regula: Prouidere debet, vt vita sacerdotum cardinalium sit honesta & decens. d. c. 2. vers. prouideat etiam.

IX. Regula: In præcipuis festiuitatibus aut ipse missam celebrabit, aut alij celebrandam committet. d. c. 2. §. fin. & c. officium 3. in prin. eod tt.

X. Regula: Episcopo missificante, curare debet, vt sacerdotes ad missam solenniter procedant. d. c. 3. §. quando verò.

XI. Regula: Officia archipresbyteri circa infirmos, pœnitentes, conuertendos & infantes exponuntur d. c. 3. §. debet etiam.

XII. Regula: Archipresbyter ruralis presbyterorum & laicorum plebaniæ suæ curam gerit: contra decretum tamen episcopi nihil ordinare potest. c. vlt. d. tt.

DE PRESBYTERIS.

I. Regula: De nomine & proprio presbyterorum, habetur dist. 21. c. 1. §. presbyter. & dist. 84. c. vlt.

II. Re-

II. Regula : De origine presbyterorum differitur d. c. vlt. verſ. Moyſi præcipitur. & diſtinct. 21. c. in nouo. §. fin.

III. Regula : Presbyteri exæquantur epiſcopis. d. §. presbyter. verſ. vnde & apud veteres. item diſt. 93. c. legimus. diſt. 95. c. olim. c. ecce. §. presbyteri. verſ. quoniam ipſi presbyteri & c. epiſcopus.

IV. Regula : Presbyter epiſcopo debet obſequi. diſt. 80 c. non debere. verſ. ſimiliter. diſt. 93. c. à ſubdiacono. verſ. porrò pontifici. diſt. 95. c. non oportet. Et ſine ipſo nihil peraget. Apoſtol. canon. 38. Quomodo autem epiſcopo ſubeſſe & obſequium ei præſtare teneatur, definitur d. diſt. 95. in prin. & c. olim. verſ. ſicut ergo presbyteri.

V. Regula : Presbyteri repræſentant ſenatum eccleſiæ. 16. q. 1. c. eccleſia.

VI. Regula : Presbyter virgines conſecrare inconſulto epiſcopo & chriſma conficere prohibetur 26. q. 6. c. 1. & c. presbyter. Concordat j. reg. 16.

VII. Regula : Pœnitentes presbiter abſoluere non poteſt. d. c. 1.

VIII. Regula : Presbyter non poteſt conſecrare altare: nec benedicere plebi aut pœnitenti. d. q. 6. c. miniſtrare.

IX. Regula : Presbyteri indocti non contemnendi. c. cum ex iniuncto. 12. §. licet autem. de hæreticis.

X. Regula : Presbyter habens populum, debet habere clericum, qui ſecum cantet, ac in alijs eum adiuuet. c. vt quiſq; 3. de vita & honeſtate cleric.

XI. Re-

XI. Regula: De parochiano alieno, qui proprio sacerdote contempto diuina audire vult, non admittendo cauetur c. vt dominicis. 2. de parochijs. 13. q. 1. c. 1.

XII. Regula: Presbyteri officium exponitur dist. 25. c. 1. §. ad presbyterum.

XIII. Regula: Monita vita à presbyteris inquirenda. d. dist. 25. c. audire. vers. monita autem.

XIV. Regula: Castitas à presbytero vouenda. dist. 28. c. quando.

XV. Regula: De pœna presbyteri castitatem nõ seruantis cauetur distinct. 28. c. presbyter & c. presbyter. De qua re vide plura §. cap. 5. reg. 61. & j. de decanis, reg 14.

XVI. Regula: Chrisma presbyter ab episcopo petere debet. distinct. 95. c. presbyteri. Concordat §. reg. 6.

XVII. Regula: Præsente episcopo presbyter concionari potest. distinct. 95. c. ecce ego. c. esto subiectus. §. pessima.

XVIII. Regula: Præsente episcopo presbyteri infantes signare non debent. d. distinct. 95. c. penult.

XIX. Regula: Præsente episcopo presbyteri offerre non possunt, nec panem sacrificatum dare, calicémve porrigere. d. dist. 95 c. vlt.

XX. Regula: Ne presbyteri incedant nisi stola aut orario induti, cauetur 17. q. 4. c. vt presbyteri.

XXI. Regula: Presbyteri secundis nuptijs interesse

tereſſe prohibentur 31.q.1.c. ſi qua fuerit. §. fin. cum c. ſequente.

XXII. Regula: Presbyter hoſtiam pro infirmis ſemper debet habere paratam. de conſecrat. diſt. 2. c. presbyter.

De ordinandis presbyteris.

XXIII. Regula: Non baptizatus in presbyterũ nõ eſt ordinandus. 1. q. 1. c. ſi presbyter. item De presbytero non baptizato c. 1. & c. vlt.

XXIV. Regula: Diaconus, non ſubdiaconus in presbyterum ordinandus. c. 1. de clerico per ſaltum promoto.

XXV. Regula: Presbyteros inſtituendi ac deſtituendi ius ad epiſcopum pertinet. c. cum & plantare. 33. §. in eccleſiis verò. de priuilegijs.

XXVI. Regula: Per caſtella & modicas ciuitates aut ꝙ villas presbyteri ſunt conſtituendi. diſt. 80. c. epiſcopi. verſ. ſed presbyteri. & §. fin. item c. illud. verſ. cum vbi.

XXVII. Regula: De modo presbyterum ordinandi, & vt orario tempore conſecrationis vtatur, cauetur diſtinct. 23. c. presbyter, cum c. ſequente. & c. preterea.

XXVIII. Regula: Ne in ordinando presbytero epiſcopus manum tantùm imponat, alio orationem dicente, cauetur d. diſtinct. 23. c. ex epiſtola, cum c. ſequente.

XXIX. Regula: De libello officiali presbyterò dando in ordinatione cauetur diſtinct. 38. c. quando.

DE PAROCHIS.

I. Regula: *Non nisi in sacris constitutus, qui ad minus sit subdiaconus, in parochum est ordinandus. Quæ regula approbatur simul & distinguitur c. præterea.5.de ætate & qualitate.*

II. Regula: *Non nisi idoneus moribus, scientia, & qui vicesimumquintum annum ingressus est, in parochum est ordinandus. c. licet canon.14.de electione, in 6.*

III. Regula: *Parochus ordinatus residere personaliter tenetur.d.c.licet canon.14.§.is etiam.*

IV. Regula: *Parochus ordinatus intra annum sacerdos fieri debet sub pœna priuationis. d. §. is etiam. vers. & intra annum. Concordant ea quæ habentur S.c.7.reg.59.Huius regulæ exceptio prima est: Nisi ecclesia sit collegiata.c statutum.22.eod.tt. Altera exceptio est: Nisi episcopus loci cum parocho studiorū causa dispensauerit. Quæ exceptio approbatur certo modo c.cum ex eo.34.eod.tt.Tertia exceptio est: Nisi annus nondum sit completus c. commissa.35.in prin.eod.tt. Quarta exceptio est: Nisi ex iusta causa fuerit impeditus, quo minus intra annū parochus sit factus. d.c.35.§.annus autem Quinta exceptio videtur: Nisi anno elapso eadem ecclesia eidem rursus conferatur. Sed reprobatur d.c.35.§. porrò. Postremò, si intra annum sacerdos factus non sit, præter priuationem fructus quoq; perceptos restituere tenetur, & ordinator ecclesiam debet præstare indemnem.d.c.35.§. cæterùm.*

V. Regula: Ne parochialem ecclesiam parochus alicui non constituto in legitima ætate & sacerdotio, neq; vltra sex menses commendet, cauetur c. nemo, 15. de electione, in 6.

DE DIACONIS SEV leuitis.

I. Regula: De nomine horum differitur distinct. 21. c. 1. §. leuita.

II. Regula: De origine diaconorum legitur dist. 21. in princ. §. leuitas.

III. Regula: De modo ordinandi diaconum cauetur dist. 23. c diaconus.

IV. Regula: In ijs ordinandis manus eorũ chrismate perungi non debent. dist 23. c præterea.

V. Regula: Septem ordinandi. dist. 93. c. diaconi qui & c. diaconi septem.

VI. Regula: Diaconi subesse debent presbyteris, non se illis præferre. dist. 93. c. à subdiacono. §. porrò. c. diaconi septem. §. vt igitur. c. peruenit. c. nõ oportet. c. diaconi. c. diaconus. c. nonnulli. c. legimus. c. dominus. Huius regulæ exceptio est: Nisi diaconus locũ metropolitani sui obtineat. d. distinct. 93. c. vlt.

VII. Regula: De officio diaconi circa albam, habetur d. dist. 93. c. diaconus, in fine.

VIII. Regula: Compagis diaconus vti non debet. dist. 93. c. peruenit.

IX. Regula: Diaconi nihil eorum quæ decreta sunt primis ordinibus, sibi debent vindicare, vt baptisma, eucharistiam, &c. distinct. 93. c. diaconos. c. per-

c. peruenit. c. nō oportet. Cuius exceptio est in tempore necessitatis, d. distinct. 93 c. præsente.

X. Regula: De inquirendis à diacono ijs quæ ad cultum ecclesiæ & disciplinam eius pertinent, cauetur dist. 93. c. diaconi ecclesiæ.

XI. Regula: De episcopo à Diaconis custodiendo cauetur dist. 93. c. diaconi qui.

XII. Regula: Sicut in ministerio, ita in dispensatione sine diacono episcopus viuere non debet. d. dist. 93. c. diaconi sunt.

XIII. Regula: Diaconi ministrant sacerdotib. dist. 25 c. 1. §. ad diaconum.

XIV. Regula: Diaconus sinistrum tantùm humerum orario ambit. dist. 25. c. audire, in fine, cum c. sequente.

XV. Regula: De cœlibatu diaconorum cauetur dist. 28. c. quando c. præterea, cum c. sequente. dist. 32. c. eos qui. Contradicit d dist. 28. c. presbyter. c. diaconi, in prin. Huic obiectioni respondet Gratianus d. c. diaconi. vers. sed quod de electione.

DE SVBDIACONIS.

I. Regula: De nomine horum, habetur dist. 21. c. 1. §. hypodiacones.

II. Regula: Subdiaconi oblationes à fidelibus suscipiunt, & diaconis superponendas altaribus deferunt. d. §. hypodiacones. vers. oblationes enim in templo.

III. Regula: Calicem & patenam ad altare deferunt, diaconis tradũt, vrceolum quoq; & aquam,

manile & manutergium tenent, &c. dist. 25. c. 1. §. ad subdiaconum. dist. 33 c. 1. §. deseruientes.

IV. Regula: Ne sacrarium ingrediantur, cauetur. dist. 23. c. non oportet.

V. Regula: Orarijs vti non debent, nec hostias derelinquere. dist. 23. c. ministrum.

VI. Regula: Rem consecratam alij ne porrigat. distinct. 24. c. 1.

VII. Regula: Modus ordinandi subdiaconum exponitur dist. 23. c. subdiaconus.

VIII. Regula: De castitate à subdiacono vouẽda & seruanda cauetur dist. 28. in princ. cum c. sequente. & c. decernimus. c. de his item dist. 31. c. 1. c. vlt. in fine. & dist. 32. c. 1. cum c sequente. c. de illo. c. subdiaconib. c. seriatim. vers. vel si quis ex.

IX. Regula: Sacer est ordo subdiaconorũ: & quod de diaconis statutũ est, idem de subdiaconis quoq; est intelligendũ. c. miramur. 7. de seruis nõ ordinandis.

X. Regula: Subdiaconus non debet esse minor viginti annis. dist. 77. c. subdiaconus. Plura de hac regula vide S. c. 4 q. 2. reg. 36.

DE ACOLYTHIS.

I. Regula: De nomine, vsu & officio acolythorum differitur dist. 21. c. 1. §. acolythi. dist. in. 25. c. 1. §. ad acolythum. dist 33. c. 1. §. deseruientes.

II. Regula: De modo ordinandi acolythum cauetur dist. 23. c. acolythus.

III. Regula: Acolythus rem à presbytero consecratam aly ne porrigat. dist. 24. c. 1.

DE EXORCISTIS.

I. Regula: De nomine & officio horum differitur dist. 21. c. 1. §. exorcistæ.

II. Regula. Itidem de horũ officio, habetur dist. 25. c. 1. §. ad exorcistam.

III. Regula: De modo ordinandi exorcistam cauetur dist. 23. c. exorcista.

IV. Regula: Exorcizare non licet, nisi ijs qui ab episcopo ad id sunt promoti. dist. 69. c. vlt. & de consecrat. dist. 1. c. 1. §. si autem vt legitur.

V. Regula: Exorcismi vsus est in baptismo. de quo vide). lib. prox. cap. de Sacramentis. Item si parietes ecclesiæ sint mutati. d. dist. 1. c. si motum. vers. si parietes.

VI. Regula: Exorcismus dæmonia ejcit. de consecrat. dist. 4. c. sacerdotes.

DE LECTORIBVS.

I. Regula: De nomine & officio lectorũ differitur dist. 21. c. 1. §. lectores. dist. 25. c. 1. §. ad lectorem.

II. Regula: De modo ordinandi lectorem cauetur dist. 23. c. lector.

III. Regula: Lector orario vti non debet. dist. 23. c. non oportet.

IV. Regula: Lector debet esse vigintiquinq; annorum. 20. q. 1. c. placuit, in fine.

DE PSALMISTIS SEV cantoribus.

I. Regula: De definitione ac diuisione cantorum, habetur dist. 21. c. 1. §. cantor. §. lectores.

II. Regula: De horum officio cauetur distinct. 25. c. 1. §. ad psalmistam.

III. Regula: Psalmista orario vti non debet. distinct. 23. c. non oportet.

IV. Regula: De modo ordinandi cantorem cauetur dist. 23. c. psalmista.

V. Regula: An & quid quoque tempore in ecclesia cantandum, vide) *lib. prox. cap. 2.*

DE PRIMICERIO.

I. Regula: De officio primicerij circa acolythos, exorcistas, cantores atque lectores & alia, habetur dist. 21. c. 1. §. ad primicerium.

II. Regula: Itidem de officio primicerij, habetur c. vnico, de officio primicerij.

DE THESAVRARIO.

De officio thesaurarij habetur distin. 25. c. 1. §. ad thesaurarium.

DE SACRISTA.

De huius officio habetur c. vnico, de officio sacristæ.

DE CVSTODE.

De huius officio cauetur c. 1. cum c. sequente. de officio custodis.

DE OSTIARIO.

I. Regula: De nomine & officio ostiariorum, habetur distinct. 21. c. 1. §. fin. distinct. 25. c. 1. §. ad ostiarium. Nouell. 133. §. & primùm quidem. & §. quod si illi.

II. Re-

II. Regula: Ne ostiarius orario vtatur, cauetur dist.23.c. non oportet.

DE VICARIO ET officiali.

I. Regula: Vicario regulariter quidem vti licet, per ea quæ proposita sunt S. lib. prox. cap. 4. quæst. 1. except. 16. replic. 1. Verùm huius regulæ exceptio prima est: Nisi quis plures habens dignitates ecclesiasticas, vnã vel plures ex ijs per vicarios administrare velit. Quæ exceptio approbatur per ea quæ habentur S. cap. 7. reg. 8. Altera exceptio est: Nisi quis sine rationabili causa residere nolens, vicarium substituat. Quæ exceptio approbatur per ea quæ habentur S. cap. 5. reg. 67. in princ. Tertia exceptio est: Nisi in presbyterij officio vicarius substituatur. 21. q. 2. c. vlt. Huius replicatio est: Nisi ordinarius presbyter studiorũ causa absit: hoc enim casu per septennium vicario vti potest. c. cum ex eo. 34. §. porrò septennio. de electione, in 6.

II. Regula: Vicarius non potest substituere alium vicarium, nisi ex speciali permissu. c. clericos. 4. de officio vicarij. c. vlt. §. fin. de officio delegati. Concordant ea quæ habentur S. lib. 1. cap. 5. de iurisdictione, in prin.

III. Regula: Plures vicarios vnus habere non potest. c prouideas. 2 de officio vicarij.

IV. Regula: Vicarius qui beneficium curatũ, vel aliam vicariam fuerit adeptus, vicaria priore priuatur. c. 1. eod. tt. Clement. 1. eod tt.

V. Regula : Vicarius institutus, per successorem instituentis remoueri, vel portione sua fraudari non debet. c. ad hæc. 3. de officio vicarij.

VI. Regula : Compelluntur vicarij ordinarij ecclesiis deseruire per subtractionem prouentuum & vicariarum. c. vlt. eod. tt.

VII. Regula : Vicarius Papæ in vrbe, non extra iurisdictionem habet. c. tua nobis. 5. eod. tt.

VIII. Regula : Ex generali commissione non potest officialis inquirere, corrigere, deponere, & punire subditorum excessus. c. licet. 2. de officio vicarij, in 6.

IX. Regula : Ex generali commissione officialis beneficia conferre non potest. c. vlt. eod. tt.

X. Regula : Vicarius excommunicati excommunicatus non est. c. 1. d. tt. Gesta tamen ab eo rata non sunt. d. c. 1. § fin.

XI. Regula : Vicarius personatum ecclesiæ sibi vsurpare non potest. c. illud. 6. de excess. prælatorum.

DE OECONOMO ET vice domino.

Laici non sunt constituendi œconomi, sed clerici. 16. q. 7 c. in noua. Concordant ea quæ habentur 9. cap. 8. quæst. 8. reg. 27. Sed & plura de œconomo & vicedominis vide d. quæst. 8. reg. 23. cum sequentibus.

DE ABBATE.

I. Regula : Quis ordinandus sit abbas? Alterius monasterij monachus non est ordinandus, nisi in mona-

monasterio vacante idoneus non existat, vel consuetudo loci in contrarium extet. de qua re vide §. cap. prox. quæst. 1. reg. 24. Sed nec clerici in abbates ordinandi. 18. q. 2. c. peruenit, cum c. sequente.

II. Regula: Qualis ordinandus abbas, definitur 18. q. 2. c. abbatem. & c. abbatem, in fine.

III. Regula: A quibus abbas eligendus? A conuentu est eligendus, non ab alys. 18. q. 2. c. abbas. c. abbatem. c. abbatem. c. quam sit. §. defuncto. vers. quem sibi propria. c. abbas vers. tamen eligant. item 16. q. 7. c. vlt. Contradicit d. q. 2. c. 1. Cui obiectioni respondet Gratianus d. c. abbas. §. ecce. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi monachi sint indomitæ ceruicis, & effrenatæ superbiæ d. §. ecce. & d. q. 2. c. nullam. Altera exceptio est: Nisi religiosis fœminis abbas sit præficiendus. d. q. 2. c. qui religiosis.

IV. Regula: De causis ex quibus abbas est remouendus, cauetur 18. q. 2. c. si quis abbas.

V. Regula: Abbas non à monachis, sed ab episcopo & vicinis abbatibus est loco remouendus. d. c. si quis abbas. vers. ab episcopo in cuius territorio. & d. c. nullam.

VI. Regula: Abbas est in potestate episcopi. 18. q. 2. c. abbates, in princ. c. monasteria. c. abbatibus.

VII. Regula: Ne monachos vagari permittat, cauetur d. q. 2. c. abbates. §. monachi. vers. aut per loca aliqua.

VIII. Regula: Ne alienum monachum admittat, cauetur d. §. monachi. vers. vel qui monachum.

item 19. q. 3. c. statuimus. vers. discedentem verò. 20. q. 4. c. vlt. in prin. Apostol. canon. 15.

IX. Regula: Abbati à monachis obedientia debetur. d. §. monachi. & c. cum ad. 6. §. abbas verò. de statu monachorum.

X. Regula: Vt abbates quolibet anno conueniant, cauetur d. c. abbates. in princ. vers. qui semel in anno.

XI. Regula: Ne abbas diuersas cellulas, diuersáve monasteria habeat, cauetur 20. q. 4. c. vlt. §. abbati.

XII. Regula: Cum fratribus in conuentu manere debet, atq; in officio suo sollicitus esse. c. cum ad. 6. §. abbas verò. de statu monachor.

XIII. Regula: De puniendis seu corrigendis abbatibus cauetur c. vlt. §. si verò abbates. eod. tt. Hæc de abbate, de quo ordinando vide item Nouell. 5. §. ordinatione. & Nouell. 123. §. iubemus.

DE PRÆPOSITO.

In præpositum non est ordinandus, nisi presbyter vel diaconus. dist. 60. c. nullus.

DE PRIORE.

De officio prioris cauetur c. cum ad. 6. §. prior autem. de statu monachorum.

DE VARIIS ORDINIBVS MONAchorum, & primùm de mendicantibus.

I. Regula: De mendicantibus, habetur c. vnico. de religiosis domibus, in 6.

II. Re-

II. *Regula de ijſdem habetur c. vnico, de exceſſ. prælator. in 6.*

III. *Regula de ijſdem habetur Clement. 1. de regularibus.*

IV. *Regula de ijſdem habetur Clement. cupientes. 3. de pœnis.*

V. *Regula de ijſdem habetur extrauag. com. vnica, de officio cuſtodis.*

VI. *Regula de ijſdem habetur extrauag. com. vices 2. de treuga & pace.*

VII. *Regula de ijſdem habetur extrauag. com. 1. de regularibus.*

DE PRAEDICATORIBVS & minoribus.

I. *Regula: Hi poſſunt vbiq; vel ſine licentia prælati prædicare. c. in ijs. 30. de priuilegijs.*

II. *Regula de ijſdem habetur Clement. dudum. 2. de ſepulturis.*

III. *Regula habetur extrauag. com. vnica, de iudicijs.*

IV. *Regula habetur extrauag. com ſuper cathedram. 2. de ſepulturis.*

V. *Regula habetur extrauag. comm. 1. de priuilegijs.*

VI. *Regula cauetur c. quia ex eo. 3. de pactis, in 6.*

VII. *Regula cauetur c. exijt. 3. de verb. ſignificat. in 6.*

VIII. *Regula habetur Clement. 1. eod. tt.*

IX. Re-

IX. Regula habetur extrauag. Ioann. XXII. 1. de verb. signif.

X. Regula habetur extrauag. Ioann. XXII. quia nonnunquam. 2. eod. tt.

XI. Regula habetur extrauag. Ioann. XXII. ad conditorem. 3. & vlt. eod. tt.

DE NIGRIS MONACHIS.

De hisce cauetur Clement. 1. de statu monachor.

DE TEMPLARIIS ET hospitalarijs.

I. Regula: Hi semel in anno in locis interdictis diuina officia possunt celebrare. Quæ regula approbatur simul & distinguitur 5. lib. 1. c. 9. quæst. 4. reg. 1. except. 2.

II. Regula: Hi fratrum suorũ defunctorum corpora in locis interdictis possunt sepelire, per ea quæ habentur d. except. 2 regl. 3. dupl. 1.

III. Regula de ijsdem cauetur c. porrò. 7. de priuilegijs.

IV. Regula de ijsdem habetur c. tuarum. 11. d. tt.

DE ERMITIS.

I. Regula de eremitis habetur c. vnico. §. fin. de excess. b. prælator. in 6.

II. Regula de ijsdem habetur 19. q. 3. c. perlatum. §. econtrà.

DE XENODOCHIIS, LEPROSARIIS, orphanotrophijs & similib. collegijs.

De his cauetur Clement. quia contingit. 2. de religiosis domib. & M. I. C. lib. 3. cap. vlt.

DE

DE MVLIERIBVS ECCLESIASTICIS & sanctimonialibus.

I. Regula: De monasterio fœminarum longius à virorum monasterio adificando cauetur 18. q. 2. c. monasteria.

II. Regula: Puellarum monasteria monachorum præsidio & ministerio regantur. d. q. 2. c. in decima.

III. Regula: De colloquio monialium cum monachis interdicendo cauetur d. c. in decima. vers. sed neq; abbatem & d. q. 2. c. diffinimus. § fin.

IV. Regula: Ne cum viris concumbant, cauetur 27. q. 1. c. nec aliqua, cum c. sequente.

V. Regula: Ne simul cum canonicis & monachis conueniant in clero, cauetur 18. q. 2. c. perniciosam. §. simili modo.

VI. Regula: Ne vir monasterium monialium ingrediatur, cauetur c. monasteria. 8 de vita & honestate clericor. c. vnico, in prin. vers. nulliq; aliquatenus. de statu regularium, in 6. Concordat item M. I.C. lib. 3 cap 2. reg. 9.

VII. Regula: Ne moniales monasterium egrediantur, cauetur d. c. vnico, in princ. Concordat M. I.C. d. reg. 9. Huius regulæ exceptio est: Nisi abbatissa præstandi iuramenti fidelitatis causa monasterium egrediatur. d c. vnico. §. verum.

VIII. Regula: Ne sanctimoniales propria receptacula habeant, cauetur 18. q. 2. c. perniciosam, in princ.

IX. Regula: De pœna corrumpentis virginem sancti-

sanctimonialem cauetur 27.q.1.c. si quis episcopus. c.impudicas. c. si qua monacharum. c. sciendum. c. si quis rapuerit. Nouell.123. § si quis asçetriam.

X. Regula: De consecrandis & velandis sanctimonialibus cauetur 20.q.1.c.deuotis, cum sequentibus, vsq; ad c.vlt.

XI. Regula: Abbatissa vel alia sanctimonialis sanctimonialem velare prohibetur. 20. q. 2. c. statuimus.

XII. Regula: De professione facienda & veste professarum, habetur 20.q.1. cap.vltim.27.q.1.cap. omnes.

XIII. Regula: Itidem de vestitu monialium habetur dist.23.c.sanctimonialis.

XIV. Regula: De visitandis monialibus & earum officio, habetur Clement. vltim. de statu monachorum.

XV. Regula: Eadem in monialibus, quæ in monachis, iura sunt obseruanda. c.vltim. §. fin. de statu monachor. Concordat M.I.C. lib.3.cap.5.de mulieribus, reg.1.

XVI. Regula: Vestimenta altaris & vasa sacra mulieres ecclesiastica contingere, & incensum circa altaria deferre prohibentur distinct. 23. c.sacrata.

XVII. Regula: Sanctimonialis viros in conuentu docere non debet. distin.23.c.mulier.

XVIII. Regula: Sanctimonialis nuptias contrahere prohibetur per ea quæ habentur j. lib. prox. cap. de

p. de exceptionibus aduersus nuptias ex personis ntrah. except. 30.

XIX. Regula: De orationibus & meritis mulierum ecclesiasticarum cauetur dist. 81. c. vlt.

DE ABBATISSA ET prioriſſa.

I. Regula: Abbatissa moniales benedicere, confessiones audire, & publicè prædicare non potest. c. ua quædam. 10. de pœnitentijs.

II. Regula: De electione abbatissæ & prioriſſæ uetur c. indemnitatibus 43. de electione, in 6.

DE DIACONISSA.

Diaconissa non nisi quadraginta annorum, & um diligenti probatione est ordinanda. 27. q. 1. c. iaconissam. Concordant ea quæ habentur M. I. C. b. 3. cap. 5. de diaconissis, vbi plures de ea regula roponuntur. Sed & plura de ecclesiasticis tum vis tum mulieribus vide d. cap. 5.

DE REBVS ECCLESIAE in genere.

Cap. XII.

HActenus de personis ecclesiasticis tam in genere quàm in specie actum est. Nunc de rebus ecclesiasticis similiter agendũ primùm quidem in genere, hinc in specie.

I. Regula: Res ecclesiæ in nullius bonis sunt, nec uisquam eas tanquam proprias sibi potest vindiare, c. ratio. 3. de prabendis. 16. q. 7. c. 1. §. has verò

deci-

decimas. vers. sed sint omnia communia. 23. q. 8. c. quod autem. §. si autem priuatim. Concordant ea quæ habentur M.I.C. lib. 8. cap. 12. diuis. 3. §. rerum quæ nullius.

II. Regula: In res ecclesiæ non succeditur iure consanguinitatis. c. 1. de prebendis. c. consuluit. 15. de iure patronatus 16. q. 1. c. in canonib. §. generaliter. vers. similiter & ij.

III. Regula: Res ecclesiasticas laicus possidere non potest. 16. q. 7. in prin. §. laici autem. c. 1. in prin. c. cum nullus laicorum.

IV. Regula: Ecclesiastica laicis non conferenda, nec committenda. d. §. laici autem. & c. quamuis. 17. de decimis. item dist. 89. c. indicatum.

V. Regula: De rebus ecclesiasticis laici disponere vel statuere non possunt. distin. 96. in prin. cum sequentibus. 16. q. 7. c. nullus laicorum. c. non placuit. c. laicis. c. si quis principum. c. quicunq;. §. si ergo. Vbi Gratianus distinctionem adijcit, de qua dicetur 3. cap. 14. Concordant item ea quæ proposita sunt ẽ. cap. 14. item M.I.R. lib. 1. cap. 2. except. 2. & lib. 2. cap. 18. reg. 5. except. 21.

VI. Regula: Ecclesiastica laicus conferre non potest. c. dudum 31. §. cæterùm. vers. cum sacrilegij. de decimis. c. nullus 17. de iure patronatus. Concordat ẽ. reg. prox. Sed & plura de regula proposita vide ẽ. cap 7. reg. 17. & cap 10. quæst. 2. reg 5.

VII. Regula: Ecclesiastica res non nisi ab episcopo, eiúsve consensu conferendæ ac possidendæ sunt.

16. q.

10.q.7.c.congregato.c.& hoc.§.fin. Concordant ea quæ proposita sunt §.cap.8.q.10.reg.1.

VIII. Regula: De rebus ecclesiæ administrandis ac distribuendis cauetur d.reg.1.cum duabus sequentibus: item d. capite 8. quæst. 8. reg. 46. cum sequente.

IX. Regula: De rebus ecclesiæ vindicandis cauetur 16.q.3.c.1.in fine.c.inter memoratos.§.fin. item De rebus ecclesiæ alienandis c.si quis.6.§.fin.

X. Regula: Res sterilis vel onerosa ecclesiæ redhiberi debet.10.q.2.c.hoc ius.§.sicut Nouell.7.§.sicut autem.

XI. Regula: Alienatio rerum ecclesiasticarum regulariter prohibetur. c.nulli liceat. 5.c.si quis. 6. de rebus ecclesiæ alienandis. extrauag.com.vnica, eod.tt.c.fraternitatem.2.de donationib.c.vt commutationes.2.de rerum permutat.c.1.c.cum nos.3. & c.tua nuper.8.de his quæ fiunt à prælato.c.hoc consultissimo.2.de rebus ecclesiæ non alienandis, in 6.10.q.2.in princ.cum c.sequente.12.q.2.in princ.c. apostolicos.c.quisquis.c.nõ liceat.c.indignè.c.Vulteranæ.c.statuimus.c.episcopus.vers.si quid de ecclesia.c.diaconi.c.quidquid.c.alienationes.c.abbatib.c.si quâ de.c.precariæ.c.sicut.§.his omnib.c.placuit.c.sine exceptione,in prin.& §.episcopus.16.q.1. c.quia iuxta.c.possessiones.17.q.4.c.1.c.ratio.18.q. 2.c.quum sit,in prin.10.q.2.c.ea enim.l.14.vers.ea enim.C.de sacrosanctis ecclesiis. Concordat item Nouell.C.lib.3.cap.6. de non alienandis rebus ecclesiæ, De alienatione rerũ ecclesiasticarum.

in prin. M.I.R. lib. 3. cap. 6 reg. 2. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi emphyteutico iure res ecclesiastica fuerit alienata. Quæ exceptio approbatur certo modo 10 q. 2. c. hoc ius. §. perpetua. Nouell 7. §. emphyteusin autem. & Nouell. 120. §. emphyteuses. Contradicit c nulli liceat. 5. §. alienationis. vers. & emphyteuticum perpetuum. c. ad audientiam. 9. de rebus ecclesiæ alienandu. c. hoc consultissimo. 2. §. non concedendo. eod. tt. in 6. extrauag. com. vnica, in prin c. vers. nec non infeudationem. eod tt. Contradicit item 10. q. 2. c. de precarijs. Ex quib. patet, exceptionem propositam iure pontificio reprobari. Accedit M.I.R. d. reg. 2. except. 1. Planè admittitur in terra non fertili & de syluis extirpata, c. ad aures. 7. d. tt. Item admittitur in rebus solitis in emphyteusin concedi, d. vers. nec non infeudationem. M.I.R. d. except. 1. distin. 1. Huius exceptionis in casibus iam propositis approbatæ replicatio prima est: Nisi emphyteuta biennio continuo non soluerit canonem: hoc enim casu emphyteusis potest reuocari. d. §. perpetua. vers. qui rem. Nouell. 7. §. scire aute. Altera replicatio est: Nisi emphyteuta rem fecerit deteriorem. d. §. perpetua. vers. qui rem fecerit. Plura de exceptione proposita vide M.I.C. d. c. 6. de non alienandis reb. except. 2. Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi res ecclesiastica fuerit ad tempus locata. c. vestra. 2. de locato & cõducto. Nouell. 120. §. locationes. M.I.R. d. reg. 2. except. 2. Cuius replicatio prima est: Nisi vltra triginta annos locatio sit facta.

d. §.

d. §. locationes. Quæ replicatio mutatur & coarctatur in triennii. extrauag. com. vnica, in prin. ver. locationē & conductionē, de rebus ecclesiæ non alienandis. Altera replicatio est: Nisi ecclesiæ laicis locentur. c. secundum. 6. in fine. ne clerici vel monachi secularib. negocijs. Tertia proposita regula exceptio est: Nisi res ecclesiastica pignori sit obligata. Nouell. 120. §. quod si vsuueniat. M. I. R. d. reg. 2. except 3. Contradicit d. extrauag. vnica, in prin. vers. hypothecam. M. I. R. d. except. 3. dist. 1. Huius exceptionis iure ciuili approbata replicatio prima est: Nisi sacra vasa, vestes aut alia donaria ad religionem necessaria pignori data sint. c. 1. de pignoribus. l. 17. C. de sacrosanctis eccles. Cuius duplicatio prima hæc est: Nisi necessitas vrserit, d. c. 1. vers. nisi iustissima necessitate. Altera duplicatio est: Nisi pro redemptione captiuorū obligentur. d. l. 17. vers. excepta videlicet. Altera replicatio est: Nisi pro alieno debito res ecclesiastica pignori sit obligata. c. si quorundam. 2. de solutionib. Quarta exceptio est: Nisi feudum, de quo antea quis inuestitus est, ei redintegretur. c. per tuas. 5. de donationib. Quinta exceptio est: Nisi feudum apertum alij rursus in sudum concedatur. c. ex parte. 2. de feudis. Sexta exceptio est: Nisi per transactionē res ecclesiastica sit alienata. c. statuimus. 2. c. cōtingit. 3. de trāsactionib. Cuius replicatio prima est: Nisi sine consensu prælati vel superioris facta sit transactio. d. c. 2. vers. de assensu episcopi. c. veniēs. 8. eod. tit. Cuius duplicatio est, q. ipse trāsigēs dū viuit,

nihilominus obligetur. d.c. 8. vers. ne pacta inter alios. c. de cætero. 5. eod. tt. Altera replicatio est: Nisi clerici de beneficio inter se transegerint: hoc enim non licet. c. constitutus. 4. d. tt. c. cum pridem. 4. de pactis. c. non sine. 2. de arbitris. Cuius duplicatio prima est, quòd mediatori transactio ista noceat. c. ex literis. 6. de transactionibus. Altera duplicatio est: Nisi gratis, nullo dato vel promisso, trãsactio de beneficio facta sit. c. super eo. 7. eod. tt. Hac de secunda replicatione. Tertia propositæ exceptionis replicatio est. Nisi de iure patronatus aliquo accepto sit transactum. c. præterea. 9. d. tt. Quarta replicatio est: Nisi de subiectione spirituali sit transactum. c. præterea. 10. eod. tt. Hac de sexta exceptione. Septima exceptio est: Nisi ob æs alienum vrgens res ecclesiastica sit alienata. Quæ exceptio approbatur certo modo 10. q. 2. c. hoc ius, in prin. 17. q. 4. c. nullus res. Nouell. 120. §. sed & hoc. Plura de hac exceptione vide M. I. C. lib. 3. cap. 6. de rebus ecclesiasticis non alienandis, except. 7. Octaua exceptio est: Nisi propter redemptionem captiuorum res ecclesiæ alienentur. 10. q. 2. c. 1. in fine. 12. q. 2. c. apostolicos, in princ. vers. excepta causa. c. & sacrorum. c. sacrorũ. c. sicut omnino. c. aurum. l. 17. vers. excepta videlicet. C. de sacrosanctis ecclesiis. Concordant item eà quæ habentur M. I. C. d. cap. 8. except. 12. Nona exceptio est: Nisi propter redemptionem terræ sanctæ alienatio sit facta. c. vlt. §. fin. de voto. Decima exceptio est: Nisi in alimoniam pauperum alienatio

sit

sit facta.12.q.2.c. gloria c.aurum. Distinguitur Apostol.canon.37.in fine. Vndecima exceptio est: Nisi religionis intuitu res ecclesiastica monasterio alienetur.12.q.2.c si episcopus.c.vlt.& q.5.c.quia Ioannes.16.q.1.c possessiones.vers.aut monasteriys. Huius replicatio est: Nisi id quod religionis intuitu alienatur, quinquagesimam vel centesimam partem rerum ecclesiæ excesserit.12.q.2.c.penult. Duodecima exceptio est: Nisi clericis in stipendium datum sit.12.q.2.c. sæpe fit. Decimatertia exceptio est: Nisi pro remuneratione obsequij datum sit.d.q.2.c. quicunque. c. ecclesiasticu.16.q.1.c. possessiones.vers.nisi fortè. Cuius replicatio est: Nisi in perpetuum pro remuneratione res immobilis data sit. d.c.possessiones.vers. sic tamen vt hæc.& d.q.1.c. prædicator.§.illud autem. Decimaquarta exceptio est: Nisi miserationis intuitu serui ecclesiæ manumittantur.12 q.2.c.cum redemptor. Decimaquinta exceptio est: Nisi episcopus seruo ecclesiæ à se manumisso quid donauerit. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur d.q.2.c.si quos de seruis. Decimasexta exceptio est: Nisi peregrinis necessitate exigente largitio sit facta.16.q.1.c possessiones.& c. vlt.in princ. Decimaseptima exceptio est: Nisi in fabricam ecclesiæ donatio sit facta. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur 17.q.4.c. quæsti sunt. Decimaoctaua exceptio est: Nisi oblata ei quem professionis pœnituit, seu aliàs beneficio priuatur, restituantur. d.q.4.c. hanc ergo. §. sed notandum.

randum. & c. quod ad te. 3. §. fin. de clericis coniugatis. Decimanona exceptio est: Nisi oblata ei qui postea filios est sortitus, restituantur. d. q. 4. c. vlt. §. quã laudabile. Vicesima exceptio videtur: Nisi Papa alienauerit. Sed reprobatur 12. q. 2. c. non liceat Papæ. Vicesimaprima exceptio est: Nisi Imperio vel Imperatori res ecclesiastica sit permutata. c. 1. de rerum permutat. 10. q. 2. c. hoc ius. §. sed & permutare. Nouell. 7. §. vt autem. vers. sinimus ergo. Plura de exceptione proposita vide M. I. C. d. cap. 6. de reb. ecclesiæ non alienandis, except. 1. M. I. R. d. reg. 2. except. 5. Vicesimasecunda exceptio est: Nisi aly ecclesiæ res ecclesiastica sit permutata, non alio modo alienata. 6. 1. de reb. ecclesiæ alienandis. c. ad quæstiones. 6. de rerum permutat. 10. q. 2. c. hoc ius. §. sibi inuicem. Concordat M. I. C. d. cap. 6. except. 9. M. I. R. d. except. 5. Huius replicatio est: Nisi præbendæ vel dignitates inuicem permutentur. Quæ replicatio approbatur per ea quæ habẽtur S. cap. 7. reg. 116. Vicesimatertia exceptio est: Nisi ædes ruinosæ aut destructæ alienentur. Qua exceptio approbatur certo modo 10. q. 2. c. hoc ius. § si quas verò. Concordat M. I. C. d. cap. 6. except. 3. Vicesimaquarta exceptio est: Nisi vsusfructus tantùm rei ecclesiasticæ sit alienatus. 10. q. 2. c. si œconomus, cũ c. sequente. l. 14. §. sanè ne omnis. C. de sacrosanctis ecclesiis. Concordat M. I. C. d. cap. 6. except. 4. Cuius replicatio habetur Clemen. 1. de reb. ecclesiæ non alienandis. Vicesimaquinta exceptio est: Nisi res mobilis, non soli sit alienata.

nata. Quæ exceptio constat ex prædictis canonibus, quib. tantùm immobiliũ rerum alienatio prohibetur. Cuius replicatio prima est: Nisi mancipia vel coloni adscripticij alienentur. Nam horum alienatio specialiter prohibetur, certo tamen modo, c. mancipia. 3. & c. iniustum. 4. de rerum permutat. 10. q. 2. c. 1. 12. q. 2. c. iniustum. Altera replicatio est: Nisi vasa sacra, vestes, aut alia donaria ad religionem necessaria fuerint alienata. d. c. 1. ver. vel vasa. itẽ 12. q. 2. c. Augustino. c. Apostolicos. item extrauag. com. vnica, in prin. vers. & preciosa mobilia. de rebus ecclesiæ non alienandis. Concordat item M. 1. C. d. c. 6. except. 5. replic. 3. Huius replicationis duplicationes vide S. except. 3. repl. 1. Tertia replicatio est: Nisi cũ quis iuramentum præstitisset de non alienandis reb. ad mensam suam pertinentibus, nonnullas res mobiles ad mensam pertinentes, vel de quib. dubitatur an ad mensam pertineant, alienauerit. c. vt super. 8. de rebus ecclesiæ alienãdis. Vicesimasexta exceptio est: Nisi res alienata inutilis sit, & multis præstationibus onerata. d. c. vt super. 8. §. fin. 10. q. 2. c. hoc ius. §. prædium. c. huiusmodi. §. fin. 12 q. 2. c. non liceat Papæ. vers. nisi tantummodo. c. sine exceptione. § fi. c. terrulas, cum c. sequẽte. c. iniustũ. vers. cum canonica. Nou. 120. §. porrò si qua. Vicesimaseptima exceptio est: Nisi res nimiũ remota fuerit alienata. d. c. terrulas. vers. aut lõgè positas. Nou. 131. §. si legatũ. Vicesimaoctaua exceptio videtur: Nisi res ad mẽsam prælati vel capituli pertinens fuerit alienata. Sed

reprobatur c. vt super. 8. & c. possessiones. 10. in prin. de rebus ecclesiæ alienandis. Vicesimanona exceptio est: Nisi modica res sit alienata. c. cæterùm. 3. de donationibus. Tricesima exceptio est: Nisi consuetudo vel statutũ loci alienationem permittat. Quæ exceptio approbatur certo modo d. c. 3. vers. & illius terræ consuetudo. M. I. R. lib. 3. cap. 6. reg. 2. except. 4. Cuius replicatio est: Nisi constitutio loci laicorũ sit. c. vlt. de rebus ecclesiæ alienandis. Contradicit c. sine exceptione. 12. q. 2. Tricesimaprima exceptio videtur: Nisi episcopus alienationi consenserit. Sed reprobatur 17. q. 4. c. in venditionibus, §. etiamsi. Tricesimasecunda exceptio videtur: Nisi Imperator iusserit alienari. Sed & hæc reprobatur 23. q. 8. c. conuenior. Nouell. 7. §. quia verò. Tricesimatertia exceptio est: Nisi Papa permiserit & confirmauerit alienationem. 12. q. 5. c. quia Ioannes. Tricesimaquarta exceptio est: Nisi ecclesiæ conditio per alienationem melior sit facta. 12. q. 2. c. sicut ecclesia. §. fin. c. sine exceptione. Tricesimaquinta exceptio est: Nisi prælatus alienans de suis rebus tantum det ecclesiæ, quantũ est in re alienata. d. q. 2. c. si quis qualibet. & 12. q. 5. c. si episcopus. Tricesimasexta exceptio est: Nisi cum consensu capituli & solenni decreto intercueniente facta sit alienatio. c. pastoralis. 7. §. fin. de donationib. 10 q. 2. c. huiusmodi. §. quod si necessitas. 17. q. 4. c. nullus res. Nouell. 46. 67. §. quoniã verò. & 120. §. verùm enimverò. item §. & quidem si. Tricesimaseptima exceptio est: Nisi capitulum

tulum sciens alienationi non contradixerit. c. continebatur. 2. de iis quæ fiunt à prælatis. Tricesima octaua exceptio: Nisi capitulum alienationem postea ratam habuerit. c. cum nos. 3. in fine. eod. tt. Tricesimanona exceptio est: Nisi laicus decimas, quas ab vna ecclesia habet, alij ecclesiæ donauerit. c. cum apostolica. 7. eod. tt. Quadragesima exceptio est: Nisi laicus ius suũ patronatus, quod in ecclesia habet, eidem vel alij ecclesiæ contulerit. c. 1. in prin. de iure patronatus, in 6. Quadragesimaprima exceptio est, quòd quamuis alienatio facta non valeat, tamen alienans eam retractare non possit. c. inter dilectos. 8. de donationibus. Quadragesimasecunda exceptio videtur. Nisi alienatio iuramento sit firmata. Sed reprobatur c. hoc consultissimo. 2. §. contractus autem. de rebus ecclesiæ non alienandis, in 6. Quadragesimatertia exceptio videtur: Nisi longi temporis præscriptione alienatio sit firmata. Sed & hæc reprobatur d. §. contractus autem. vers. nec præscribendi etiam.

Replicationes præcedentium exceptionum generales.

Hactenus exceptiones aduersus prohibitionem alienationis rerum ecclesiasticarum exposuimus, quarum tamẽ nonnullæ supersunt replicationes generales siue communes, quæ pleriſq; istis exceptionibus obijci possunt. Harum prima est: Nisi sine consensu capituli & solenni decreto non interueniente facta sit alienatio. d. c. hoc consultissimo. 2. in princ.

vers. & casibus à iure permissis. Contra dicit tamen glossa ibidem in verbo Non concedendo. Ideoq; replicatio proposita magis videtur reprobanda, quàm approbanda. Altera replicatio est: Nisi sine consensu prælati alienatio sit facta. c. præterea. 8. & c. cum clerici. 11. de censibus. 17. q. 4. c. in venditionibus, in prin. Huius duplicatio est in c. 1. in prin. de iure patronatus, in 6. De quo dictum §. except. 40. Tertia replicatio generalis est: Nisi sede vacante nullo defensore constituto alienatio facta sit. c. 1. de rebus ecclesiæ non alienand. in 6. Quarta replicatio est: Nisi princeps aliquis secularis res ecclesiæ alienauerit. c. qui res. 2. de rebus ecclesiæ alienandis. 12. q. 2. c. de rebus. Quinta replicatio est: Nisi spirituale cum temporali sit permutatum. c. vlt. de rerum permutat. Sexta replicatio est: Nisi dispensatoribus ecclesiarũ liberisve eorum, cognatis vel adfinibus alienatio sit facta. c. cum clerici. 11. de censibus. 10 q. 2. c. huiusmodi. §. quibuscunq;. 16. q. 1. c. in canonibus. §. generaliter. Apostol. canon. 75. Concordat M. I. C. lib. 3. cap. 6. replicat. general. 2. Septima replicatio est: Nisi ipsa ecclesia seu monasterium alienetur. Quæ replicatio approbatur simul & distinguitur 16. q. 7. c. nemini. Concordant ea quæ habentur §. cap. 1. reg. 10. Sed & concordat M. I C. d. cap. 6. replic. general. 3. Octaua replicatio est: Nisi res alienata ab Imperatore ad ecclesiam fuerit profecta. 10. q. 2. c. hoc ius, in prin. Nouell. 120. §. quæ verò. Hæc de vndecima regula, eiusq; exceptionibus ac replicationi-

tionibus sint dicta. Sequuntur nunc euentus ac pœnæ prohibitæ alienationis.

XII. Regula : Euentus ac pœna prohibitæ alienationis definitur pro varietate specierum alienationis d. c. hoc ius. §. qui verò. & Noucll. 7. §. quia verò.

XIII. Regula : De pœna suspensionis & excommunicationis, & vt de suo ecclesiã indemnem præstet, cauetur c. quires. 2. c. si quis presbyterum. 6. de rebus ecclesiæ alienandis. c. hoc consultissimo. 2. §. & nihilominus, vsq; ad §. ex contractibus. eod. tt. in 6. item extrauag. comm. vnica. §. si quis autem. eod. tt. 10. q. 2. c. vlt. 12. q. 2. c. apostolicos. §. quisquis autem. c. de rebus, in fine. c. statuimus, in fine. c. episcopus, in fine. c. diaconi. vers. quod si fecerint. 16. q. 1. c. in canonibus. §. generaliter. 17. q. 4. c. omnes. c. nullus res, in fine.

XIV. Regula : De re alienata vindicanda seu restituenda, 10. q. 2. c. vlt. 12. q. 2. c. monemus, in fine. c. quisquis. §. fin. Quilibet ex clero rem repetere potest. d. c. si quis presbyterum. 6. §. fin. Concordant ea quæ proposita sunt s. reg. 9.

XV. Regula : De euictione præstanda ei, cui res alienata fuerit euicta, cauetur c. ad audientiam. 9. §. fin. de reb. ecclesiæ alienandis. 10. q. 2. c. hoc ius. §. qui verò. vers. sed aduersus eum. 12 q. 2. c. Vultetanæ. §. sit emptoribus.

XVI. Regula : Si res ecclesiastica licitè alienata est, is cui ea est alienata, tã vltra debitũ & naturam contra-

contractus vsurpare non debet. c. hoc consultissima 2. §. ex contractibus. de rebus ecclesiæ non alienandis, in 6.

XVII. Regula: De precarijs ecclesiasticis: qualiter fieri debeant, definitur 10. q. 2. c. precaria à nemine.

XVIII. Regula: De precarijs quolicet quinquennio renouandu cauetur d. q. 2. c. precario de quinquennio. & c. 1. de precarijs. Huius exceptio videtur: Nisi ita factum sit precarium, ne vnquam reuocari possit. Sed reprobatur c. de precarijs. 2. d. tt. & d. q. 2. c. de precarijs. Plura de precarijs vide j. lib. 5. cap. 3. reg. 24. cum duabus sequentibus.

DE DECIMIS, PRIMITIIS, ET oblationibus. Cap. XIII.

HActenus de rebus ecclesiasticis in genere actũ est: sequitur de ijsdem in specie. Sunt autem res ecclesiasticæ perinde ac aliæ partim corporales, partim incorporales. Incorporales sunt, veluti decimæ, primitiæ & oblationes, quæ in solis ecclesiarum bonis præcipuè numerantur c. causa. 13. in princ. de verb. signif. de quibus in hoc capite agetur & primùm de decimis.

I. Regula: De iure quo decimæ introductæ sunt, cauetur De consecrat. dist. 5. c. quadragesima. §. fin 16. q. 1. c. decimas, in prin. q. 3. c. iubemus. §. decimæ. q. 7. c. 1. §. oportet autem. c. decimas.

II. Regula: De definitione seu potius descriptione de-

de decimarum, habetur c. tua nobis. 26. §. verùm si ad. vers. qua tributa. de decimis. 16. q. 1. c. decimæ, in princ.

III. Regula: De quatuor generibus decimarum iuris veteris cauetur c. 1. in princ. d. tt. M. l. R. lib. 3. cap. 6. reg. 4.

IV. Regula: Quòd decimæ exigi possint, ac soluendæ sint, cauetur c. parochianos. 14. c. tua nobis. 26. §. verùm si ad. c. in quibusdam. 31. §. fin. de decimis. 16. q. 1. c. reuertimini, cum c. sequente. q. 2. c. admonemus. c. præcipimus. c. nam qui. q. 7. c. 1. §. oportet autem. c. quicunq; c. omnes. item dist 32. c. præter hoc. §. deinde. Huius regulæ exceptiones vide in regulis proximè sequentibus. De exigendis & soluendis decimis.

V. Regula: Sacerdotibus decimæ persoluendæ. Quæ regula ex præcedentibus patet. Cuius exceptio hæc videtur: Nisi sacerdotes mali sint. Sed reprobetur c. tua nobis. 26. §. pen. de decimis. Quib. decimæ persoluendæ.

VI. Regula: Eius ecclesiæ sacerdotibus, in qua infantes grauati baptizantur; & sacramenta grauatus percipit, decimæ sunt persoluendæ. 16. q. 1. c. de decimis. c. quæsti sunt. c. statuimus. c. in sacris. itē de Decimis c. cum contingat. 29. §. vnde inquisitioni. c. cum in tua. 30. § fin. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi consentiente episcopo alij ecclesiæ soluantur. d. c. statuimus. §. fin. & d. c. in sacris. Altera exceptio est: Nisi consuetudo loci aliud introduxerit. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur c. cum sint. 18. c. ad apostolicæ. 20. de decimis.

Tertiò

Tertia exceptio est: Nisi in alio loco prædia, ex quibus decimæ præstantur, sita sint: tunc enim illi ecclesiæ, in cuius territorio prædia sita sunt, decimæ persoluendæ. c. vlt. de parochijs. M.I.R. d. cap. 6. reg. 6. Quanquam contradicere videtur 13. q. 1. per totam. Quarta exceptio est: Nisi alius decimas præscripserit, vel iusto titulo adquisierit. c. cum in tua. 30. de decimis. Accedit M.I.R d. reg. 6. except. 1.

VII. Regula: Non alij quàm cui debentur, decimæ sunt persoluendæ. 16 q 2. c. nullus.

A quib. decimæ persoluendæ.

VIII. Regula: Ab omnibus regulariter decimæ sunt persoluendæ. c. à nobis. 24. de decimis. M.I.R. d. cap. 6. reg. 5. Cuius regulæ exceptio prima est: Nisi clerici vel alij sint religiosi; hi enim à decimis persoluendis sunt immunes. c. nouum. 2. eod. tt. 16. q. 1. c. de decimis. § fi. c. questi. c. decimas. § cæterùm. M.I.R. d. reg 5. except. 1. Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi prædia sua non proprijs laboribus vel sumptibus, sed per colonos colant: hoc enim casu à decimis immunes non sunt. d. c. questi, in fine. & d. q. 1. c. vlt. in fine. M.I.R. d except. 1. repl. 1. Altera replicatio est: Nisi clerici sint coniugati, qui ab alijs clericis spiritualia recipiunt. d. c. nouum. 2. vers. illi profectò clerici. & ibi glossa. Tertia replicatio videtur; Nisi monachi sint, quibus populus ad regendum nõ committitur. Sed reprobatur 16. q. 1. c. cunctis. §. de his verò. Quarta replicatio est in prædijs, quæ clerici & monachi à laicis comparauerunt, d. c. cunctis. § fin. cum c. sequente. item c. commissum. 4. c. nuper. 34.

de

de decimis. c. statuto. 2. §. cæterùm. eod. tt. in 6. c. quanto. 18. §. fin. de vsuris. Quinta replicatio est in prædijs conductis, c. dilecti. 8. de decimis Sexta replicatio est in prædijs veteribus, nō de nouo cultis. Quæ replicatio approbatur simul & distinguitur c. ex parte. 10. eod. tt. Declaratur c. quid per. 21. de verb. signif. Huius duplicatio prima est: Nisi de nutrimentis animalium & hortis suis: de his enim quamuis veteribus non præstantur decimæ. d. c. 10. vers. & de nutrimentis animalium. Altera duplicatio est: Nisi monachi sint Cistercienses, templarij vel hospitalarij. d. c. 10. vers. sed prædecessor noster. & c. ad audientiam 12. eod. tt. Huius duplicationis triplicatio est: Nisi clericis sui ordinis: his enim decimas debent. c. 1. §. cæterùm dicti. de verb. signif. in 6. & ibi glossa. Plures huiusmodi triplicationes vide in replicationibus præcedentibus & sequentibus: vtputa §. repl. 4. vbi de Cistercienſis ordinis monachis habetur c. nuper. 34. de decimis. item §. except. proxim. repl. 3. Tertia duplicatio est: Nisi nouale vetus factum sit. c. vltim. de priuilegijs. Hæc de prima exceptione. Secunda proposita regula exceptio est: Nisi specialiter priuilegiati sint de decimis non soluendis. c. à nobis. 24. vers. nisi à præstatione ipsarum. de decimis. M. I. R. d. reg. 5. except. 2. Cuius exemplum est §. except. proxim. replic. 6. duplic. 2. Eius autem replicatio prima est: Nisi cum priuilegium esset impetratum de immunitate noualiū, agatur de decimis noualium tempore impetrati priuilegij possessis.

c. du-

c.dudum 31.de priuilegÿs.c.ſtatuto.2.in prin.de decimis,in 6. Altera replicatio eſt: Niſi agatur de decimis ante priuilegium impetratum promiſſis. c. ex multiplici. 3. de decimis. Tertia replicatio eſt: Niſi priuilegiati per triginta vel quadraginta annos decimas ſoluerint. c. ſi de terra. 6. de priuilegÿs. Concordat ſ. lib.1. cap.3. de priuilegÿs, reg.3. except.6. M.I.R.d.except.2.repl.2. Quarta replicatio eſt: Niſi in certis rebus priuilegiati de alÿs rebus conuenian-tur.d.c.ſtatuto.2.§.diœceſani. Huius exemplū habetur c.ex parte.10.§.fin.c.licet.11. de decimis. Cui concordant ea quæ propoſita ſunt ſ.except.1. repl.1. Quinta replicatio eſt in prædÿs conductis, c. in quibuſdam.32.de decimis.25.q.2.c.vlt.§.fin. Sexta replicatio videtur in prædÿs poſtea adquiſitis & nualib.Sed reprobatur c.quia circa.22.de priuilegÿs. c. ex parte. 27. de decimis. Septima replicatio eſt: Niſi princeps aliquis laicus priuilegium immunitatis conceſſerit.c.tua.25. in prin. eod.tt. Octaua replicatio eſt: Niſi priuilegiatorū bona nimium creuerint.c. ſuggeſtum.9 eod.tt.Hæc de ſecunda exceptione. Tertia exceptio videtur in Iudæis, qui miniſterio eccleſiaſtico Chriſtianorū non vtūtur.Sed reprobatur c.de terris.16 de decimis.c.quāto.18.§.fi. de vſuris. Quarta exceptio eſt in leproſis, c. cū dicat.2. §.fin. de eccleſiis ædificandis. Hæc de octaua regula.

IX. Regula: Vtrum dominus an colonus decimas ſoluere teneatur, definitur c.tua nobis.26.§.& cum de cunctis de decimis.

X. Regula: De omni fructu tam mobilium quàm immobilium rerum decimæ sunt persoluendæ. d. §. & cum de cunctis. & c. peruenit. 5. item c. nuncios. 6. c. exparte. 21. c. non est 22. & c. ex transmissa. 23. eod. tt. item 16 q. 7. c. quicunq; 9. omnes, in princ. Huius regulæ exceptio prima videtur in fructu prædiorum, quæ quis ita comparauit, ne ex ijs solueret decimas. Sed reprobatur 16. q. 1. c. si quis laicus. c. de decimis. §. sed & illa. Altera exceptio videtur in fructibus, quorum decimæ per multos annos nõ sunt solutæ. Sed & hæc reprobatur c. cum in tua. 30. de decimis. Tertia exceptio videtur in fructibus noualium. Sed & hæc reprobatur c. quoniam. 13. & c. ex parte. 27. eod. tt. Quarta exceptio videtur in fructibus seu lucris artificiorum, negociationis, vel militiæ. Sed & hæc reprobatur c. pastoralis. 28. §. ad quod respondemus. vers. & de residuo. eod. tt. 16. q. 1. c. decimæ. §. de militia. Quinta exceptio videtur in censibus ac tributis. Sed & hæc reprobatur c. cum non sit. 33. §. fin. vers. vel saltem hi. de decimis.

De quibus rebus decimæ persoluendæ?

XI. Regula: Decima pars omnium frugum debetur. c. 1. in princ. & c. cum homines. 7. de decimis. M. 1. R. d. cap. 6. reg 7.

Quantum decimarũ nomine soluendum.

XII. Regula: Non deductis expensis decimæ persoluendæ. d. c. 7. & c. nõ est. 22. §. fin. vers. antequam vllas. c. tua nobis. 26. c. pastoralis. 28. eod. tt. Huius regulæ exceptio est: Nisi ex lucro pecuniæ negociationis decimæ sint persoluendæ. d. c. 28. vers. licet circa res adquisitas.

XIII. Regula: Decima beneficiorū alicui concessa, ei debetur secundum taxationem eius loci consuetam, & monetam currentem. Clem. si beneficiorū. 2. in pr. de decimis. extrauag. com. vnica, eod. tt.

Quādo decimæ persoluendæ.

XIV. Regula: Statim collectis fructibus decimæ soluendæ. c. cum homines. 7. d. tt.

XV. Regula: Ante solutionem tributorum ac censuum decimæ soluendæ c. cum non sit. 33. d. tt.

Euentus solutionis decimarum.

XVI. Regula: De nihil dando pro decimis cauetur 16. q. 7 c. decimas.

XVII. Regula: Vt captis pignoribus decimæ exigantur. Hæc regula recipit exceptionē in calicibus, libris & ornamentis ad diuinum cultum deputatis, Clement. si beneficiorum 2. §. nec per. de decimis.

XVIII. Regula: De pœna excommunicationis non soluentium decimas cauetur 16. q. 7. c. omnes. §. fin. Concordant ea quæ habentur S. reg. 4.

XIX. Regula: Cum decimæ non soluuntur, annonæ caritas & indictio fisci euenit. 16. q. 1. c. reuertimini. §. quia mihi q 7. c. maiores.

XX. Regula: De pœna fraudis, quæ fit ab exemptis circa decimas, cauetur Clem. 1. de decimis. Hæc de soluendis decimis sunt dicta.

De distribuēdis decimis.

XXI. Regula: De persona distribuentis decimas & modo cauetur 16. q. 7. c. 1. §. has vero decimas. dist. 32. c. præter hoc. §. deinde. vers. & vt ipse. Plura de distribuendis decimis vide S. cap. 8. q. 8. reg. 46. cum reg. sequente. item quæst. 10. reg. 1. cum sequentib.

De conse-

XXII. Regula: Laicis decimæ non sunt conferenda.

rendis decimis.

renda. c. ad hæc. 15. c. quamuis. 17. & c. prohibemus. 19. de decimis. l. q. 3. c. peruenit. 16. q. 1. c. vlt. §. quod autem q. 3. c. iubemus. §. item decimæ. q. 7. in princ. §. laici autem. c. 1. in princ. M. l. R. lib. 3. cap. 6. reg. 8. Huius regulæ exceptio: Nisi episcopus loci consenserit. d. §. quod autem, vers episcopo tamen loci. Contradicit tamen d. q. 7. c. peruenit. M. l. R. d. reg. 8. except. 1.

XXIII. Regula: Monachis decimæ concedi possunt. 16. q. 1. c. vlt. in princ.

XXIV. Regula: Laici decimas alijs conferre non possunt. c. dudum. 31. & c. vlt. de decimis.

Quid quãtumq; censeatur esse collatum?

XXV. Regula: Decimis collatis, noualium decima non debetur. c. tua. 25. §. fin. c. cum contingat. 29. de decimis. & c. statuto. 2. §. fin. d. tt. in 6.

XXVI. Regula: Priuilegium decimas noualium concedens pro ea portione, qua veteres contingunt priuilegiatos, quid quantumq; contineat, definitur d. c. statuto. 2. in prin.

XXVII. Regula: Priuilegiati super decimis recipiendis, ecclesijs parochialibus gratis assignare debent portionem pro debitis oneribus supportandis. d. c. statuto. 2. §. vbi autem. Hac de decimis. Sequitur de primitijs & oblationibus.

DE PRIMITIIS.

XXVIII. Regula: Origo primitiarum exponitur c. 1. §. at vero. de decimis.

XXIX. Regula: Primitiæ perinde ac decimæ sacerdotibus sunt soluendæ. distin. 32. c. præter hoc.

§. deinde. Quantum autem primitiarum nomine soluendum, definitur d. §. at verò. vers. traditionem quoque.

XXX. Regula: Primitiæ perinde ac decimæ sunt in dispositione episcopi. d. §. deinde. vers. & vt ipsæ.

XXXI. Regula: Pomorum primitiæ episcopo & presbyteris domum mittuntur, non super altare. Apost. canon. omnium. 4.

XXXII. Regula: Primitiæ inter diaconos & alios clericos diuidendæ. d. c. omnium. 4. §. manifestum.

DE OBLATIONIBVS.

XXXIII. Regula: Definiuntur oblationes c. causa. 13. §. oblationes. & c. cum inter. 29. de verb. signif. 12. q. 1. c. videntes. vers. ipse enim.

XXXIV. Rgula: Solius ecclesiæ bona sunt primitiæ, decimæ & oblationes. d. c. 13. in princ.

XXXV. Regula: Ad missarum solennia omnes aliquid Deo debent offerre. De consecrat. distinct. 1. c. omnis Christianus. Concordat 16. q. 1. c. reuertimini. Item pro eo qui pœnitens morte præuentus est, antequam sacerdotem habere potuit à quo absolueretur, oblationes sunt faciendæ, per ea quæ habentur 3. reg. 41. except. 1.

XXXVI. Regula: Semel oblatum Deo non est reuocandum nec retinendū. 17. q. 4. c. sunt qui opes, cum c. sequente Sacrilegium. 13. q. 2. c. clerici.

XXXVII. Regula: Excommunicantur, qui defuncto-

functorum oblationes retinent, nec soluunt. 13. q. 2. c. qui oblationes. c. qui oblationes. c. clerici.

XXXVIII. Regula: Oblationes dissidentium fratrum non accipiendæ. distinct. 90. c. oblationes. c. neque.

XXXIX. Regula: Oblationes eorum qui pauperes opprimunt, non accipiendæ. d. c. oblationes. & c. eorum. eod. dist. 90.

XL. Regula: Oblationes ex rebus turpiter quæsitis non accipiendæ. 14. q. 5. c. immolantis. Vide item ff. de eleemosynis. Contradicit d. q. 5. c. scriptū. §. econtrà. Soluitur hæc obiectio ibidem c. sequente Dixit.

XLI. Regula: Oblationes iniustorum non accipiendæ. d. c. scriptum.

XLII. Regula: Oblationes eius qui filium suum exhæredauerit, non accipiendæ. 17. q. 4. c. vltim. in princ.

XLIII. Regula: Oblationes excommunicati vel pro excommunicato factæ non sunt recipiendæ. Quæ regula approbatur simul & distinguitur per ea quæ proposita sunt ff. lib. 1. cap. 8. quæst 10. reg. 18. Sed & huius regulæ exceptio est: Nisi excommunicatus pœnitens, antequam absolueretur, morte fuerit præuentus, dum sacerdotem inuenire non potuit. 26. q. 6. c. si aliquis, in princ. & q. 7. c. sacerdos. §. pœnitentes verò. Vide insuper plures exceptiones ff. lib. prox. cap. 7. de eleemosynis, reg. 7.

XLIV. Regula: Religiosis seu monachis oblatum episcopus vsurpare non debet. c. nimis. 16. de excessibus prælator.

XLV. Regula: Oblationes ad dispositionem episcopi pertinent, sine cuius consensu ab alijs non sunt vsurpandæ. 16. q. 1. c. in canonibus. c. quia iuxta. §. cum ergo.

XLVI. Regula: Oblationes laicis non concedendæ. c. causa. 13. quicunq; igitur. de verb. signif. 10. q. 1. c. quia sacerdotes. c. sanctorum. c. hanc consuetudinem. Concordant item ea quæ habentur §. reg. 22.

DE IVRE PATRONATUS.

Cap. XIV.

HActenus de decimis, primitijs & oblationibus actum est. Nunc de iure patronatus dicemus.

I. CAVSAE EX QVIBVS IVS patronatus competit.

I. Causa: Ex constructione ecclesiæ consensu episcopi facta competit ius patronatus. c. nobis. 25. in princ. de iure patronatus.

II. Causa: Successione quoq; adquiritur hoc ius, de qua re §. quæst. prox. reg. 1. dicetur.

III. Causa: Ex cessione hoc ius non competit, de qua re ibidem reg. 2. dicetur.

II. QVI-

II. QVIBVS COMPETIT ius patronatus.

I. Regula: De successore vniuersali, vt vasallo. Ad hunc ius patronatus transit cum vniuersitate. c. ex literis. 7. de iure patronatus. Idem est de liberis & propinquis patrono succedentibus. 16.q.7.c.filijs. M.I.R.lib.3.cap.6.reg.16.

II. Regula: De eo cui patronus ius suum cessit vel alienauit. Huic non competit.c.quod autem.5. §.fin.& c.quia clerici. 6. c.illud.8. in princ.c. cum pastoralis.11.c. de iure.16.c.praeterea.23. de iure patronatus,16.q.7.c.quicunq;. §. hic autē distinguendum.M.I.R. d.cap.6.reg.17. Planè propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi loco religioso cesserit.d. c.illud.8.verſ. licet religioso. item c.vnico, in princ. de iure patronatus, in 6. M.I.R. d. reg 17. except 2. Huius exceptionis replicatio est: Nisi sine consensu episcopi loco religioso ius patronatus sit concessum. c.quod autem.5.§.fin.c.cura pastoralis.11.& c. nullus laicus.17.de iure patronatus. M.I.R. d.except.2. repl.1. Contradicit d.c.vnicum,in prin.eod.tt.in 6. Planè propositæ replicationis duplicatio est: Nisi episcopus postea ratum habuerit quod gestum est, vel locus cui concessum est, præscripserit. Quæ duplex duplicatio approbatur d.c.cum pastoralis.11. Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi frater fratri cohæredi ius suum cesserit. c. ex insinuatione. 14. d. tt. de iure patronatus.

III. QVAE SINT IVRA patronatus?

1. Regula: De iure præsentandi. Vacante ecclesia, non nisi ad præsentationem patroni aliquis est instituendus vel ordinandus. 16. q. 5 c. 1. §. ædificatori verò. q. 7. c. quicunque. §. fin. c. decernimus. c. monasterium. verſ. liceat q. item c. illud. 8. §. fin. & c. ex insinuatione. 14. c. nobis. 25. §. cæterùm. verſ. ſecus tamen. de iure patronatus. Concordant item ea quæ habentur S. *cap. 4. quæſt. 6. reg. 8. M. I. R. d. c. 6. reg. 21. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Niſi conuentualis eccleſia ſit quæ vacat. Quæ exceptio approbatur d. §. cæterùm. Concordant ea quæ propoſita ſunt* S. *cap. 10. quæſt. 2. reg. 5. M. I. R. d. reg. 21. except. 1. Altera exceptio est: Niſi patronus aliquem antea præſentauerit, vel eccleſiæ ei conceſſerit. Hæc exceptio approbatur quidem ipſo iure; M. I. R. d. reg. 21. except. 2. verùm eius replicatio prima est: Niſi eccleſia nondum vacante aliquem præſentauerit, vel eccleſiam alicui conceſſerit: hoc enim caſu vacante poſtea eccleſia non prohibetur alium præſentare. c. illud. 8. in prin. de iure patronatus. Altera replicatio est: Niſi antea ignorante vel non conſentiente epiſcopo eccleſiam alicui conceſſerit. Quæ replicatio approbatur c. cum laici. 10. c. ſuggeſtum. 20. & c. vltim. d. tt. Hæc de ſecunda exceptione, eiusq. replicationibus ſint dicta. Tertia propoſita regulæ exceptio videtur: Niſi epiſcopus loci alium antea ad titulum fecerit ordinari. Hæc exceptio repro-*

reprobatur c. postulasti. 30. d. st. de iure patronatus. Quarta exceptio est: Nisi cum patronus clericus esset, legatus Pontificis præsentationem sibi reseruauerit. c. dilectus. 6. de officio legati. de quare vide plura S. c. 7. reg 22. Quinta exceptio est: Nisi intra tempus constitutũ, postquam ecclesia vacare cœpit, neminem præsentauerit. Hac exceptio approbatur c. sicut. 2. §. fin. de supplenda negl. prælator. M. I. R. d. reg. 21. except. 3. Tempus autem præsentandi laicis quidem patronis constitutũ est quatuor mensium, ecclesiasticis verò sex mensium. c. vnico. §. verum licet. de iure patronatus, in 6. Sexta exceptio est: Nisi cõtrouersia sit de iure patronatus, quæ intra tempus præsentationi constitutũ non fuerit finita. Hac exceptio approbatur c. quoniam. 3. §. fin. c. si verò. 12. c. eam te. 22. & c. cum propter. 27. de iure patronatus.

II. Regula: Ex pluribus patronis singuli alternis vicibus præsentare possunt. Clement. plures. 2. §. & vt facilius. de iure patronatus.

III. Regula: Plures possunt præsentari, vt ex ijs episcopus vnum eligat. d. Clement. plures. 2. §. fin.

IV. Regula: Qui & quales præsentandi, vide S. cap. 4. quæst. 2. & cap. 7. reg. 4. cum sequentibus.

V. Regula: Seipsum vel liberos suos patronus præsentare non potest. c. consuluit. 15. & c. per nostras. 26. de iure patronatus. Concordant ea quæ habentur S. cap. 7. reg. 12.

VI. Regula: Patronus à præsentato nihil potest exigere temporale, nisi quod in ipsa fundatione

constat impositum. c. præterea. 23. de iure patronatus. c. sicut. 2. de supplenda negl. prælator.

VII. Regula: Si in præsentando patroni discordent: præfertur sententia maioris partis. c. quoniam. 3. de iure patronatus. M. I. R. d. cap. 6. reg. 22. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi sine scãdalo maioris partis sententia præferri non possit: tunc enim episcopus pro suo arbitrio ordinare aliquem potest. d. c. quoniam. 3. §. si autem hoc. Altera exceptio est: Nisi ex pluribus patronis vnus decesserit pluribus hæredibus relictis: tunc enim isti hæredes omnes vnus duntaxat vocem habent. Clement. plures. 2. in princ. eod. tt.

VIII. Regula: Si propter discordiam patronorum ecclesia caret administratore: cessatur in ecclesia à diuinis, tolluntur reliquiæ, & ostia clauduntur, si aliter sine scandalo ecclesiæ prouideri non potest. c. 1. cum c. sequente. de iure patronatus. 16. q. 7. c. si plures.

IX. Regula: Præsentatus à patrono, si est idoneus, ab episcopo est recipiendus. c. significasti. 18. de iure patronatus. Hæc de præsentationis iure, quod patrono competit.

X. Regula: Ius instituendi ac destituendi patronus in ecclesia non habet. c. præterea. 4. c. quod autẽ. 5. §. fin. c. querimoniam. 9. c. cum laici. 10. c. consuluit. 15. & c. suggestum. 20. de iure patronatus.

XI. Regula: Bona ecclesiæ ratione iuris patronatus administrare non potest. d. c. præterea. 4. vers.

possess-

possessionem quoq;. 10.q.1.c. sic quidam.c.nouerint.

XII. Regula : Cedere alteri ius suum vel ecclesiam patronus non potest, per ea quæ proposita sunt S. quæst.prox.reg.2.

XIII. Regula : Patrono debetur processionis honor c.nobis.25.§.fin.de iure patronatus.16.q.7.c.piæ mentis, in fine.& c.Frigentius, in fine.

XIV. Regula : Si patronus eiúsve liberi ad inopiam vergant, ab ecclesia illis est succurrendum. d. c.nobis.25.§.fin.& d.q.7.c.quicunq;.

XV. Regula : Patronus nihil proprij iuris in ecclesia habet, nec potest eius reditus in suos vsus conuertere.d.c.piæ mentis, in fine.& d.c. Frigentius, in fine.& d.c quicunq;.§.fin.item d.q.7.c.filys.§.ipsis tamen haeredibus. item c. sicut. 2. de supplenda neglig.prælatorum.

XVI. Regula : Prouidentia & admonitione episcopi à patrono ecclesiæ honorari debent.16.q.7.c. considerandum.

XVII. Regula : Sine consensu patroni ecclesia vel eius dispositio non potest mutari. d.q.7.c. monasterium.& c.rationis.

XVIII. Regula : Patronus habet ius prouidendi, & sollicitudinem pro ecclesia. d.q.7.c. quicunq;.§. fin.c.filys.c.decernimus.

XIX. Regula : Ecclesia inter haeredes patroni nõ est diuidenda.c.1.in prin.de iure patronatus.

XX. Regula : Alienato iure patronatus, non minuitur in ista ecclesia ius episcopale. c. cum seculũ. 13.d.tt. Hac de iure patronatus.

DE

DE REBVS ECCLESIASTICIS corporalibus in specie.

Cap. XV.

HActenus de rebus ecclesiasticis incorporalibus in specie actũ est: quanquam inter eas etiam referri poterant priuilegia ecclesiarum. Sed de ijs actum est §. cap. 1. Nunc eodem modo de corporalibus rebus agemus, quæ partim mobiles sunt, partim soli seu immobiles. De hisce primum, postea de illis in hoc capite tractabitur.

DE ECCLESIIS ÆDIficandis.

I. Regula: Non propter quæstum, sed propter sanctorum patrocinium ecclesiæ sunt ædificandæ. de consecrat. dist. 1. c. si quis basilicam.

II. Regula: Si populus ecclesia indigeat, potest ædificari, iuramento de rebus ecclesiæ non alienandis non obstante. c. vlt. de ecclesiis ædificandis.

III. Regula: Leprosi peculiarem sibi ecclesiam possunt ædificare. c. cum dicat. 2. d. tt.

IV. Regula: Si pagus à sua parochia longius distet, potest sibi peculiare oratorium ædificare. c. ad audientiam. 3. d. tt.

V. Regula: Ne sine consensu episcopi noua ecclesia ædificetur. c. cum olim. 14. §. insuper ecclesias. de priuilegijs. c. authoritate. 4. in prin. eod. tt. in 6. 18. q. 2. c. de monachis. c. cellulas. c. nullus. item De consecrat.

fecrat. dist. 1. c. omnes basilicæ. §. vbi autem plures. c. nemo ecclesiam. Nouell. 67. §. deinde.

VI. Regula: De sumptibus & reditibus prius decernendis, quibus ecclesia eiusq; ministerium sustentari queat, d. c. nemo ecclesiam. vers. & antè præfiniat. c. 1. in prin. de censibus. 1. q. 2. c. 1. §. hoc tamen. 16. q. 7. c. pia mentis. vers. collata prius.

VII. Regula: De sumptibus ex reditibus ecclesiæ ad nouum opus conferendis, c. de his. 4. de ecclesiis ædificandis. Ne autem vltra quinquagesimam vel centesimam partem ex reditibus ecclesiæ ad nouum opus conferatur, cauetur c. apostolicæ. 9. de donationibus. 16. q. 1. c. ecclesiæ. c. quicunq;. c. de decimis. §. 1. c. decimas. §. quod autem. c. plures. §. finem c. sequente.

VIII. Regula: De aréa, in qua ædificandum est, prius consecranda cauetur De consecrat. dist. 1. c. nemo ecclesiã, in prin. M. I. C. lib. 3. cap. 6. de monasterio ædificando, quæst. 1. reg. 1. Vtri hoc casu ius consecrandi competat, definitur c. 1. de religiosis domib.

IX. Regula: Absq; præcepto sedis apostolicæ non dedicandum, per ea quæ j. lib. proxim. cap. 4. reg. 21. dicentur.

X. Regula: Ne aliquid pro dedicatione exigatur. 1. quæst. 2. c. 1. in prin.

XI. Regula: De loco in quo ædificanda ecclesia. In loco congruo & vtili. de consecrat. distinct. 1. c. ecclesias per congruã. item 16. q. 7. c. ecclesias per congruã.

XII. Re-

XII. Regula: Maior ecclesia per circuitum quadraginta passus habere debet, minor triginta. 17. q. 4. c. sicut antiquitus, in princ.

XIII. Regula: Claustra iuxta ecclesiam constituenda. 12. q. 1. c. necessaria, in princ.

XIV. Regula: In atrio ecclesiæ non nisi clericorum ædificia ponenda. 12. q. 1. c. nulla.

XV. Regula: De monasterio fœminarum longius à virorum monasterio ædificando, 18. q. 2. c. monasteria.

XVI. Regula: Priuilegia nouæ ecclesiæ impetrari non possunt, antequam clerici vel monachi in eo existant. c. ad audientiam. 5. §. fin. de ecclesiis ædificandis.

XVII. Regula: Ne per nouam ecclesiam veteri parochiali præiudicetur, neq; ea dehonestetur. c. cũ dicat. 2. §. caueant. c. ad audientiam. 3. vers. prouidens tamen. d. tt.

XVIII. Regula: Nouum opus cum sua dote ad ordinationem episcopi pertinet, per ea quæ proposita sunt §. cap. 8. quæst. 10. reg 1.

XIX. Regula: De ecclesia ædificata dedicanda & consecranda, 16. q. 7. c. piæ mentis. c. Frigentius.

XX. Regula: De refectione ecclesiarum. Omniũ sumptibus, qui in ijs beneficia obtinent, reficienda. c. 1. de eccles. ædificandis.

XXI. Regula: De ecclesiis superfluis destruendis, de consecrat. dist. 1. c. omnes. §. vbi autem plures. c. ecclesiæ, in fine.

XXII.

XXII. *Regula*: *In domibus ecclesiarum non debet iudex laicus iudicare, nec hospitium vindicare. c.1. de immunitate eccles. c. decet. 2. §. cessent in eccles. eod. tt. in 6.*

XXIII. *Regula*: *In templis, cœmeteriis & alijs locis ecclesiæ causæ sanguinis agi non debent. c. cum ecclesia 5. de immunitate eccles. & d. c. decet. 2. §. cessent in eccles.*

XXIV. *Regula*: *De portis monasteriorum claudendis cautur c. 1. §. & quoniam parum. de statu regularium, in 6. Concordat M. I. C. lib 3. cap. 2. reg. 10. De templis claudendis cauetur l. 1. in princ. C. de sacrif. paganor.*

XXV. *Regula*: *Supellex in templis reponi non debet, nisi necessitate cogente. c. relinqui. 2. de custodia eucharistiæ.*

XXVI. *Regula*: *Mulier quæ menstrua patitur, templum intrare prohibebatur distinct. 5. in prin. §. item mulier. Quod tamen mutatur d. distinct. 5. c. vlt. §. quæ tamen muler.*

XXVII. *Regula*: *Mulieres post partum intra certos dies templum ingredi prohibebantur d. dist. 5. in princ. §. in lege namq;. & c. cum enixa. Tollitur hæc regula d. §. in lege namq;. vers. nunc autem statim. & d. dist. 5. c. si mulier. c. vnico, de purificatione post partum.*

XXVIII. *Regula*: *Qui per somnum visus est sibi coire, vsq; ad vesperam ecclesiam ingredi prohibebatur c. 1. in prin. dist. 6.*

XXIX. Re-

XXIX. Regula : Baptisterium in monasterio nõ permittitur fieri. 8.q.2.c.pridem.

XXX. Regula: Ne in templis aliud agatur, quàm quod diuinis ministerijs conuenit. dist. 42. c. non oportet. c. nulli. c. oratorium c. vlt.

XXXI. Regula: Quæ in ecclesijs agenda vel non agenda, definiuntur per iam proposita: sed & definiuntur c. decet. 2. de immunitate ecclesiarum, in 6.

DE ORATORIIS PRIVATIS.

XXXII. Regula: Oratoria priuata permittuntur certo modo De consecrat. dist. 1. c. vnicuiq;.

XXXIII. Regula: In oratorijs priuatis campanæ publicæ haberi non debent. c. patentibus. 10. de priuilegijs.

DE ALTARIBVS.

XXXIV. Regula: De altaribus sine permissu episcopi non erigendis, de consecrat. dist. 1. c. nullus presbyter.

XXXV. Regula: De altarib. superfluis destruendis, d. dist. 1. c. ecclesiæ, in fine.

XXXVI. Regula: De altaribus sine sanctorum reliquijs institutis, rursus destruendis, d. distinct. 1. c. placuit.

DE SACRARIO.

XXXVII. Regula: Sacrarium ingredi prohibentur subdiaconi & ministri non sacrati, dist. 23. c. non oportet subdiaconos. & c. non oportet insacratos. Hæc de rebus ecclesiasticis immobilibus sint dicta; nunc de mobilibus dicendum.

DE

DE CAMPANIS.

XXXVIII. *Regula: Religiosi mendicantes plures campanas habere prohibetur, exceptis certis casibus, c. vnico, de officio custodis, in extrauag. comm.*

DE IMAGINIBVS SANctorum.

XXXIX. *Regula: De imaginibus sanctorum non violandis, de consecrat. distin. 3. c. perlatum. M. I. R. lib. 3. cap. 6. reg. 28.*

XL. *Regula: Imagines sanctorum memoria sunt & recordatio præteritorum. d. dist. 3. c. venerabiles.*

DE SACRAMENTIS.

XLI. *Regula: Eucharistia & chrisma debent fideliter sub clauibus custodiri. c. 1. de custodia eucharistiæ. Pœna non bene custodientis proponitur De consecrat. distin. 2. c. qui bene.*

XLII. *Regula: Eucharistia in loco singulari mundo & signato semper honorificè debet conseruari. c. sanè 10. in prin. de celebrat. missar.*

XLIII. *Regula: De vasculis eucharistiæ, ne sint lignea, sed aurea, vel argentea, aut saltem stannea, de consecrat. distin. 1. c. vasa. c. vt calix, item c. vlt. de celebrat. missarum. Plura de sacramentis vide 3. lib. prox. cap. 3.*

DE AQVA LVSTRALI.

XLIIII. *Regula: De ratione & vsu aquæ lustralis, habetur De consecrat. distinct. 3. c. aquam. & distin. 4. c. nec quenquam. Ante sacramentum, non post, aqua ista est sumenda. d. dist. 4. c. in sabbatho.*

DE RELIQVIIS SANctorum.

XLV. Regula: Publicè venerari reliquias nemo debet, nisi prius authoritate Papæ fuerint approbatæ. c. 1. & c. vltim. §. inuentas autem. de reliquijs.

XLVI. Regula: De reliquijs extra capsam non ostendendis, nec venalibus exponendis, cauetur d. c. vlt. in prin. l. 3. C. de sacrosanctis ecclesijs.

XLVII. Regula: Ne occasione reliquiarum homines varijs figmentis, aut falsis documentis decipiantur. d. c. vlt. §. fin.

XLVIII. Regula: De reliquijs transferendis. Ex quibus causis transferenda? de consecrat. distin. 1. c. tribus ex causis.

XLIX. Regula: Ne sine authoritate principis, episcoporum, vel synodi transferantur, cauetur d. distinct. 1. c. corpora.

L. Regula: Ne ad loca prophana transferantur. l. 26. C. de episcopis & clericis.

DE VASIS ET VESTImentis ecclesiæ.

LI. Regula: Vasa & vestimenta ecclesia debent munda reponi. c. vlt. §. sunt & alij. & §. præcipimus. de custodia eucharistia.

LII. Regula: De vestimentis sacris lauandis, de consecrat. distinct. 1. c. nemo per. §. pallas verò. item distin. 4. c. omnis presbyter. in fine.

LIII. Regula: De ijs custodiendis cauetur d. §. pallas verò. vers. idcirco intra.

LIIII. Re-

LIIII. Regula: De non tergendis manibus ad vela vel vestimenta sacra. d. c. nemo. §. fin.

LV. Regula. De vasis & vestimentis sacris non nisi à sacratis hominibus contrectandis. d. distinct. 1. c. in sancta. c. vestimenta item distinct. 23. c. non oportet subdiaconos. c. non oportet insacratos, cum duobus sequentibus. Nec à sacratis mulieribus contrectanda. d. distinct. 23. c. sacratas.

LVI. Regula: De vs ad alios vsus, quàm quibus dedicata sunt, non transferendis, d. c. vestimenta. & d. distin. 1. c. ad nuptiarum. Huc pertinet de mortuis non obuoluendis vestimentis altaris. d. distin. 1. c. nemo per. in prin.

LVII. Regula: De vestimentis nouis comparandis, d distinct. 1. c. nemo per. §. pallas verò. verf. sed peluis noua.

LVIII. Regula: De materia panni altaris cauetur d. distin. 1. c. consulto.

LIX. Regula: De vestimentis & vasis sacris vetustate consumptis incendendis, d. distin 1. c. altaris.

DE LIGNIS ECCLESIAE destructæ, vel ecclesiæ dedicatis.

LX. Regula: De lignis ecclesiæ destructæ vel ecclesiæ dedicatis ad laicorum vsus non transferendis cauetur d distinct. 1. c. ligna. Hæc de rebus ecclesiasticis corporalibus sunt dicta. De quibus videplura M. I. C. lib. 3. cap. 6.

LIBRI TERTII FINIS.

METHODI IVRIS PONTIFICII

LIBER IIII.

DE ACTIBVS ECCLESIASTICIS.

HACTENVS de personis & rebus ecclesiasticis tam in genere, quàm in specie actum est. Superest vt de actibus ecclesiasticis agamus.

DE FIDE ET DOCTRINA Christiana, necnon de concionibus & orationibus.

Cap. I.

I. QVID CREDENDVM AC docendum sit?

PRima regula: De libris qui sequendi sunt, vide 1. quæst. 3. reg. 5.

II. Regula: De canonibus apostolorum cauetur distin. 16. c. sexaginta. c. Clementis. c. placuit. c. Isidorus. c. sextam. c. habeo. c. quoniam. Contradicit d. distinct. 16. in prin. cum c. sequente: item d. c. Clementis.

III. Regula: De decretis quatuor conciliorum cauetur distin. 15. c. 1. c. sicut. c. sancta. item distin. 16. c. sancta. c. sexta. c. septuaginta. c. viginti. item M. l. C. lib. 3. cap. 7. de fide, reg 3.

IIII. Re-

IIII. Regula: De aliorum præter ista quatuor conciliorum decretis cauetur distinct. 15. c. sicut. §. quintum verò. c. sancta. §. sed etsi qua. item distin. 16. c. sancta. c. sexta. c. prima. c. vltim. Vide item ī. cap. de concilijs.

V. Regula: De sexta synodo cauetur distinct. 16. c. sextam. c. habeo. c. quoniam.

VI. Regula: De decretis ac rescriptis Pontificum vide S. lib. 1. cap 3. de canonib. reg. 4. item cap. 4.

VII. Regula: De trinitate quid sit credendum, definitur c. 1. in prin. vsque ad §. vna verò est. item De consecrat. dist. 3. c. vlt. Vide item S. lib. proxim. cap. 11. de Christo & de spiritu sancto. item M. I. C. lib. 3. cap. 7. de fide, reg. 2.

VIII. Regula: De sancta Maria, quòd in peccato mortali non sit concepta, & de festo conceptionis habetur c. grauem. 2. de reliquijs sanctorum, in extrauag. com.

IX. Regula: De anima, Clement. 1. §. porrò doctrinam. de summa trinitate. 32. q. 2. c. quod verò. §. hic de anima. c. Moyses. de pœnitent. dist. 1. c. resuscitatus. dist. 2. c. illa anima.

X. Regula: De prædestinatione quid sit credendum vel sentiendum, differitur 23. q. 4. c. cum quisque. §. est & alia. c. sicut non. c. obtineri. c. Nabuchodonosor. c. vasis. item De pœnitent. distinct. 2. c. firmum. c. nullus. c. talibus. c. si enim. §. fin. c. Apostolus. c. mirandum. c. multi. c. citius. c. vlt. in princ. vsq; ad §. charitas. item De pœnitent. distin. 4. c. si

desint opera. d. q. 5. c. hoc solum. c. qui sitit. §. fin.

XV. Regula: De operibus. Et hæc iustificant, si bona sint. de pœnitent. distinct. 3. c. pium est. c. si quando. c. cauendum. c. quid ergo. c. vltim. in princ. Exceptio prima est: Nisi virginitatem seu continentiam non seruauerit. d. c. hoc solum. Altera exceptio est: Nisi mens ab iniquitate, & ab obtrectationibus linguæ non cohibeatur. de consecrat. dist. 5. c. nihil enim, cum duob. cc. sequentibus.

XVI. Regula: De eleemosyna iustificante, 13. q. 2. c. anima, in prin. §. vbi illud etiam. c. tempus. §. neq; negandum. de pœnitent. dist. in. 1. c. medicina. c. medicamentum. Vide item 1. cap. 7. de eleemosynis.

XVII. Regula: Si malè quæsitis bene vtatur, per hoc non iustificatur. 14. q. 5. c. neq; enim. c. deniq;.

XVIII. Regula: Si oret Pater noster, iustificatur. de pœnitent. distin. 3. c. de quotidianis.

XIX. Regula: Si offerat se pro populo, remissionem peccatorum consequitur. d. dist. 3. c. illud verò.

XX. Regula: Si moriatur in bello contra hæreticos ac infideles, iustificatur. 23. q. 5. c. omnium. q. 8. c. omni timore.

XXI. Regula: Si in hac vita pœnam sustinuerit, iustificatus per hoc est in altera vita. Quæ causa seu regula approbatur simul & distinguitur d. q. 5. c. quid ergo. de pœnitent. distin. 3. c. sunt plures. §. authoritas illa. c. ignis succensus. c. quærat.

XXII. Regula: De igne purgatorio, habetur c. vnum. §. vnde Augustinus, vsque ad finem. c. qualis.

LIIII.Regula: Assumens vnitur Christo,& consequitur vitam aternam.d.distin.2.c.quid est Christum.c.Christus panis.c.qui manducant.c.credere. c.commendauit.c.hoc sacramẽtum.c.reuera. §.ista autẽ esca.c.omnia.vers.& cum dignè.c.in Christo.

LV.Regula: Per eucharistiã benedicimur,asscribimur in cœlo,de visceribus Christi esse censemur,à bestiali sensu exuimur, &c.d. distinct. 2.c. vtrum. §.hanc igitur.

LVI. Regula: De pœnâ non communicantium, habetur d.distin. 2.c. si quis intrat.c.seculares. c.hi qui intrant.c.omnis homo. Hæc de eucharistia.

III. DE BAPTISMATE.

I. Regula: Ratio & vsus baptismatis proponitur De consecrat.dist.4.c.1.c.si baptizata. c. quisquis.

II. Regula: Efficit baptismus, ne peccatum baptizato obsit,sed proficit ei ad salutem.d distin.4. c.2.c.quod autem.c.ex quo instituta. c.filius Dei, in prin.c.vt ostenderet. c.à paruulo.c.quisquis. c. non ex quo.§.item meminisse.item c.1. §.sacramẽtum. de summa trinitate.Clement.1.§ ad hoc.vers.quod celebratum.eod.tt.& c.maiores 3.in prin.vers.sed per sacramentum baptismi. de baptismo. item distin.26.c.deinde. §.sed obijcitur. & c.vna tantùm. vers.sed intelligere.M.I.R.lib.3.cap.7.reg.11. Planè propositæ regulæ exceptio prima est: Nisi baptismo

Ioannis

Ioannis sit baptizatus. de consecrat. distin. 4. c. non regenerabuntur. M. I. R. d. reg. 11. except. 1. Altera exceptio videtur in actuali, non originali peccato. Sed reprobatur d. distinct. 4. c. regenerante. Planè admittitur exceptio proposita in non consentiente baptizari: in hoc enim actuale peccatum non remittitur. d. c. maiores. 3. §. verùm quidam. Tertia exceptio est in non consentiente: huic enim nec originale peccatum per baptisma remittitur, exceptis paruulis. d. c. 3. §. sed adhuc quæritur. Quarta exceptio est: Nisi baptizatus postea non crediderit vel peccauerit. Qua exceptio approbatur d. distinct. 4. c. paruuli, in fine. & c. non dubito. Cuius replicatio est: Nisi postea pœnitentiam egerit. c. 1. §. sacramẽtum. vers. et si post. de summa trinitate. Quinta exceptio est: Nisi malus baptizauerit. 1. q. 1. c. etiam corde, cum sequentibus, vsq; ad c. si quis confugerit. Huius replicatio est: Nisi malus baptizauerit in forma ecclesiæ. d. q. 1. c. sicut vrgeri. §. fin. & c. hi qui baptisma. §. sed notandum. Concordant ea quæ habentur j. reg. 60. except. 1. cum sequentibus. Sexta exceptio est: Nisi verbum non accesserit. d. q. 1. c. detrahe verbum. Septima exceptio est: Nisi extra ecclesiam sit baptizatus. d. q. 1. c firmissimè tene, cum c. sequente. Octaua exceptio: Nisi baptizatum non pœniteat veteris vitæ. de consecrat. distin. 4, c. omnis qui. Cui contradicere videtur d. dist. 4. c. sine pœnitentia. de qua re vide j. reg. 30. Nona exceptio est: Nisi baptizatus fidem & charitatem non habeat. d.

dist.

dist.4.c.solet.§.quanquã ad salutem.c.verus.Huius replicatio est: Nisi per necessitatẽ desit: vt in paruulis. d.distin.4.c.baptismi. §. sicut autem. & §. fin. c.paruuli. c.nihil est. c.quæris. §.1. & §. fin. c. in ecclesia.c.paruuli.c.mater. c.quis autem. Plures huiusmodi exceptiones colligi possunt ex regulis sequentibus, præsertim 3. reg.60.

III. Regula: Per aquam baptismi terrenus fit cœlestis. de consecrat.distin 4.c.per aquam.

IV. Regula: Baptizati Christo incorporantur, & eius membra fiunt. d.dist.4.c.ad hoc baptismus.

V. Regula: Per baptisma confertur gratia tam paruulis quàm adultis. Clement.1.§.ad hoc.vers.verùm quia quantum.de summa trinitate. Qua gratia postea augetur vel minuitur. de consecra.dist.4.c.nec quenquam.§.planè eadem gratia. Non tamẽ amittitur per malitiam parentum baptizati. d.distin.4.c.quærũ à me,in prin. vsq; ad §. difficillimũ.

VI. Regula: Diabolus nequitiæ vires amittit in baptismo,d.c.nec quenquam. §. quod si aliquis,

VII. Regula: Vetus infirmitas p baptismũ nõ prorsus absumit, sed vires amittit.d.dist.4.c.nõ ex quo.

VIII. Regula: Baptisma non recipit maius & minus.d.distin.4. c.cum tantum.

IX. Regula: Sine baptismate originale peccatum non soluitur, nec gratiam vitæ cœlestis quis consequitur. de consecrat.distinct. 4.c. firmissimè tene. c.non potest.c.filius Dei. §. fin. c.nulla prætey. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi fide suppleatur

baptis-

baptismus, qui capi non potest d distin. 4. c. baptismi vicem. & c. sicut in sacramentis. Altera exceptio est: Nisi Deus non baptizato sua benignitate succurrat. d. c. baptismi vicem. §. & sicut in illo. Tertia exceptio videtur: Nisi non baptizatus rectè vixerit. Sed reprobatur d. distinct. 4. c. catechuminum, in princ. Quarta exceptio est: Nisi martyrio defunctus sit. d. c. catechuminum. Quinta exceptio est: Nisi non contemptu baptismi, sed alio impedimento non fuerit baptizatus. d. distinct. 4. c non dubito.

X. Regula: Baptismus constat aqua & spiritu. de consecrat. distinct. 4. c. 1.

XI. Regula: Baptismus constat verbo & aqua: quorū altero deficiente, non perficitur. c. 1. § sacramentum. de summa trinitate. c. penult. de baptismo.

XII. Regula: De pœna presbyteri baptizare nolentis cauetur De consecrat. dist. 4. c. quicunq;.

XIII. Regula: De vase ex quo baptizandum, cauetur De consecrat. distinct. 4. c. omnis presbyter.

QVI BAPTIZANDI?

XIV. Regula: De paruulis baptizandis cauetur c. maiores. 3. in prin. vsque ad §. verum quidam. de baptismo. distin. 5. c. 1. §. fin. & c. baptizari. de consecrat. distinct. 4. c. illud perscrutari. c. filius Dei. §. paruuli etiam. c. si qui apud. §. fin. c. paruuli alio. c. nihil est aliud. c. minor. c. placuit vt qui.

XV. Regula: De adultis baptizandis cauetur d. distin. 5. c. 1 § fin & c. baptizari. item c. 1. §. sacramentum. de summa trinitate.

XVI. Re-

XVI. Regula: De infirmis baptizandis cauetur d. distinct. 4. c. paruuli. c. agrotantes.

XVII. Regula: De furiosis, dormientibus ac inuitis baptizandis cauetur c. maiores. 3. §. item quaritur. de baptismo.

XVIII. Regula: De malis baptizandis cauetur d. distinct. 4. c. est vnitas.

A QVIBVS BAPTIZANDI?

XIX. Regula: Non nisi à sacerdotibus baptizandum. de consecrat. dist. 4. c. cõstat. Huius regulæ exceptio est: Nisi periculum mortis immineat absente sacerdote: hoc enim casu etiam laicus baptizare potest. d. c. constat. in fine. & d. distinct. 4. c. mulier. c. in necessitate. c. sanctum est. item distin. 93. c. diacones. §. absq; in fine.

XX. Regula: Diaconus non nisi consensu episcopi vel presbyteri baptizare debet. Qua regula approbatur simul & distinguitur d. c. constat. & d. §. absque. Nec item presbyter sine consensu episcopi, nisi sub eadem conditione. d. distin. 4. c. omni tempore. §. presbyter verò. & distin. 95. c. penult.

XXI. Regula: De hæreticis & alijs proponetur ī. reg. 60. except 1. cum sequentibus.

VBI BAPTIZANDVM?

XXII. Regula: In priuatis domibus non est baptizandum. Qua regula approbatur simul & distinguitur Clement. 1. de baptismo.

XXIII. Regula: Quisq; in sua ecclesia est baptizandus, per ea quæ proposita sunt ī. cap. 8. quæst. 8.

reg.43. Cuius exceptio est: Nisi baptizandus peregrinetur, vel certum domicilium non habeat: hoc enim casu in ea ecclesia, quam elegerit, baptizari potest. 10.q.3.c nec numerus, in prin. vers. aut in electa. & ibi glossa.

XXIIII. Regula: In monasterio baptizandum non est. 18.q.2.c.pridem.

QVANDO BAPTIZANDVM?

XXV. Regula: Generale baptisma non nisi sabbatho sancto paschæ & pentecostes celebrandum. de consecrat. disti.3.c.celebritatem. §.eodem quoque. & dist.4 c.non ratione. c.duo tempora. c.propriè. c.de catechumenis. c.venerabilis. c.baptizandi. Huius regulæ exceptio est: Nisi baptizandus sit infirmus, vel aliâs in periculo vitæ constitutus. hic enim cæteris solennitatibus quandocunq; baptizari potest. d.c.de catechumenis, in fine, cum c.sequente. d.c. venerabilis, in fine. & d.c.baptizandi. vers. excepto.

XXVI. Regula: In die epiphaniæ baptizandum non est. d.dist.4. c.si quis autem.

XXVII. Regula: Non in diem mortis instantis baptismus debet differri. d.distin.4.c.quando quis.

ANTECEDENTIA BAPTISMUM.

XXVIII. Regula: Baptizandus prius in fide instituendus est atq; examinandus. d distinct.4.c ante baptismum, cum sequentibus, vsq; ad c.postquam se. item c. Iudæi.

XXIX. Re-

XXIX. *Regula*: *Ante tres septimanas paschæ baptizandi suscipiendi sunt. d. distinct. 4. c. non liceat, in princ.*

XXX. *Regula*: *De pœnitentia prius à baptizando agenda cauetur d. distinct. 4. c. agunt. c. ne quod absit. Huius regulæ exceptio est in exteriori satisfactione, & afflictione, quæ solet in pœnitentia exigi, d. distinct. 4. c. sine pœnitentia. & ibi glossa.*

XXXI. *Regula*: *Baptizandi à vino & esu carnium aliquamdiu debent abstinere. d. dist. 4. c. baptizandi. & c. ne quod absit.*

MODVS ET ADIVNCTA baptisinatis.

XXXII. *Regula*: *De offerendo baptizando. A quo possit offerri? Non plures, sed vnus debet offerre. d. distinct. 4. c. non plures. item c. quamuis. 3. in prin. de cognatione spirituali, in 6.*

XXXIII. *Regula*: *Maritus & vxor eundem offerre non debent. 30. q. 4. c. penult. §. fin. & c. vlt.*

XXXIV. *Regula*: *Idem potest esse compater in catechismo, baptismo, & in confirmatione. de consecrat. distinct. 4. c. in catechismo.*

XXXV. *Regula*: *Qui ipse baptizatus non est, nec confirmatus, offerre non potest. d. distinct. 4. c. in baptismate.*

XXXVI. *Regula*: *Abbas vel monachus offerre non potest. d. dist. 4. c. non licet. c. monachi.*

XXXVII. *Regula*: *Compater fideiussor apud Deum pro susceptо existit. d. distinct. 4. c. vos ante.*

XXXVIII. Regula: De oblatione in baptismate viua voce facienda, Nouell 123. §. ad hæc iubemus.

XXXIX. Regula: De promissione in baptismo præstita seruanda, de consecrat. distin. 3. c. celebritatem. §. ipsis etiam.

XL. Regula: De nomine à baptizandis dando cauetur De consecrat. distinct. 4. c. baptizandi.

XLI. Regula: De aqua consecranda cauetur d. distin. 4. c. deinde à sacerdote. §. fin. cum duob. cc. sequentibus. Vide item 3. reg. 60 except. 9.

XLII. Regula: De exorcismis & exsufflationibus præmittendis cauetur d. distin. 4. c. siue paruuli. c. ante viginti. c. postquam. c. sicut nostis. c. deinc iterum.

XLIII. Regula: De renunciando Diabolo & eius operibus cauetur d. distin. 4. c. prima. c. primum.

XLIIII. Regula: Vt vices baptizandi, qui loqui non potest, alius suppleat, cauetur d. distin. 4. c. paruuli. c. ægrotantes. c. cum pro paruulis.

XLV. Regula: Si loqui potest baptizandus, ne per alium respondeat, cauetur d. c. cum pro paruulis.

XLVI. Regula: De orationibus super baptizando habendis cauetur d. distinct. 4. c. exhinc iam. c. emersisti.

XLVII. Regula: De trina mersione cauetur d. distinct. 4. c. postquam vos. c. si quis presbyter. c. de trina. c. eodem modo. c. multi sunt. c. in synodo. c. propter vitandum. Apostol. canon. 49.

XLVIII. Regula: Vt in nomine trinitatis baptizetur

zetur, cauetur d. c. si quis presbyter. & d. c. multi sunt. & d. c. in synodo. item De summa trinitate c. 1. § sacramentum. Apostol. canon. 48.

XLIX. Regula: De sale benedicto in os baptizãdi dando cauetur d. dist. 4. c. exhinc iam. c. sal cœlestis.

L. Regula: De naribus & auribus baptizandi saliua tangendis cauetur d. dist. 4. c. postea tanguntur, cum c. sequente.

LI. Regula: De adspergendo baptizando aqua benedicta cauetur d. distinct. 4. c. in sabbatho. c. nec quenquam.

LII. Regula: De baptizando signando in corde & fronte, d. distinct. 4. c. postea signatur.

LIII. Regula: De inungendo baptizato cauetur d. distin. 4. c. deinde à sacerdote. c. venisti. c. postquam ascendit. c. emersisti. c. accepisti. c. presbyterũ. c. presbyteri. c. si quis voluerit. c. si quis de alio. c. nullus ministrorum.

LIIII. Regula: Ratio mysteriorum quæ fiunt in baptismate, expouitur d. dist. 4. c. prima igitur.

CONSEQVENTIA BAptismi.

LV. Regula: De candida veste baptizato danda cauetur De consecrat. distinct. 4. c. post baptimum. c. accepisti.

LVI. Regula: A quibus nuper baptizati abstinere debeant, definitur De consecrat. distinct. 5. c. neophyti.

LVII. Regula: Post baptismum confirmationis

sacramentum præstandum. d. distinct. 5. c. 1. de quo vide ℣. *eod. cap. membr. 4.*

LVIII. Regula: Non omne quod in homine est, censetur baptizatum. de consecrat. distinct. 4. c. si quidquid.

LIX. Regula: Baptizati prioris secta vel fidei ritus dimittere debent. c. quidam. 4. de apostatis.

LX. Regula: De non reiterando baptismate cauetur c. vlt. de baptismo. & Apostol. canon. 46. dist. 68. c. 1. c. presbyteri. § fin. item 1. q. 1. c. hanc regulam. item De consecrat. distin. 4. c. non licet. c. rebaptizare. c. de Arrianis. c. cum itaq. § scimus quidem. c. quibus. c. eos quos. Concordat item M. I. C. *lib. 3. cap. 7. de baptismate, reg. 2.* M. I. R. *lib. 3. cap. 7. reg. 15. Huius regulæ exceptio prima videtur: Nisi baptizans prior ius baptizandi non habuerit, vel non fuerit idoneus. Sed reprobatur 1. q. 1. c. remissionem. § sed notandum. c. si quis. § cætera. c. dedit. c. sicut vrgeri. c. hi qui. c. hanc regulam. § nemo. c. spiritus sanctus. c. si quis per. Concordant item ea quæ habentur* S. *reg. 2. except. 5. 1 cpl. 1. item* ℣. *in sequentib. exceptionib. vbi nonnullæ distinctiones, quibus exceptio proposita admittitur, adjicientur.* M. I. R. *d. reg. 15. except. 1 Altera exceptio videtur: Nisi paganus, aut hæreticus, aut aliàs malus prius baptizauerit. Sed & hæc exceptio reprobatur De consecrat. dist. 4. c. Romanus. c. à quodam. c. si inter. c. baptismus. c. cum baptizat. c. si quid apud. c. quamuis, in prin. c. ostenditur. c. hi de quibus. c. aliud est. c. nullus autem.*

autem.c.quomodo excudit. c.non in vobis. c.ab antiqua.c.ecclesia.c.nunc autem.c. cum tantum.c.nō est aqua.c.siue hæreticus item 1.q.1.c.quod quidam. item 24.q.1.c.miramur. §. obÿcitur tamen. c.subdiaconus. §.potest tamen.c.si quem. Planè admittitur exceptio proposita si hæreticus non in forma ecclesiæ baptizauerit.1.q.1.c.hi qui. §.sed notandum, cū sequentibus,vsq; ad c.teneamus.item De consecr. distin.4.c.si reuera.c.quos à paganis. c.hi verò.c.de Arrianis.Apostol.canon.46.vers.aut pollutum. Tertia exceptio:Nisi non baptizatus baptizauerit.Approbatur 1.q.1.c.si presbyter.vers. & omnes. Sed reprobatur d.dist.4.c.solet etiã. Quarta exceptio est: Nisi quis seipsum baptizauerit.c.debitum. 4.de baptismo.Quinta exceptio est: Nisi non secūdum formam ecclesiæ sit baptizatus.Hæc exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt paulo superius excepti. 2.in fine.Sexta exceptio est: Nisi trina mersione non sit baptizatus de consecrat. dist.4. c. eodem modo, in fine.Concordant ea quæ proposita sunt s. reg 47. Septima exceptio est: Nisi verba hæc, Ego te baptizo: fuerint in baptizando omissa. c.1. de baptismo. Octaua exceptio videtur: Nisi error interuenerit. Sed reprobatur De consecrat. dist.4. c.satis ostendimus.c.si non sanctificatur.c.retulerunt.Nona exceptio est: Nisi aqua non fuerit consecrata. d. dist.4. c.per aquam. §.non omnis. §. quare autem.c.nunquã.c.venit sacerdos, cum c.sequēte.Decima exceptio est: Nisi ficto animo,vel mimicè & ioculariter

quis sit baptizatus d.distin.4. c.solet etiam. c. quomodo. §. his qui ficto corde. Huius replicatio est: Nisi postea baptizatus ratum habuerit baptisma vero corde.d distinct. 4. c. tunc valere. Vndecima exceptio videtur: Nisi non ea intentione paruuli baptizandi fuerint oblati, vt veros baptismi effectus consequantur. Sed reprobatur d.distinct.4. c. non illud. c. satis ostẽdimus. Duodecima exceptio est: Nisi dubitetur an sit baptizatus. c. de quibus. 2. de baptismo. & d.distin. 4. c. paruulos. c. placuit de infantibus. c. cum itaq; c. si nulla. Decimatertia exceptio est: Nisi matre baptizata, infans in vtero adhuc extiterit. hic enim baptismus infanti non prodest: ideoq; rebaptizari potest. d.dist. 4. c. si quidquid. c. si ad matris. c. qui in materno. c. si qua mulier. Decimaquarta exceptio videtur: Nisi primò baptizatus fidem & charitatem non habuerit. Sed reprobatur d.dist. 4. c. sicut in §. non interest, vsq; ad finem. Decimaquinta exceptio videtur: Nisi baptizatus postea factus sit apostata. Sed reprobatur d. distin. 4. c. ostenditur. §. sicut enim. c. sanctũ est. vers. cum in naui quadã. c. nullus autẽ. item 1. q. 1. c. quod quidã.

LXI. Regula: Pœna reiterantis baptisma cauetur c. 2. de apostatis.

ADFINE BAPTISMATIS remedium.

LXII. Regula: Adfine baptismatis remedium est, circumcisio. de consecrat. distinct. 4. c. quod autem, cum c. sequente. Hac de baptismate.

IIII. DE

IIII. DE CONFIRMATIONE, seu manuum impositione.

I. Regula: *Post baptismum confirmatio praestanda. de consecrat. dist. 5. c. 1. c. de his verò, in fine.*

II. Regula: *Ratio & vsus confirmationis habetur d. dist. 5. c. nouissimè. c. vt ieiuni. § fin.*

III. Regula: *Confirmatio est sacramentum. d. c. de his verò. Item est chrismatio frontis. c. vnico. § per frontis. de sacra vnctione.*

IIII. Regula: *Comparatio confirmationis & baptismi habetur d. dist. 5 c. 2. & sequente.*

V. Regula: *Non nisi ieiuni confirmandi. d. dist. 5. c. vt ieiuni.*

VI. Regula: *Non nisi semel confirmandi. d. dist. 5. c. dictum est c. de homine.*

VII. Regula: *Non nisi à pontifice confirmandum. d. distinct 5. c. de his verò. § & sicut vnum. c. manus quoq;. item De consuetudine c. quanto. 4. & De sacra vnctione c. vnico. § per frontis. Contradicit dist 95. in prin. cum c. sequente. Cui obiectioni respondetur d. distin 95. c. presbyteros.*

VIII. Regula. Non nisi à ieiuno confirmandum. d. dist. 5. c. vt episcopi.

IX. Regula: *Non nisi ab vno debet offerri confirmandus. c. vlt. § de confirmatione. de cognat. spirituali, in 6. de consecrat. dist. 4. c. non plures, in fine.*

X. Regula: *Etiam ab eodem qui in baptismo obtulit, offerri potest. d. dist. 4. c. in catechismo.*

V. DE CHRISMATE SEV sacra vnctione.

I. Regula: *Chrisma est sacramentum. distin. 95. c. illud superfluum. vers. quia genus. de consecrat. distinct. 3. c. literis. vers. quia nouum.*

II. Regula: *De eo conficiendo. Quando conficiendum sit definitur d. c. literis. & De consecrat. dist. 4. c. omni tempore.*

III. Regula: *De eo conferendo. Solus sacerdos potest infirmum vngere. c. quæsiuit. 14. in princ. de verborum signif.*

IIII. Regula: *Presbyter illud conferre potest, distinct. 95 c. presbyteros. §. oleo verò sanctificato.*

V. Regula: *Episcopus quoq; illud conferre potest. d. c. presbyteros. §. fin. cum c. sequente.*

VI. Regula: *Quibus conferendum, quando & quoties, necnon locus inunctionis definitur c. vnico. §. quia verò Christus, vsq; ad §. per frontis, de sacra vnctione.*

VII. Regula: *De episcopo vngendo in consecratione cauetur d. c. vnico, in prin. de quo vide item Ś. lib. prox. cap. 10. quæst. 8. reg. 43.*

VIII. Regula: *De vnctione altari consecrando conferenda cauetur d. c. vnico. §. vngitur.*

IX. Regula: *De chrismate petendo A` quo & per quem petendum sit, definitur De consecrat. dist. 4. c. presbyteri qui. c. omni tempore.*

X. Regula: *De aqua chrismate consecrata ad aspersionem non vtenda cauetur distin. 4. c. in sabbatho.*

tho. Hæc de sacramento eucharistiæ, baptismatis, confirmationis & chrismatis sint dicta. De ordine dictum est ſ. lib. prox. vbi de personis ecclesiasticis actum est. De pœnitentia dicetur j. cap. 5. De matrimonio j. cap. 11. cum sequentibus. Nunc de consecrationibus & benedictionibus agetur.

DE CONSECRATIONIbus & benedictionibus.
Cap. IIII.

PRima regula: De consecrationis definitione, habetur 24. q. 1. c. pudenda. vers. consecrare enim.

QVAE CONSECRANDA?

II. Regula: Prælatus electus cõsecrandus est. Quæ regula approbatur simul & distinguitur ſ. lib. prox. cap. 10. quæst. 8. reg. 35. Sed & plura de consecratione electi vide d. quæst. 8. reg. 36. cũ octo sequentib.

III. Regula: Templa & aliæ ædes sacræ cum altaribus, vasis, vestibus ad diuinum cultum pertinentibus consecranda. de consecrat. distin. 1. in prin. cum c. sequente. Huius regulæ exceptio prima est. Nisi consecratio semel sit facta. d. distinct. 1. c. ecclesijs. item distin. 68. c. 1. c. presbyteri. §. quod ergo. c. ecclesijs, in prin. & vers. quia sicut. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi is consecrauerit, qui ius consecrandi non habuit. d. §. quod ergo. Altera replicatio est: Nisi non constet episcopum fuisse

fuisse qui consecrauit d.distin.68.in prin.& c.presbyteri,in prin.& § fin. Tertia replicatio est: Nisi locus consecratus effusione sanguinis aut seminis sit pollutus.d.c.ecclesys,in prin.& c.proposuisti.4.de consecratione. c.vnico, in prin.eod.tt.in 6. item De consecrat.distinct.1.c.si motum.vers.si homicidia. Quarta replicatio est: Nisi ecclesia consecrata fuerit exusta.d.c.ecclesijs,in prin. Quinta replicatio est: Nisi altare motum vel lapis continens sigillum confractus fuerit. c.1. & c.quod in dubijs.3. de consecratione ecclesiæ. item De consecrat. distin.1.c.si motum. Huius duplicatio est: Nisi non enormis sit læsio. c.ligneis.6. eod.tt. Sexta replicatio videtur: Nisi tectum corruerit,vel lignea ædificia. Quæ replicatio reprobatur d.c.ligneis.6. Septima replicatio videtur: Nisi parietes sint mutati. Sed reprobatur d.c.si motum.vers.si parietes. Octaua replicatio est: Nisi ecclesia consecrata sit diruta,& rursus ædificata. Hæc replicatio reprobatur certo modo De consecrat. distin.1.c.de fabrica. Nona replicatio est: Nisi infidelis in hoc loco consecrato sit sepultus. Quæ replicatio reprobatur certo modo d.distinct.1. c.ecclesiam,in fine. Decima replicatio est: Nisi excommunicatus in loco consecrato fuerit sepultus. c. consuluisti.7.de consecratione ecclesiæ. Vndecima replicatio est: Nisi fidem sanctæ Trinitatis non tenuerit, qui prius ecclesiam consecrauit.de consecrat. dist.1. c.ecclesijs,in fine, cum tribus cc.sequentibus. Duodecima replicatio est; Nisi de hoc ipso dubitetur,an

locus

locus sit consecratus. de consecrat. distin. 1. c. solennitates. §. de ecclesiarum. c. ecclesia. item distinct. 4. c. placuit. de infantibus, in fine.

Duplicatio præcedentium replicationum generalis.

Planè replicationum hactenus enumeratarum duplicatio generalis hæc videtur: Nisi ecclesia polluta, vel simili vitio laborans, antea non fuerit consecrata. Sed reprobatur c. si ecclesia. 10. de consecratione ecclesiæ. Hæc de prima propositæ regulæ exceptione sint dicta.

Altera exceptio est: Nisi infidelis in loco sacro sit sepultus. de consecrat. distinct. 1. c. ecclesiam, cum c. sequente. Tertia exceptio est: Nisi non studio religionis, sed cupiditate quæstus ecclesia sit ædificata. de consecrat. distinct. 1. c. si quis basilicam. Hæc de tertia regula.

IIII. Regula: Propter altare motum vel lapidem fractum non tota ecclesia consecranda, sed altare tantùm vel lapis. c. 1. de consecratione.

V. Regula: Polluta ecclesia, pollutum quoq; censetur cemeterium contiguum, non autem remotum: sed contrà, polluto cemeterio, non censetur polluta ecclesia. item, vno cemeterio polluto, non ob id censetur pollutum aliud quamuis contiguum. c. vnico. §. fin. de consecrat. in 6.

VI. Regula: Plures pluráue simul consecrari possunt. d. c. vnico.

QVI-

QVIBVS CONSECRANDI ius competit?

VII. Regula: Episcopo, qui eo loco episcopalia iura exercet, competit. c.1. de religiosis domib. item distinct. 68. c. ecclesijs. §. fin.

VIII. Regula: Episcopo alterius diœcesis non competit, quamuis in alia diœcesi ecclesiam ædificauerit. 16 quæst. 5. c.1. & c. vlt. in prin.

IX. Regula: Corepiscopis & alijs sacerdotibus ius consecrandi non competit. d. c. ecclesijs. §. fin. & d. distinct. 68. c. quamuis. item De consecratione ecclesiæ c. aqua. 9.

X. Regula: De presbytero cauetur 26. q. 6. c.1. §. fin. cum c. sequente. & c. ministrare, in princ. item distin. 23. c. ex epistola, cum c. sequente.

XI. Regula: De schismatico cauetur 24. q. 1. c. pudenda.

QVA RE CONSECRANdum?

XII. Regula: Aqua cum vino & cinere benedicta consecrandum. c. proposuisti. 4. & c. consuluisti. 7. de consecrat. ecclesiæ.

XIIII. Regula: Oleum non consecratum consecrato misceri potest. c. quod in dubijs. 3. §. fin. d. tt.

VBI CONSECRATIO facienda?

XIIII. Regula: Non nisi in sacratis locis. de consecrat. distinct. 1. in prin. Plura de hac regula vide 5. cap. 2. reg. 9.

QVAN-

QVANDO CONSECRATIO facienda?

XV. Regula: Singulis annis facienda. d. distin. 1. c. solennitates, in prin. & c. solennitates.

XVI. Regula: Tam diebus Dominicis quàm alijs consecrandum. c. tua. 2. de consecratione ecclesia. & distinct. 75. in prin.

XVII. Regula: A ieiunio hora tertia consecratio facienda. d. dist. 75. in prin.

XVIII. Regula: Octo diebus consecratio facienda. d. c. solennitates. § fin.

QVOMODO CONSECRATIO facienda?

XIX. Regula: Non solùm precibus, sed etiam sancti olei vnctione consecratio facienda. de consecrat. distin. 1. c. 1. in prin. vers. & non solùm. c. altaria placuit. Huius exceptio est: Nisi altaria lapidea sint consecranda. d. distin. 1. c. altaria.

XX. Regula: Sine missa fieri consecratio non debet. d. distinct. 1. c. omnes, in prin.

ANTECEDENTIA.

XXI. Regula: De præcepto sedis apostolicæ in dedicandis ecclesijs prius expectando, cauetur d. dist. 1. c. de locorum, cum quatuor cc. sequentib.

EVENTVS ET CONSEQUENTIA.

XXII. Regula: Post consecrationem non substantia, sed species remanet. de consecrat. distin. 2. c. species. c. quia corpus. c. panis. c. reuera.

XXIII. Re-

XXIII. Regula: Ne pro consecratione aliquid exigatur, cauetur 1.q.2. c. placuit, in princ. & c. sicut, in prin.

XXIII. Regula: Qui ecclesiam fecit consecrari, ad eam dotandam tenetur c. cum sicut. 8. de consecrat. eccles. & d. c. placuit. §. hoc tamen quisq.

ADFINE REMEDIVM, SEV de benedictionibus.

XXV. Regula: Hæc de consecratione sint dicta, de qua tamen vide plura (vt dixi) §. lib. prox. cap. 10. quæst. 8. reg. 35. cum nouem sequentibus item cap. 15. reg 8. cum sequentibus. Consecrationis autem adfine remedium videtur benedictio, quæ denegatur abbatissæ. c. noua. 10. de pœnitentijs.

XXVI. Regula: Abbatibus quoq; denegatur, nisi ad hoc sint priuilegiati. quod priuilegium quousq; se extēdat, definitur c. abbates. 3. de priuilegijs, in 6.

XXVII. Regula: Inferior superiorem benedicere potest. distinct. 21. c. deniq;.

XXVIII. Regula: Secundæ nuptiæ non sunt benedicendæ. c. 1. & c. vir autem. 3. de secundis nuptijs.

XXIX. Regula: Omni tempore benedictio fieri potest, dummodo à ieiunio & hora tertia fiat. distinct. 75. in prin. cum c. sequente. De benedicendis nuptijs vide ꝫ. cap 12 quæst. 6. reg. 5. Sed & quibus benedicendi ius competat vel non, vide paulo superius reg. 7. cum sequentibus. Sequitur de pœnitentia.

DE

DE POENITENTIA.

Cap. V.

PRima regula: De definitione pœnitentiæ, habetur De pœnitent. distin. 1. c. ecce nunc. §. penult. & vlt. c. tres sunt. §. est enim pœnitentia. c. quis aliquando. §. illud autem. vers. est enim pœnitentia. & distinct. 3. c. 1. c. pœnitentia. c. pœnitentiam. §. fin.

II. Regula: De diuisione pœnitentiæ trimembri, habetur De pœnitentia distinct. 1. c. tres sunt.

III. Regula: Itidem de diuisione pœnitentiæ bimembri in veram & falsam, habetur De pœnitent. distin. 3. c. in tantum. §. fin. & c. sceleratior. §. 1. Definitionem falsæ pœnitentiæ eiusq; effectum vide S. cap. 1. reg 11. except. 1.

IIII. Regula: Itidem de diuisione pœnitentiæ bimembri in interiorem & exteriorem, habetur De pœnitent. distin. 1. c. quis aliquando. §. econtrà. vers. est enim pœnitentia.

V. Regula: Continens exempla pœnitentiæ, habetur De pœnitent. distin. 1. c. conuertimini. §. vnde post trinam. distinct. 3. c. totam. c. Achab.

VI. Regula: Quo iure sit introducta pœnitentia, definitur 33. quæst. 2. c. audiuimus. §. quia pro omnibus.

VII. Regula: Ad quem causæ pœnitentiales pertineant, definitur c. accedentibus. 12. de excessibus prælator. item 9. q. 2. c. placuit vt deinceps.

DE POENITENTIA agenda.

VIII. Regula: Continẽs adhortationem ad pœnitentiam agendam, habetur De pœnitent. distin. 1. c. qui sanctus. c. ecclesia. c. secunda. c. iudicet. item De pœnitent. distin. 6. c. 1. §. laboret itaq;.

Ex quibus causis agẽda pœnitẽtia.

IX. Regula: Pro omnibus illicitis agenda pœnitentia. 33. q. 2. c. audiuimus. §. quia pro omnibus. c. talis. c. sicut Achab. item De pœnitent. distinct. 4. c. intermittentes. §. porrò.

X. Regula: Si multis nuptijs fuerit copulatus, pœnitentiam agere debet. 32. q. 7. c. si quis fuerit.

XI. Regula: Si conscius sit alterius periurij. 22. q. 5. c. si quis periurauerit, in fine.

XII. Regula: Si vxorem suam vel seniorẽ interfecit, pœniteat. 33. q. 2. c. quicunq;. c. admonere te.

XIII. Regula: Si allexit aliquem turpis lucri gratia, vt fieret clericus vel monachus. 16. q. 7. c. penult. & 20. q. 3. c. vlt. Plures huiusmodi causas speciales videʒ. cap. prox. de peccatis.

Quando agenda pœnitentia.

XIIII. Regula: Statim postquam peccatum est, pœnitere debet. de pœnitent. distin 1. c. Adam. Contrà faciunt clerici, qui non statim agunt pœnitentiam d. distin. 1. c. quis aliquando, in prin.

Quoties agenda pœnitentia.

XV. Regula: Videtur non nisi semel ad pœnitentiam agendam aliquem admittendum esse, nec pœnitentiam esse iterandam. distin. 50. c. si quis post. §. potest & aliter. item De pœnitentia dist. 1. c. nemo. c. quantuslibet. item distinct. 2. in prin. & c. 1. §. fin.

item

item dist.3.in prin.cum cc.sequentib.vsq; ad c. pœnitentia est quædam. Concordant item ea quæ habentur j.reg.45.except.6. Contradicit tamen d. distin.3.c.quamuis.c.septies.c.ille rex.c.Naum. § fin. c.adhuc instant.c.in tantũ.item dist 50. c.quamuis. Item contradicit c.omnis utriusq; 12.in prin.de pœnitentijs.Vbi quilibet vel semel in anno confiteri ac pœnitere iubetur.Cui concordat extrauagans com. 2.de hæreticis.item concordat j.d. except. 6.in fine.

XVI. Regula: Ab episcopo locus pœnitentiæ deputandus.dist.81.c.sacerdos. Vbi pœnitentia agẽda.

XVII. Regula: Mutandus est locus in quo peccatum est.d.distinct.81.c.valet interdum.

XVIII. Regula: Interdum in monasterium detruditur pœnitens.d.distinct.81.c.dictum. c. si quis clericus. c. Romanus.

XIX. Regula: Episcopus, presbyter aut diaconus propter fornicationem inter laicos pœnitere debet. d.distinct.81.c.si quis episcopus.

XX. Regula: In conspectu ecclesiæ, non clam pœnitentia agenda.de pœnitent.dist.1.c.agite c.& venit.c.fleat.c.iudicet,in fine.c.quis aliquando. §.hæc ergo secreta.c.quem pœnitet. § si peccatum,vsq; ad finem. c.quamuis. item De pœnitentijs c.1.

XXI. Regula: Agenda pœnitentia est cordis contritione, oru confessione, & operis satisfactione. de pœnitent.distinct.1.c.perfecta.distinct.3.c.perfecta. Declaratur hæc regula definitione satisfactionis.d. distinct.3.c.satisfactio. Quomodo agenda pœnitentia?

XXII. Regula: Sola cordis contritione potest fieri pœnitentia sine oris confessione & satisfactione de pœnitent. dist. 1. in prin. cum sequentibus, vsq; ad c. si quis non. item c. si cui. §. fin. c. facilius. §. hoc idem. c scindite. c. conuertimini. c. qui natus. §. fin. c. omnis qui. c. quis aliquando. §. econtrà, vsq; ad §. econtrà. Contradicit d. c. omnis qui. §. fin. cum sequentibus, vsq; ad c. nullus. Item contradicit d. distinct. 1. c. agite. c. lis potestatis. §. fin. c. sunt qui. c. voluissent. §. ex his itaq;, vsq; ad finem. c. sufficit. c. quis aliquando. §. his authoritatibus. & §. econtrà ea quæ, vsq; ad finem. Huic obiectioni respondet Gratianus d. §. his authoritatibus, vsque ad §. econtrà. Concludendo tamen relinquit quæstionem hãc arbitrio lectoris, d. distinct. 1. c. penult. §. fin. cum c. sequente.

Adiuncta pœnitētiæ & officia pœnitētis.

XXIII. Regula: Officium pœnitentis definitur distinct. 50 c. pœnitentes, cum c. sequente. 26. q 7. c. affectum. 27. q. 1. c. deuotam. §. prius autem. item De pœnitent. distin. 1. c. sunt qui. c. qui sanctus. c. iudicet. item De pœnitent. distin. 5. c. 1. §. in his omnibus. & §. paucat præterea, vsque ad finem. Vide item 5. reg. prox. item 7. regulas sequentes.

XXIIII. Regula: Tempore ieiunij genua à pœnitentibus flectenda, mortui adferendi & sepeliendi. 26. q 7. c. sacerdos. §. diebus etiam.

XXV. Regula: Omni tempore ieiunij manus à sacerdote pœnitentibus imponenda. d. c. sacerdos. §. omni autem.

XXVI. Re-

XXVI. Regula: Semper pœnitenti dolendum. de pœnitent. distin. 3. c. pœnitentia. c. si apostolus. c. pœnitentiam. c. productior.

XXVII. Regula: Quæ à pœnitente consideranda & dolenda sint, definitur De pœnitent. distinct. 5. in prin. cum c. sequente.

XXVIII. Regula: Pro pœnitente orandum. distinct. 50. c. in capite. de pœnitent. distin. 1. c. sufficit, in fine. c. fleat.

XXIX. Regula: A coitu pœnitens abstinere debet. 33. q. 4. c. qui in castigatione.

XXX. Regula: Quoniam pœnitentia est delicta sua confiteri, vt §. reg. 21. & 23. est ostensum: de confessione hoc loco peculiariter tractabitur. Eius autem vsus exponitur De pœnitent. dist. 1. c. ecce nunc. De confessionibus.

XXXI. Regula: Deo primùm, hinc sacerdoti cõfitendum. d. dist. 1. c. sufficit. c. quamuis. c. vlt.

XXXII. Regula: Pœnitens eligere sibi sacerdotem potest cui confiteatur. d. dist. 1. c. quem pœnitet. §. quare qui confiteri. item distin. 6. in prin. & c. 1. in prin. & §. qui ergo confitetur. c. sacerdos. §. quod autem. M. I. R. lib. 3. cap. 7. reg. 22. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi extra vnitatem ecclesiæ constitutum sacerdotem eligat. d. distin. 6. c. 1. §. laboret itaq; vers. ideo non petat, vsq; ad §. sacerdos itaque. Altera exceptio est: Nisi is sacerdos, cuius est parochianus, satis sit idoneus ad confessionem audiendã. d. §. quod autem, cum c. sequente. item 16. q. 1. c. adiecimus. §. ecce in hoc, M. I. R. d. reg. 22. except. 1. Huius

exceptionis replicatio prima est: Nisi superioris sui licentia alium sibi eligat. Quæ replicatio elicitur ex d. distinct. 6. c. vlt. vers. sine eius consensu. Concordat c. omnis. 2. §. si quis autem. de pœnitentijs. Altera replicatio videtur: Nisi consuetudo loci extet in contrarium. Sed reprobatur c. si episcopus. 2. §. fin. de pœnitent. in 6. Tertia replicatio est: Nisi episcopus vel alius superior, item inferior prælatus exemptus sibi alium eligat. c. vlt. de pœnitent.

XXXIII. Regula: Confessio non dividenda, vt diuersa diuersis sacerdotibus velit confiteri. de pœnitent. distinct. 5. c. 1. §. cautus sit.

XXXIIII. Regula: Sacerdos cui confitendum est, debet esse irreprehensibilis. de pœnitent. distin. 6. c. 1. §. sacerdos itaq;.

XXXV. Regula: Si desit sacerdos, proximo confiteri potest. de pœnitent. distinct. 1. c. quem pœnitet. §. tanta itaq; vis. & d. distinct. 6. c. 1. §. 1. M. I. R. lib. 3. cap. 7. reg. 23. excep. 1.

XXXVI. Regula: Mulieri non confitendum. c. noua. 10. de pœnitentijs.

XXXVII. Regula: Per se coràm, non per nuncium vel epistolam confiteri debet. d. c. quem pœnitet. in prin.

XXXVIII. Regula: Factum cum suis circumstantijs & qualitatibus confitendum. de pœnitent. distinct. 5. c. 1. & distinct. 6. c. 1. §. diligens igitur inquisitor.

XXXIX. Regula: Si peccatum occultum est, sufficit

ficit id sacerdoti tantùm confiteri. de pœnitent. distinct. 6. c. 1. §. qui ergo confitetur. vers. etsi peccatū.

XL. Regula: Officium sacerdotis, cui fit confessio, exponitur d. §. diligens igitur inquisitor, vsque ad fin. item c. omnis vtriusq; 12. §. sacerdos autem. de pœnitentijs.

XLI. Regula: De non reuelandis peccatis, quæ quis confessus est, cauetur d. distinct. 6. c. 1. §. fin. cum sequente, vsq; ad §. quod autem. item c. omnis vtriusq; 12. §. fin. de pœnitentijs. c. dilectus. 13. de excessib. prælatorum. M. I. R. d. cap. 7. reg. 27.

XLII. Regula: Qui semel confessus est, alij postea, quamuis proprio sacerdoti, iterum idem confiteri non tenetur. extrauag. com. 2. de hæreticis.

XLIII. Regula: Papa potest dare alicui generalem potestatem audiendi confessionem. d. extrauagant. 2.

XLIIII. Regula: De absoluendo confessō, distinguitur primùm quidem, Si confessus se non corrigat, ac fateatur se abstinere non posse, c. peccati. 5. de regulis iuris, in 6. Hoc tamen casu confessō crebris & salubribus monitis pœnitentia indicenda. c. quod quidem. 5. de pœnitentijs. Deinde distinguitur, Si ablatum non restituatur. c. peccatum. 4. de regulis iuris, in 6. Plura de regula proposita eius q; exceptionibus vide ẽ. libro 1. capite 13. & j. reg 50. Hæc de confessionibus obiter sint dicta. Qui autem ad confessionem sint admittendi vel non. vide j. regula 50.

Euetus pœnitentiæ.

XLV. Regula: *Si quis pœnitentiam agere nolit, punitur. distinct. 81. c. dictum. 22. q. 1. c. vlt. 26. q. 7. c. erga eum. 27. q. 1. c. quod si pœnitentiam. §. fin. de pœnitent. dist. 1. c. tres sunt. §. neq; ea dimitti. dist. 3. c. Achab. dist. 6. c. 1. §. laboret itaq;. distin. 7. c. idcirco fratres. c. vlt. §. fin.*

XLVI. Regula: *Pœnitentia mitigat iram Dei, & operatur remissionem peccatorum seu iustificationem. de pœnitent. distinct. 1. c. porrò illi. c. facilius. c. sed & continuò. c. serpens. c. libenter. c. multiplex, in prin. c. potest fieri. §. fin. c. importuna. c. nouit. c. si agamus. c. quamobrem. c. quia diuinitatis. c. ne forsitan. item De pœnitent. dist. 3. c. quamuis. §. fin. cum sequentibus, vsque ad c. sicut Achab. item De pœnitent. distinct. 6. c. 1. §. laboret itaq;. & distin. 7. c. qui egerit. & c. si quis autem. item 32. q. 1. c. quod autem. c. non erit. c. cum renunciatur. c. apud misericordem, in prin. Concordant item ea quæ habentur* S. *cap. 1. reg. 11. Contradicere quodammodo videtur De pœnitent. dist. 1. c. si peccatum. c. sicut. vbi dicitur pœnitentem nihilominus puniri. Planè propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi falsa sit pœnitentia. Quæ exceptio approbatur simul & declaratur per ea quæ proposita sunt* S. *d. reg. 11. Altera exceptio est: Nisi pœnitens non speret indulgentiam seu remissionem peccatorum. de pœnitent. distin. 1. c. nemo potest, in prin. & c. importuna. Tertia exceptio est: Nisi pœnitens non credat ecclesiam ius ligandi & soluendi habere. d. distin. 1. c. potest fieri.*

§. dicis

§. dicit Petro. & ibi glossa. Quarta exceptio est: Nisi in spiritum sanctum peccauerit pœnitens. d. distin. 1. c. iys potestatis. c. importuna. §. fin. c. si sacerdos. §. ego autem dico. Declaratur exceptio hæc De pœnitent. distin. 3. c. inter hæc. §. fin. Quinta exceptio est: Nisi ore non sit confessus peccatum pœnitens. de pœnitent. dist. 1. c. voluissent. §. deniq; vsq; ad fin. Sed de hac re vide S. reg. 21. Sexta exceptio: Nisi pœnitens præuaricatus sit, à charitate recesserit, & rursus peccauerit. Quæ exceptio approbatur De pœnitent. dist. 2. c. 1. §. fin. c. pennata. c. non reuertebantur. c. ficta. §. ex præmissis. c. quia radix. item De pœnitent. dist. 3. c. ille pœnitentiam, cum sequentibus, vsq; ad c. qui vult. item c. nihil prodest, in prin. c. sicut ait. c. Naum. Sed contradicit De pœnitent. distin. 1. c. nemo potest. item distin. 2. c. charitas est. §. fin. cum sequentibus, vsque ad c. sicut tribus. item c. super tribus. cum tribus cc. sequentibus. item c. non est tam. c. vt cognouerunt. §. item opponitur, vsque ad finem. cum c. sequente. item c. vlt. §. charitas, vsque ad finem. Item contradicit De pœnitent. dist. 3. c. illud verò. §. ecce. c. sicut Achab. §. fin. distinct. 4. c. peccatum. §. fin. & c. si ex bono. §. finis ergo. Vide insuper de exceptione proposita S. reg. 14. Septima exceptio videtur: Nisi nimis magnum sit peccatum quod admisit pœnitens. Sed reprobatur d. distinct. 1. c. potest fieri. §. fin. c. quantuslibet. c. importuna. Contradicere videtur d. c. importuna. §. fin. Cui obiectioni respondetur d. dist. 1. c. 6. si sacerdos. & c. Deus.

& distinct. 3. c. talis. Octaua exceptio est: Nisi pœnitens peccato resistere non posit. d. distinct. 3. c. in salicib. Hæc de 46. regula.

XLVII. Regula: Pœnitentia cogit omnia libenter sufferre. de pœnitent. distinct. 1. c. perfecta. & distinct. 3. c. perfecta.

XLVIII. Regula: Pœnitens post septem annos in pristinum statum restituitur distinct. 82. c. vltim. §. fin. 33. q. 2. c placuit. § fin. c. hoc ipsum, in prin. & §. hoc autem.

XLIX. Regula: Pœnitens matrimonio alteri copulari non potest. Quæ regula approbatur simul & distinguitur 7. cap. 13. except. 34.

L. Regula: Pœnitens ad secularia redire non debet. de pœnitent. dist. 5. c. 1. § in his omnibus. c. qualitas lucri. c. contrarium. c. si qui verò. c. de his qui. c. falsas. c. negocium. c. vltim. Huius regulæ exceptio est: Nisi sine peccato peragi possit. d c. negocium.

DE POENITENTIA NEMINI deneganda, & ea indicenda.

LI. Regula: Pœnitentia nulli petenti deneganda. 26. q. 6 c. si aliquis. § fin. c. si presbyter. c. penult. item q. 7. c. sacerdos, in prin. c. hoc sit positum. §. fin. c. pœnitentem. item De pœnitentia distin. 1. c. multiplex. § his autem. §. ita ergo. c. miror. c. pœnitentia. Apostol. canon. 51. M. I. R. lib. 3. cap. 7. reg. 28. Huius regulæ exceptiones plures sunt, quarum prima est: Nisi raptor vel ecclesiarum violator manifestus

ad

ad pœnitentiam admitti petat. Hæc exceptio approbatur simul & distinguitur c. super eo. 2. de raptoribus. Altera exceptio videtur: Nisi fur vel latro in furto vel latrocinio deprehensus ac vulneratus ad pœnitentiam admitti petat. Hæc exceptio reprobatur 13. q. 2. c. penult. in fine. Tertia exceptio videtur: Nisi in torneamentis vulneratus ad pœnitentiam admitti petat. Sed & hæc exceptio reprobatur c. 1. in fine. de torneamentis. Quarta exceptio est: Nisi manifestus vsurarius ad pœnitentiam admitti petat. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur. c. vlt. §. fin. de vsuris, in 6. Quinta exceptio videtur: Nisi ad mortem condemnatus ad pœnitentiam admitti petat. Sed reprobatur Clement. 1. de pœnitentijs. Sexta exceptio est: Nisi in loco interdicto constitutus ad pœnitentiã admitti petat. Quæ exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt S. lib. 1. cap 9. quæst. 4. reg. 1. in princ. Cuius replicatio prima est: Nisi moriturus petat. c. quod in te. 11. in prin. de pœnitentijs. Altera replicatio est: Nisi recipiens signum crucis petat. d. c. 11. §. fin. Plures replicationes vide d. reg. 1. Septima exceptio: Nisi peccati sibi non sit conscius qui ad pœnitẽtiam admitti petit. de pœnitent. distin. 3. c. quarat. §. etsi fides desit. Octaua exceptio est: Nisi pœnitens charitatem non habeat. d. dist. 3. c. vlt. §. hæc propter charitatẽ. Vide insuper S. reg. 45. except. 6. Nona exceptio videtur: Nisi pœnitens in peccato perseuerauerit. Sed reprobatur d. c. vlt. §. pœnitẽtia ergo. item c. q uidam. 5.

do

de pœnitentijs. Contradicit c. peccati. 5. de reg. iur in 6. De quare dixi etiam S. reg. 43. in prin. Sed & de hac exceptione vide d. except. 6. Decima exceptio est: Nisi pœnitentiam semel vsurpatam non rectè celebrauerit pœnitens. Quæ exceptio approbatur certo modo d. c. vltim. §. fin. de qua vide item d. except. 6. Vndecima exceptio est: Nisi de pluribus criminibus reus, non de omnibus pœnitentiam agat. c. defleat. 9. de reg. iuris. de pœnitent. distin. 3. c. sceleratior. §. his authoritatibus. vers. in quo illorum etiam. c. prima. §. fin. cum c. sequente Sunt plures. & distin. 5. c. vlt. Contradicit d. c. sceleratior. §. fin. cum duob. cc. sequentibus. Cui obiectioni respondet Gratianus d. c. sunt plures. §. authoritas illa. c. quærat. §. illud autem, vsq; ad fin. & c. vlt. §. pœnitentia ergo. Duodecima exceptio est: Nisi pœnitens ablatum non restituat, vel moriturus de eo restituendo caueat. c. peccatum. 4. de reg. iuris, in 6. c. vlt. §. fin. de vsuris, in 6. c. super eo. 2. de raptoribus. Decimatertia exceptio est: Nisi pœnitens comam non deposuerit, aut vestimenta non mutauerit, aut non dignè pœnituerit. distinct. 50. c. pœnitentes. §. si autem comas. Decimaquarta exceptio: Nisi iuuenis ad pœnitentiam admitti petat. Hæc exceptio approbatur certo modo d. c. pœnitentes. §. fin. Decimaquinta exceptio videtur: Nisi in mortis articulo constitutus ad pœnitentiam admitti petat. Sed reprobatur De pœnitent. distin. 7. in prin. cum duobus cc. sequentibus. item c. si quis autem, cum c. sequente. & c. vlt.

Decima-

Decimasexta exceptio est: Nisi coniunx pœnitentis non consenserit. 33. q. 4. c. vlt. Decimaseptima exceptio videtur: Nisi mulier subiectum partum confessa, id marito indicare nolit. Sed reprobatur c. officij. 9. de pœnitentijs. Decimaoctaua exceptio est: Nisi clericus ad pœnitentiam admitti petat. dist. 50. c. confirmandum, cum duob. cc. sequentibus. item c. quæsitum. 7. de pœnitentijs. Plures huiusmodi exceptiones colligi possunt ex superiore reg. 46.

Quæ, qualis & quãta pœnitẽtia indicenda.

LII. Regula: Pro qualitate peccati & indicentis arbitrio pœnitentia indicenda est. 26. q. 7. c. 1. §. fin. cum sequentibus, vsq; ad c. sacerdos, item c. pro qualitate, cum c. sequente. item 32. q. 7. c. si quis fuerit, in fine. & De pœnitent. distin. 1 c. in actione. c. mensuram. M. I. R. lib. 3. cap. 7. reg. 29.

LIII. Regula: Quo maius est peccatum, eo maior debet esse pœnitentia. de pœnitent. dist. 1. c. Deus.

LIIII. Regula: Quanto tempore peccatum est, tanto etiam est pœnitendum. d. dist. 1. c. vide.

LV. Regula: Secundum contritionem pœnitentis pœnitentia moderanda. c. Deus. 8. de pœnitentijs. de pœnitent. dist. 1. c. in actione. c. mensuram.

LVI. Regula: Deficiente eo quod in pœnitentia indicenda est iniunctum, aliud loco eius subrogatur. c. licet. 6. d. tt. de pœnitentijs.

LVII. Regula: Minus est in pœnitentia iniungenda peccare in defectu, quàm in excessu. 26. q. 7. c. alligant.

LVIII. Regula: Negligentiores pœnitentes tardius

dius reconciliandi. 26. q. 7. c. sacerdos. vers. negligentiores verò.

LIX. Regula: Si peierauit quanta pœnitentiæ illi iniungenda sit, definitur 6. q. 1. c. quicunq; 22. q. 1. c. penult. §. fin. cum sequente. item q. 5. c. 1. cum sequentibus vsq; ad c. ille qui.

LX. Regula: Si malè iurauit, vel illicitum præstitit iusiurandum. 22. q. 4. c. qui iuramento. c. necesse est.

LXI. Regula: Si aliquem coegit contra iusiurandum facere, vel ad periurium alteri occasionem dedit: quanta pœnitentia illi iniungenda, 22. q. 5. c. 1. §. si quis conuictus.

LXII. Regula: Si furtum commisit: quanta pœnitentia illi iniungenda sit, definitur c. si quis propter. 3. de furtis. 17. q. 4. c. pecunia, in fine, cum c. sequente.

LXIII. Regula: Si sacrilegium commisit. 12. quæst. 2. c. sicut. §. quæ verò, cum c. sequente.

LXIIII. Regula: Si homicidium fecit, quæ pœnitentia iniungenda, definitur dist. 50. c. si quis homicidium, cum tribus cc. sequentibus.

LXV. Regula: Si clericum occiderit, quæ pœnitentia illi indicenda sit, cauetur per ea quæ proposita sunt S. lib. 1. cap. 15. de homicidio, quæst. 3. reg 7.

LXVI. Regula: Si presbyterum occidit. c. qui presbyterum. 2. de pœnitentijs.

LXVII. Regula: Si matrem occidit. 33. q. 2. 6. latorem.

LXVIII. Re-

LXVIII. *Regula: Si filium oppresit. c. quæsitum. 7. de pœnitentijs.*

LXIX. *Regula: Si vxorem occidit. 23. q. 2. c. quicunq; c. admonere 33. q. 2. c. admonere te.*

LXX. *Regula: Si insaniens quem occidit. 15. q. 1. c. penult. in prin.*

LXXI. *Regula: Si furem vel raptorem, cum posset euadere, occidit. 13. q. 2. c. vlt.*

LXXII. *Regula: Si modum excedens in defendendo aliquem occidit. c. significauit. de pœnitentijs.*

LXXIII. *Regula: Si Iudæum vel paganum occidit. distin. 50. c. qui verò.*

LXXIIII. *Regula: Si fornicatus fuerit presbyter. distinct. 82. c. presbyter.*

LXXV. *Regula: Si monialis cum viro concubuerit. 27. q. 1. c. quod si pœnitentiam. §. si autem de eis. c. hi ergo. c. si quis sacro. §. fin. c. virgines. c. omnes. §. fin.*

LXXVI. *Regula: Si monachus vel monacha nuptias contraxerit, quæ pœnitentia ei sit iniungenda, definitur per ea quæ habentur §. cap. 13. except. 30.*

LXXVII. *Regula: Si cum pœnitentiali sua rem habuerit, quæ pœnitentia illi sit iniungenda, definitur 30. q. 1. c. omnes. c. penult. & vlt. in prin.*

LXXVIII. *Regula: Si quis vxorem adulteram dimittere noluerit, sed ei debitum reddiderit: quæ ta pœnitentia ei iniungenda. definitur 32. q. 1. c. si quis vxorem. & c. si quis vxorem. 2.*

LXXIX. *Regula: Si eucharistiam euomuerit. de con-*

de consecrat. distinct. 2. c. si quis per ebrietatem.

LXXX. Regula: Si eucharistiam non bene custo-diuit. d. distinct. 2. c. qui bene.

LXXXI. Regula: Si de manu hæretici eucharistiam accepit. 24. q. 1. c. penult. in prin.

LXXXII. Regula: Si post pœnitentiam ad militiam secularem redyt. de pœnitent. distinct. 5. c. si qui verò.

LXXXIII. Regula: Si sit rebaptizatus. de consecrat. dist. 4. c. qui bis ignoranter. & c. eos quos.

LXXXIIII. Regula: Si diuinatores consuluit. 26. q. 5. c. qui diuinationes. & c. non liceat. §. si quis autem.

LXXXV. Regula: Si presbyter excommunicatus sacra ministeria peragit. 11. q. 3. c. cum aliquis. §. fin. c. de illis.

LXXXVI. Regula: Si permiserit hæreticum missam suam celebrare. 24. q. 1. c. penult. §. si quis permiserit.

LXXXVII. Regula: Si hæresis pœnitet. d. c. penult. §. fin.

LXXXVIII. Regula: Si excommunicato communicauit. 11. q. 3. c. de illis.

Exceptio præcedentium regularum generalis.

Hactenus regulas enumerauimus, per quas definitur, quæ pœnitentia singulis peccatis sit iniungenda: quarum tamen plures colligi possunt. Harum autem exceptio generalis est: Nisi moriturus pœni-

pœnitentia sit iniungenda. 26. q. 7. in prin. cum c. sequente. Plures huiusmodi exceptiones generales colligi possunt ex superiori regula 52. & aliquot sequentibus.

DE PECCATIS.
Cap. VI.

ANtequam locum de pœnitentia concludamus, subijcienda videntur, quæ de peccatis passim in iure pontificio habẽtur. Siquidem de peccatis agenda pœnitentia, vt diximus.

I. DEFINITIO peccati habetur 15. q. 1. c. 1. §. fin. Sed & distinctio significatorum habetur in glossa De pœnitent. distinct. 3. c. ille rex. in verbo Operatrix culpæ.

II. DIVISIONES PECCATI.

I. Regula: *Diuiduntur peccata in mortalia & venialia, distin. 25. c. vnum orarium. §. vnde Hieronymus, cum sequentibus, vsq; ad c. qui in aliud. M. I. R. lib. 3. cap. 7. reg. 35.*

II. Regula: *De quatuor generibus peccatorum, habetur De pœnitent. distin. 1. c. super tribus.*

III. Regula: *De tribus generibus peccatorum, habetur De pœnitent. distinct. 2. c. sicut tribus, cum sequentibus vsq; ad c. super tribus.*

IIII. Regula: *Diuiditur item peccatum in originale & actuale, de consecrá. dist. 4. c. regenerante.*

V. Regula: *Alia dicuntur voluntatis, alia infirmitatis, 15. q. 1. in prin. c. illa cauenda.*

III. COMPARATIONES PECcatorum, vtrum altero maius sit.

I. Regula: Maius & minus peccatum reputatur tum ex ipso genere peccati, tum ex persona peccantis. distinct. 40. c. homo.

II. Regula: Post hæresin fornicatio maximum peccatum. 32. q. 7. c. non solum. §. inter cætera. & c. quid in omnibus, in prin. Ipsius quoq; fornicationis gradus sunt: de quare vide S. lib. 1. cap. 15. de adulteriis & stupro, quæst. 1. causa 11. item quæst. 3. reg. 2.

III. Regula: Vtrum maius peccatum sit. per creaturas, an per creatorem iurare, definitur 22. q. 1. c. considera. c. penult. §. sed quæritur.

IIII. Regula: Vtrum maius peccatum sit, per Euangelia, an per Deum iurare, definitur d. q. 1. c. si quis per. §. fin. c. si aliqua.

IIII. CAVSAE PECCATI efficientes.

Harum tres enumerantur, videlicet suggestio, delectatio & consensus, dist. 6. c. sed pensandū. vers. tribus enim. item De pœnitent. dist. 2. c. sicut tribus.

V. SVBIECTVM PECCATI.

Nati ex Deo non peccant, de pœnitent. distinct. 1. c. qui natus. & distinct. 2. c. vt cognouerunt. §. fin. & c. si enim.

VI. EFFECTVS PECCATI.

I. Regula: Peccator non est in ecclesia. d. distin. 1. c. ecclesia.

II. Regu-

II. Regula: *Peccanti bona opera, quæ antea præstitit, pereunt, per ea quæ proposita sunt* S. *cap. 1. post reg. 35. except. general. 12.*

III. Regula: *Peccatum filios diaboli facit. de pœnitent. distinct. 1. c. qui natus.*

VII. SPECIES PECCATI.

I. Regula: *Omne quod non est ex fide, peccatum est. 28. q. 1. c. omnes. §. illud verò apostoli, vsq; ad §. item cum dicitur. M. I. R. lib. 3. cap. 7. reg. 32.*

II. Regula: *Iurare, per se peccatum non est. 22. q. 1. c. non est. c. vt noueritis. c. tu malum. c. & iurabunt. c. non est. c. si peccatum. Sed de hac re vide* S. *quoq; lib. 2. cap. 16. in prin.*

III. Regula: *Per falsos deos iurare peccatum est. 22. q. 1. c. penult. in prin.*

IIII. Regula: *Iurare per creaturas peccatum est. d. c. penult. §. alia quæstio. vers. sic etiam & de, vsq; ad §. sed quæritur.*

V. Regula: *Mentiri peccatum est. Quæ regula approbatur simul & distinguitur 22. q. 2. c. animaduertendum. §. cum ergo, vsq; ad fin. item c. is autem. c. beatus. c. in quibus. c. in ipsarum. c. primum. c. cum humilitatis. c. incauti. c. non ita. c. mihi autem. c. nec artificioso. c. ne quis. c. omne genus. c. quod autem. §. fin. cum duob. cc. sequentibus. item c. vtilem, in prin. c. quæritur. §. item opponitur, vsq; ad* §. *episcopus. item q. 5. c. iuramenti. c. cauete. M. I. R. d. cap. 7. reg. 33. Declaratur regula proposita definitione mendacij d. c. beatus. §. ille ergo. vers. est enim.*

Item diuisione mendacij declaratur d. q. 2. c. primum est Sed & species mendacij proponitur d. q. 5. c. si quis laicus. ꝯ. fin. cum c sequente. Planè propositæ regulæ exceptio prima est: Nisi sine dolo malo mentitus fuerit. Quæ exceptio approbatur per ea quæ habentur S. lib 2. cap 16. reg. 9. except. 8. Altera exceptio est: Nisi ioco dixerit. 22. q. 2. c. ne quis. §. duo verò sunt. c. quod autem. Tertia exceptio videtur: Nisi pro vtilitate vel vita alicuius mentiatur. Hæc exceptio reprobatur d. §. duo verò. vers. secundum autem. c faciat, cum duobus sequentibus. Contradicit d. q. 2. c. vtilem. §. fin. Cui obiectioni respondetur d. §. fin. cum c. sequente. Quarta exceptio est: Nisi in baptismo interrogatus, an paruulus quem suscipit, credat in Deum, & diabolo eius q̃ operibus renunciet, id affirmet. de consecrat. distin. 4. c. quæris. §. difficillimam. Quinta exceptio videtur: Nisi iuramentum non fuerit adhibitum. Sed reprobatur 22. q. 5. c. iuramenti. c. si quis laicus. §. vt itaq̃. Plura de regula proposita vide S. de periurio, d. reg 9.

VI. Regula: Si sacramentum illicitum seruat, non peccat. 22. q. 4. c. inter cætera. §. sed cum his omnibus. c. innocens.

VII. Regula: Negociari peccatum est. dist. 88. c. eyciens, cum duob. c. sequentibus.

VIII. Regula: Militare non est peccatum. 23 q. 1. in prin. cum sequentibus, vsq̃ ad quæst. 2. Huius regulæ exceptio est: Nisi bellum sit iniustum. Quæ exceptio declaratur definitione iusti belli 23. q. 2. in

prin.

prin. & c.1. in prin. item c. Dominus. c. vlt. & q. 3. in prin. cum sequentibus vsq; ad quæst. 4. item d. q. 4. c. sicut excellentiam, in prin. c. si non ex. & q. 3. c. si non licet. §. & ideo nequaquam c. quis enim. iniustum bellum est, quod vindictæ causa suscipitur. Mali enim sunt tolerandi. 23. q. 4. in prin. cum sequentibus. De quibus vide ſ. lib. 1. cap. 8. quæst. 2. reg. 3.

IX. Regula: Dolo bellum gerere, peccatum non est. 23. q. 2. c. Dominus. §. cum autem.

X. Regula: Si quis importunè loquatur, peccat. 22. q. 5. c. quoties.

XI. Regula: Si quis alicui maledixerit, peccatum est. 24. q. 3. c. qui negligit. c. certum. §. sed adhuc. c. si igitur. c. cum ergo, in prin. c. Deus. Huius exceptio est: Nisi non ex liuore vindictæ, sed amore iustitiæ maledixerit. d. c. cum ergo. §. sed qui pro, vsq; ad finē. & d. q. 3. c. cum sancti. c. apostolica. c. Deus.

XII. Regula: Error & ignorantia non est peccatum. Quæ regula approbatur sub conditione 22. q. 2. c. beatus. §. fin. cum c. sequente.

XIII. Regula: Si sortilegus sit, peccat. 26. q. 2. c. 1. §. his ita. Contradicit d. quæst. 2. in prin. & c. 1. in prin. Sed de hac re dictum quoque ſ. lib. 1. cap. 15. 8. quæst. 1. causa 9.

XIIII. Regula: Si elementa colit, lunæ & stellarum cursus in suis operibus obseruat, peccat. 26. q. 5. c. non liceat.

XV. Regula: Si calendaria obseruat, ocio vacet, domum ornet lauro aut viriditate arborum, peccatum

tum est. 26. q. 7. c. non licet. c. si quis calendas.

XVI. Regula: Si dies certos, menses & annos obseruet, ac comessationibus celebret, &c. peccatum est. d. c. si quis calendas. & d. q. 7. c. non obseruetis. c. quis existimaret.

XVII. Regula: Si somnia attendit, peccat. d. q. 7. c. non obseruetis. vers. siue qui attendit som.

XVIII. Regula: Si noui aliquid facit propter nouum annum, &c. peccat. d. c. si quis calendas. & c. non obseruetis.

XIX. Regula: Si ius potestatis exercet aliquem accusando vel puniendo, non est peccatum. 23. q. 4. c. quæsitum. c. illud.

XX. Regula: Pœna vltimi supplicij per se peccatum non est, per ea quæ proposita sunt S. lib. 1. cap. 7. in princ.

XXI. Regula: Si quis casu occasionem mortis præbuit, non est peccatum. 23. q. 5. c. de occidendis. §. qui verò repelluntur, vsq; ad §. fin.

XXII. Regula: Si quis seipsum interfecerit, peccat. d. c. de occidendis. §. fin. c. si non licet. c. in dixisti. c. non est. c. placuit.

XXIII. Regula: Seipsum defendere, vel alium repellere, ne ab eo iniuriam patiatur. d. c. de occidendis. §. qui verò. Hæc de speciebus peccatorum: quarum tamen plures colligi possunt ex alijs locis: vt S. lib. 2. cap. 16. reg. 10. cum sequentib.

VIII. DE CORRIGENDIS peccatis.

I. Regula: Peccata sunt corrigenda ac punienda. Quæ regula controuertitur per ea quæ proposita sunt §. lib. 1. cap. 8. quæst. 2. reg. 3. Vbi tandem concluditur ab ordinario loci priuata corrigi ac puniri posse & debere. Cui concordant ea quæ habentur §. lib. prox. cap. 8. quæst. 8. reg. 3. cum sequentibus. Planè proposita regula exceptio prima est: Nisi salua pace ecclesiæ peccata corrigi non possint. Quæ exceptio approbatur d. quæst. 2. reg. 3. Altera exceptio est: Nisi peccantes non sint nostræ iurisdictionis. 23. q. 4. c. cum in lege. §. his itaque. §. fin. c. si quis potestatem, in prin. Tertia exceptio est: Nisi in ipsum ordinarium, cui ius puniendi competit, peccatum sit, nõ in Deum vel proximum. d. q. 4. c. quid faciet. §. fin. c. quod Christus. c. inter querelas. c. si is qui. vers. ea nam q3. c. ea vindicta. item 23. q. 5. c. de occidendis, in prin. vers. vt non pro se. item 24. q. 3. c. Deus. Contradicit d. q. 4. c. si illic. §. sed obijcitur. c. Guilisarius, in prin. vsq3 ad §. quod autem. Hisce obiectionibus occurrit Gratianus locis iam allegatis. Sed & respondet ijs d. q. 4. c. non potest. §. præceptaverò. Quarta exceptio est: Nisi peccatum fuerit dimissum. 23. q. 4. c. si is qui. §. fin. cum c sequente. Quinta exceptio est: Nisi peccatum non sit probatum. d. q. 4. c. cum in lege. §. his itaq3. c. Guilisarius. §. fin. c. si quis potestatẽ. item c. si sacerdos. 2. de officio ordinarij. Sexta exceptio est: Nisi accusator

desit. d. q 4. c si quis potestatem. vers. & iudicis. Septima exceptio est: Nisi peccãs sociam habeat multitudinem. d. c. si quis potestatem. § fin. & c. non potest. in prin. Octaua exceptio: Nisi per ignorantiam vel infirmitatem peccauerit. 15. q. 1. c. 1. § porrò infirmitas, vsq; ad § fin. c. meritò. § fin. Nona exceptio est: Nisi peccans sit corrigibilis ac pœnitens. 23. q. 4. c. non potest. § præcepta. Decima exceptio est: Nisi metus causa peccauerit. d. c. meritò. Plures huiusmodi exceptiones vide ẽ. lib. 1. cap. 6. quæst. 3. excep. 1. cum sequentibus.

II. Regula: In paucis punienda peccata ad exemplum aliorum. 23. q. 4. c. quid faciet. § ecce quod. vers. in quo tamen. c. Guilisarius. § quod autem.

III. Regula: Per contraria atq; diuersa peccata curanda. de pœnitent. distinct. 2. c. 1. § oportet ergo.

IIII. Regula: Delinquentium multitudo diu per patientiam ad pœnitentiam est expectanda, priusquam cura adhibeatur. d. § ecce quod.

V. Regula: De tentanda prius reconciliatione cauetur 23. q 4. c. si illic. vers. sin verò nihil.

VI. Regula: De implorando brachio seculari, si necessitas vrgeat, cauetur 23. q. 5. c. principes. c. incestuosi. c. sunt quadam.

VII. Regula: Peccata puniuntur etiam per populum iussu diuino excitatum. 23. q. 5. c. vlt.

VIII. Regula: Per dæmones etiam & iram Dei peccata puniuntur. d. q. 5. c. non solùm. Hæc de peccatis: de quibus tamen plura vide ẽ. lib. 1. cap. 6. cum sequentibus.

DE ELEEMOSYNIS ET ieiunio. Cap. VII.

INter actus ecclesiasticos numerantur eleemosyna, ieiunia & martyria: de quibus hoc loco dicendum.

I. DE ELEEMOSYNIS.

I. Regula: De diuisione eleemosynarum trimembri, habetur distin. 45. c. & qui emendat. §. fin. cum c. sequente. item c. duæ sunt, in prin. vsq; ad §. ex his.

II. Regula; Species eleemosynæ est, remittere debitum. de pœnitent. dist. 3. c. de quotidianis. §. fin.

III. Regula: De ratione dandarum eleemosynarum, habetur 12. q. 2. c. aurum, cum c. sequente.

IIII. Regula: Viduis etiam dandæ eleemosynæ. Quæ regula approbatur simul & distinguitur 31. q. 1. c. quomodo. §. & ideo apostolus.

V. Regula: Eleemosyna iniustorum non iustificat. 14. q. 5. c. scriptum.

VI. Regula: Eleemosyna raptoris & manifesti violatoris ecclesiarum à clericis non accipienda. e. super eo. 2. §. qui autem. vers. nec eius eleemosynam. de raptoribus.

VII. Regula: Ab excommunicato eleemosynæ nõ sunt accipiendæ, per ea quæ proposita sunt S. lib. 1. cap. 8. quæst. 10. reg. 18. & S. lib. prox. cap. 13. reg. 41. Ab hac regula excipiuntur primùm prædicatores, præsertim qui aliàs sustentari non possunt. hi enim ab excommunicatis eleemosynas accipere possunt.

c. cum voluntate. 54. §. 1. de sentent. excomm. Deinde excipiuntur ij qui non nominatim sunt excommunicati. nam & ab his eleemosynas accipere licet. 24. q. 2. c. sanè. Plures exceptiones vide d. reg. 18. & reg. 41.

VIII. Regula: Ex rebus turpiter quæsitis eleemosynæ nō sunt dandæ. 1. q. 1. c. non est. 14. q. 5. in prin. cum sequentibus, vsq; ad c. nemo. item c. eleemosyna. c. neque enim. c. deniq;. c. scriptum est. c. pœnale. §. fin. Contradicit d. q. 5. c. qui habetis. & c. vlt.

IX. Regula: De agenda prius pœnitentia quàm dentur eleemosynæ, cauetur De pœnitent. distinct. 3. c. qui vult.

X. Regula: Vt libenter quisque det eleemosynas, non inuitus, nec ob pudorem, 23. q. 6. c. iam verò. §. vnde apostolus.

XI. Regula: De officio quæstorum indulgentiarum, qui colligunt eleemosynas, cauetur c. cum ex eo. 14. in prin. vsq; ad §. ad hæc. de pœnitentijs. Clement. 2. eod. tt.

XII. Regula: De effectu & vsu eleemosynarum cauetur 13. q. 1. c. anima, in prin. & §. vbi illud etiam. c. tempus. §. cum sacrificia. Vide insuper 5. cap. 1. quæst. 1. reg. 16.

II. DE IEIVNIO.

I. Regula: De ratione & origine ieiunij, habetur distinct. 35. c. sexto die. M. I. R. lib. 3. cap. 7. reg. 18.

II. Regula: Ieiunandum quidem regulariter est, nec

nec sine causa ieiunium soluendum. de consecrat. distin.3.c.1.§.fin.c.ieiunia.& distin.5 c.quadragesima.c.ieiunia. Huius regulæ exceptio est: Nisi infirmitas vel alia necessitas obstet. Quæ exceptio ex iam dictis patet. Concordat c.consilium.2.§.cum autem quæsieris, vsq; ad fin. de obseruat. ieiuniorū. & d.distin.5.c.sint tibi.§.apostolus inquit.

III. Regula: Quando ieiunandum? De quadragesima cauetur dist.4.c.statuimus,cum duob. cc.sequentibus. Quæ tamen dicuntur mutata d. dist. 4. c.in istis.§.fin. Concordat De consecrat. dist. 3. c.sacerdotibus, cum tribus cc. sequentibus. item dist. 5. c.quadragesima.c.ieiunium.

IIII. Regula: Ante missarum solennia circa horam nonam decantata in quadragesima comedere non licet. de consecrat.distin.1.c.solent.

V. Regula: Die sabbathi ieiunandum. de consecrat.dist.3.c.sabbatho.& dist.5.c.quia dies. Contradicere videtur Apostol. canon.65.

VI. Regula: Die Dominico ieiunandum non est. de consecrat.distin.3.c.ieiunium. c.ne quis. item distinct.30.c.si quis tanquam.& c.vlt.in prin.dist.76. c.vtinam.& 26.q.7.c.sacerdos. vers. die autem. Apostol.canon.65.

VII. Regula: De ieiunio quatuor temporum anni, videlicet in Martio hebdomada prima, in Iunio secunda,in Septembri tertia,& in Decembri quarta,cauetur distin.76. in prin. cum sequentibus, vsq; ad c. scire debet.

VIII. Regu-

VIII. Regula: Ante diem Pentecostes ieiunia non celebranda. d. distin. 76. c. ieiunium. §. fin. cum c. sequente. Quod tamē voluntatis, non necessitatis est. d. c. scire debet. §. fin. cum tribus cc. sequentibus.

IX. Regula: In quarta & sexta feria ab initio noctis precedentis vsque in sequentem diem, scilicet quartam & sextam feriam, ieiunandum. de consecrat. distin. 3. c. de esu carnium. c. ieiunia.

X. Regula: Vigilia occurrens in Dominica ieiunari debet in sabbatho, & ieiunanda est vigilia Matthiæ. c. 1. de obseruat. ieiunior.

XI. Regula: De vigilijs apostolorum, Aduentu Domini, &c. cauetur c. consilium. 2. in prin. vsq; ad §. cum autem quæsieris. eod. tt.

XII. Regula: Si festum natiuitatis occurrit sexta feria, licitum est omnibus carnes comedere, exceptis professis & vouentibus c. vlt. d. tt.

XIII. Regula: Quinta feria ieiunandum non est. d. distin. 3. c. ieiunium.

XIIII. Regula: De adiunctis ieiunij. Cibis ariodoribus tempore ieiunij vescendum. de consecrat. distin. 3. c. non oportet.

XV. Regula: A carnibus & vino abstinendum. distinct. 35. c. ab exordio. Non tamen execrandi animo. distinct. 30. c. vlt. §. fin. Apostol. canon. 50. 52.

XVI. Regula: Tempore quadragesimæ in templum eundum. de consecrat. dist. 3. c. ne quis.

XVII. Regula: Ne diebus ieiunij natalitia vel aliæ festiuitates celebrentur, cauetur 33. q. 4. c. vt cum.

cum. §. fin. cum duobus cc. sequentibus, item c. nec vxorem, in prin.

XVIII. Regula: De euentis & consequentibus ieiunij. Ieiunium curat vulnera delinquentis, curatosq; sanctificat. de consecrat. distinct. 5. c. sint tibi, in fine. Huius exceptio est: Nisi mens ab iniquitate, & lingua ab obtrectationibus non cohibeatur. d. distinct. 5. c. nihil enim.

XIX. Regula: Ieiunium tollit morbum articularem & podagram. d. distin. 5. c. legimus.

XX. Regula: De pœna contemnentis ieiunia cauetur dist. 30. c. si quis eorum. Apost. canon. 68.

XXI. Regula: De pœna contemnentis non ieiunantes cauetur distinct. 30. c. si quis carnem.

XXII. Regula: Species ieiunij est, abstinere ab iniquitate & voluptate illicita. de consecrat. dist. 5. c. ieiunium.

XXIII. Regula: Quæ ieiunia potiora, definitur d. distinct. 5. c. non dico, cum duobus cc. sequentibus.

XXIV. Regula: Contraria ieiunio sunt, præcepta medicorum. d. distinct. 5. c. contraria diuinæ.

XXV. Regula: De gulæ vitio cauetur d. distin. 5. c. quinq; modis. c. ne tales. c. legimus. vers. caruerunt enim. Hæc de ieiunio: de quo tamen vide plura §. lib. prox. cap. 5. reg. 93. cum aliquot sequentibus.

DE

DE FERIIS ET FESTIVITATIBUS. Cap. VIII.

PRima regula: Dies festus incipit à vespera ad vesperam. c. 1. de feriis. de consecrat. distinct. 3. in prin. Hoc tamen variatur secundum quantitatem dierum & regionum cõsuetudinem. c. quoniam. 2. in prin. de feriis.

II. Regula: A quibus actionibus cessandum in feriis, definitur c. 1. de feriis. Sed & genua non flectenda diebus festiuis. d. c. 2. §. 1.

III. Regula: Diuinis officijs, non saltationibus vel cantilenis vacandum. de consecrat. distinct. 3. c. irreligiosa.

IIII. Regula: In diebus festiuis non ieiunandum, per ea quæ proposita sunt s. cap. proxim. de ieiunio, reg. 6.

V. Regula: Lauari quis potest die Dominico. d. distin. 3. c. peruenit. §. aliud quoq;.

VI. Regula: Vbi celebranda festiuitates, Paschæ, natalis Domini, & quadragesimæ solennitas. A ciuibus in villa non celebranda, sed in ciuitate. d. distinct. 3. c. nulli ciuium.

Quibus diebus feriandum.

VII. Regula: Die sabbathi feriandum non est. d. distinct. 3. c. peruenit, in prin.

VIII. Regula: De omni die Dominico cauetur c. 1. de feriis.

IX. Regula: De festo sanctæ trinitatis, habetur c. quoniam. 2. §. fin. de feriis.

X. Regu-

X. Regula: De alijs diebus, quibus feriandum est, cauetur c. conqueſtus. 5. de feriis.

XI. Regula: De feſto S. Matthiæ cauetur c. quæſiuit. 14. §. feſtum verò. de verborum ſignificat.

XII. Regula: De feſtis duodecim apoſtolorum, quatuor euangeliſtarum, item Gregorij, Auguſtini, Ambroſij & Hieronymi, cauetur c. vnico, de reliquijs & veneràt. ſanct. in 6.

XIII. Regula: De feſto corporis Chriſti cauetur Clement. vnica. d. tt.

XIIII. Regula: De feſto conceptionis Mariæ cauetur extrauag. com. 1. cum ſequente, eod. tt.

XV. Regula: De die crucis cauetur De conſecrat. diſtinct. 3. c. crucis.

XVI. Regula: De feſto Paſchatis, quando celebrandum ſit, definitur d. diſtin. 3. c. noſſe vos. c. celebritatem, in prin. c. Paſchæ. c. de obſeruatione. item Apoſtol. canon. ſi quis. 7.

XVII. Regula: Antecedentia feſtum Paſchatis exponuntur d. diſtinct. 3. c. ſacerdotibus, c. placuit. c. vt venerabilis. c. placuit vt poſtquam. c. de obſeruatione, in fine. & diſtin. 4. c. ſymbolum.

XVIII. Regula: De feſto aſcenſionis Domini cauetur d. diſt. 3. c. rogationes.

XIX. Regula: Pœna, ſi non ſit feriatum diebus conſtitutis, habetur M. I. C. lib. 3. cap. 33. de feriis, reg. 18. Cuius exceptio prima hæc eſt: Niſi res tempore ſit peritura. c. vlt. verſ. niſi neceſſitas vrgeat. de feriis. Concordat M. I. C. d. reg. 18. excep. 2. Eius

exem-

exemplum proponitur in captura alecia, c. licet. 3. d tt. Altera exceptio videtur: Nisi contractus tantùm celebretur vel mercatura. Sed reprobatur c. 1. d. tt. Tertia exceptio videtur: Nisi iuretur die festo. Sed & hac exceptio reprobatur d. c. 1. in fine. Quarta exceptio est: Nisi tempore vindemiarum executio rei iudicatæ fiat. c. significauerunt. 21. §. verùm pars. de iudicijs. Accedit glossa ibidem. Hæc de seriis & festiuitatibus: de quibus tamen vide plura S. lib. 2. cap. 1. quæst. 3. item M. I. C. d. cap. 33. & M. I. R. lib. 3. cap. 10. reg. 123. Sequitur de sepultura.

DE SEPVLTVRA.

Cap. IX.

I. QVI SEPELIRE DEBENT?

MOnachi sepelire non debent. *Quæ regula approbatur simul & distinguitur per ea quæ proposita sunt S. cap. 2. quæst. 1. reg. 13.*

II. VBI SEPELIENDVM?

1. Regula: *Potest quis sepulturam eligere. c. 1. §. 1. c. cum liberum. 6. c. in nostra. 16. §. talem. vers. nisi apud eos. de sepulturis. 13. q. 2. c. vnaquæq; §. exemplo igitur. §. fin. c. illud. § fin. c. vlt. in princ. 16. q. 1. c. vbicunq; M. I. R. lib. 3 cap. 7. reg. 43. Contradicit d. q. 2. c. placuit. vers. vel vt quidam. Planè huius regulæ exceptio prima est: Nisi impubes sibi elegerit sepulturam. c. in nostra. 16. §. fin. de sepulturis. Altera exceptio est: Nisi pater filio eligat sepulturam. c. licet pater. 4. in prin. eod. tt. in 6. M. I. R. d reg. 43.*

excepti-

Except.1. Cuius replicatio est: Nisi consuetudo loci extet in contrarium. Quæ replicatio approbatur d. c.4.in prin. Item concordat c.de vxore.7. §. fin. eod. tt.in antiquis. Tertia exceptio videtur: Nisi vxor sibi eligat sepulturam. Sed reprobatur d.c.de vxore. 7.in prin. Quarta exceptio est: Nisi dolo inductus alibi sepeliri voluerit. c.in nostra.10. §. talem. vers. nisi dolo.de sepulturis. Quinta exceptio videtur: Nisi contra pactum alibi sepulturam sibi elegerit. Sed reprobatur c.1.de pactis, in 6. c.1. de sepulturis, in 6. item Clement.vlt. §. fin.de pœnis. Sexta exceptio videtur: Nisi locum minus religiosum elegerit. Sed reprobatur c.cum quis, 2. §. fin. de sepulturis, in 6. Septima exceptio est: Nisi temeritate quadam parentum suorum sepultura relicta, alium locum minus religiosum elegerit. c.fraternitatem.3.de sepulturis.13. q. 2. c.placuit. in prin.vers vel vt quidam. Octaua exceptio est: Nisi religiosus sibi elegerit sepulturam. c.religiosi. §. de sepulturis, in 6. Nona exceptio est: Nisi per pactum sibi locum sepultura elegerit. c.1.de sepulturis, in 6.

II. Regula: Cessante electione, quisque in parochiali sua ecclesia, vel vbi decimas soluit, non in alia sepeliri debet. c. ex parte. §. c. cum liberum. 6. & c. in nostra.10. de sepulturis. item 13. q. 2. c. vbicunq;. §. si autem & hoc. §. quia ergo. §. fin.

III. Regula: Si quis domicilium transfert, in loco ad quem transfert sepeliendus est. 13. q. 2. c. vbicunque. §. fin. Cuius exceptio est: Nisi ad tempus

transtulerit. c. is qui habet. 3. de sepulturis, in 6.

IIII. Regula: Ne in ecclesia, sed in atrio vel porticu aut exhedris ecclesiæ sepeliatur, cauetur 13. q. 2. c. præcipiendum. §. prohibendum. c. quibus peccata. c. nullus, in prin. Huius exceptio est: Nisi episcodus, abbas, dignus presbyter aut fidelis laicus in ecclesia sepeliatur. d. c. nullus, in prin.

V. Regula: Qui seipsum interfecit, in cœmeterio sepeliri non debet. 23. q. 5. c. placuit. M. I. R. lib. 3. cap. 7. reg. 47. Cuius exceptio est: Nisi casu seipsum occiderit. c. ex parte. 11. de sepulturis.

VI. Regula: Excommunicati in cœmiterio sepeliri non debent. c. sacris. 12. de sepulturis. c. ad hæc. 5. de priuilegijs. Clement. 1. de sepulturis. Huius regulæ exceptio est: Nisi excommunicati sint absoluti. Quæ exceptio approbatur c. vlt. de sepulturis. c. in literis. 5. de raptoribus.

VII. Regula: De interdictis in cœmiterio non sepeliendis cauetur Clement. 1. de sepulturis. c. cum & plantare. 3. §. quod si templarij. vers. nec tunc ibi sepeliantur. de priuilegijs. Huius exceptio est in clericis defunctis. Quæ exceptio approbatur sub conditione & modo c. quod in te. 11. §. 1. de pœnitentijs.

VIII. Regula: De suspensis ab ingressu ecclesiæ in cœmeterio non sepeliendis cauetur c. is cui. 20. §. talis quoq;. de sentent. excom. in 6.

IX. Regula: De vsurarijs manifestis in cœmeterio non sepeliendis cauetur Clement. 1. de sepulturis. M. I. R. lib. 3. cap. 7. reg. 44.

X. Regu-

X. Regula: *Monachus qui aliquid proprium habuit, in cœmeterio non est sepeliendus. c. monachi. 2. §. qui verò. c. super quodam. 4. & c. cum ad. 6. §. quòd si proprietas. de statu monachorum.*

XI. Regula: *Vltimo supplicio adfecti non prohibentur in cœmeterio sepeliri. 13. q. 2. c. fatendum. §. fin. c. quæsitum. M. I. R. d. cap. 7. reg 46.*

XII. Regula: *Coniuges in vno sepulchro sepeliendi. 13. q. 2. c. 1. §. fin. cum c. sequente. item c. vnaquæq;, in prin. §. beatus.*

XIII. Regula: *Si vna pluribus nupta fuerit successiuè, in sepulchro vltimi viri est sepelienda. c. is qui habet. 3. §. fin. de sepulturis, in 6.*

XIIII. Regula: *Fratres & sorores in eodem sepulchro sepeliendi. 13. q. 2. c. vnaquæq;. §. 1.*

XV. Regula: *Parentes & liberi in eodem sepulchro sepeliendi. d. c. vnaquæq;. §. Ioseph. §. dictum. §. de nonnullis. §. in nouo. §. beatus. §. his omnibus. item De sepulturis c. 1. in prin. Contradicit d. c. vnaquæq;. §. econtrà, vsq; ad §. item quæ legibus.*

XVI. Regula: *Apud maiorem ecclesiam, vbi sedes est episcopi, sepulturæ sunt celebrandæ. 13. q. 2. c. vbicunq;, in prin.*

XVII. Regula: *In loco, vbi hæreticus sepultus est, alius sepeliri debet. c. quicunq;. 2. in prin. vers. & locus ille. de hæreticis, in 6.*

III. MODVS ET ADIVNcta sepulturæ.

I. Regula: *Ne mortuos lugeamus, cauetur 13. q. 2. c. quia*

c. quia alij. §. fin cum sequentib. vsq; ad. c. fatendū.

II. Regula: *De cautionibus in sepultura cauetur d. q. 2. c. qui diuina, in prin.*

III. Regula: *Adhibentur insuper aliæ ceremoniæ in sepultura, quæ ecclesiastica vocatur: quæ regulariter defuncti sunt sepeliendi. Cuius regulæ exceptio prima est: Nisi excommunicati sint. c. quicunq;. 2. in prin. de hæreticis, in 6. c. episcoporum. 8. vers. aut excommunicatos. de priuilegijs, in 6. Altera exceptio est: Nisi interdicti sint. d. c. 8. vers. vel interdictos. & c. quod in te. ii. §. 1. de pœnitentijs. Tertia exceptio est: Nisi vsurarij sint manifesti. c. 2. in prin. vsque ad §. nullus manifest. de vsuris, in 6. Quarta exceptio est: Nisi in torneamentis decesserint. c. 1. in fine. de torneamentis. Huius replicatio est: Nisi non pugnandi, sed alio animo accesserint. c. 2. eod. tt. Quinta exceptio est: Nisi raptores sint, & manifesti ecclesiarum violatores. c. 2. de raptoribus. Sexta exceptio est: Nisi defuncti sint exenterati. extrauag. com. vnica. §. & nihilominus ille. de sepulturis. Septima exceptio est: Nisi defunctus sibi ipsi mortem cōsciuerit. 23. q. 5. c. placuit. Octaua exceptio est: Nisi defunctus vltimo supplicio sit affectus impœnitens. d. c. placuit, in fine. Nona exceptio videtur: Nisi clericus in bello, rixa aut ludo fuerit interfectus. Sed reprobatur 23. q. 8. c. quicūq;. in fine.*

IIII. ANTECEDENTIA SEPVLTVram, & consequentia.

I. Regula: *Ne prius exenterentur cadauera, neq; à car-*

à carnibus ossa separentur, cauetur d. extrauagan. com. vnica, de sepulturis.

II. Regula: Ne quicquam pro sepultura exigatur, cauetur c. abolendæ. 13. de sepulturis. Concordat §. lib. 1. cap. 16. quæst. 1. causa 4.

III. Regula: Si defunctus alibi quàm vbi debet sepultus sit: exhumandus, & ecclesiæ suæ cum omnibus bonis restituendus est. c. fraternitatem. 3. c. ex parte. 5. cum c. sequente. d. tt.

IIII. Regula: Si quis in alia quàm parochiali sua ecclesia sepeliri desideret, parochiali ecclesiæ ab eo debetur canonica portio. c. relatum. 2. c. de his quæ. 4. c. cum super. 8. c. in nostra. 10. vers. & tunc parochialis. de sepulturis. Definitur canonica portio ex loci consuetudine c. certificari. 9. eod. tt. Cui autem ecclesiæ debeatur, differitur c. cum quis. 2. de sepulturis, in 6.

V. Regula: De impensis quæ fiunt corpori, cauetur 13. q. 2. c. non æstimemus. §. corpori.

VI. Regula; De corporibus vel ossibus sepultis non transferendis cauetur l. nemo. 14. C. de religiosis. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi quis alibi quàm oportuit fuerit sepultus. Quæ exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt paulò superius reg. 3. Altera exceptio est: Nisi non perpetuæ sepulturæ corpus traditum sit, sed temporali. extrauag. com. vnica. §. sed vt defunctorum. de sepulturis. l. 3. §. non perpetuæ. ff. de sepulchro violato. l. 10. C. de religiosis. Tertia exceptio est: Nisi in itinere defun-

ctus sit: hoc enim casu transferri potest. d. §. sed vt defunctorum. & d.l.3. §. diuus tamen. Quarta exceptio est: Nisi paganus vel infidelis in ecclesia sit sepultus. de consecrat. distinct.1.c.ecclesiam, in fine, cum c.sequente. item c.quicunq; 2. in prin. vers. nec absolutionis. de hæreticis, in 6. Plures huiusmodi exceptiones vide M.I.C.lib.3.cap.7. quæst. 4. reg.3.

VII. Regula: Ne super monumentis mortuorum missa celebretur, cauetur De consecrat. distinct.1.c. non oportet.

VIII. Regula: Ne prandia ad sepulturas deferantur, cauetur d.c.non oportet. §. fin.

IX. Regula: Mortui non redeunt ad viuos. 13.q.2. c.fatendum. §. multi quoq;.

X. Regula: Mortui nesciunt quæ à viuis gerũtur. d.q.2.c.qui diuina. §. fin. cum d.c fatendũ, sequẽte.

XI. Regula: De loco & conditione animarum defunctorum vsq; ad extremum iudicium disseritur d.q.2.c.tempus, in prin. Vide item S. cap.1. quæst.1. reg.22. Hæc de sepultura. De qua vide item M. I. C. lib.3.cap.7.

DE VOTO ET IVREiurando. Cap. X.

DE VOTO.

PRima regula: Ex voto nascitur obligatio, & vouens ad id quod vouit præstandum tenetur. c.licet.6.in prin.c.magnæ deuotionis.7. §. & quidem tria. vers. sanè. de voto. item 17.q.1. in prin.

CRIIS

cum quatuor cc. sequentibus. l. 2. in prin. ff. de pollicitationib. M. I. R. lib. 3. cap. 7. reg. 50. & cap. 10. reg. 82. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi impubes vouerit. Quæ exceptio approbatur certo modo c. venientis. 2. de voto. & d. l. 2. §. voto autem. Altera exceptio est: Nisi filiusfamiliâs vel seruus vouerit. d. §. voto autem. Tertia exceptio est: Nisi filia sine patris consensu vouerit. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur 32. q. 2. c. mulier. c. merito. Quarta exceptio est: Nisi vxor sine viri consensu vouerit. 33. quæst. 5. c. noluit. Quinta exceptio: Nisi coniunx sine consensu coniugis continentiam vouerit. d. q. 5. in prin. cum sequentibus, vsq; ad c. secundum. item c. vna sola. c. manifestũ, in prin. & §. ex præmissis. c. noluit. c. vlt. §. fin. Concordant item ea quæ habẽtur j. cap. 16. reg. 7. & cap. 18. causa 6. excep. 2. Huius exceptionis replicatio est: Nisi coniunx voto consenserit. d. q. 5. c. quod Deo, in prin. c. manifestum. §. fin. & c. vlt. §. fin. Huius replicatio est: Nisi consentiens postea mutauerit voluntatem. d. 6. quod Deo, in prin. c. manifestum. vers. non tamen mulieri. §. fin. & c. vlt. §. fin. Plures replicationes vide d. excep. 2. Sexta exceptio videtur: Nisi vir sine consensu vxoris peregrinationem vltramarinam vouerit. Sed reprobatur c. ex multa. 9. §. in tanta. de voto. Septima exceptio est: Nisi episcopus vel clericus sine licentia superioris peregrinationem vouerit. c. magnæ deuotionis. 7. §. ipsum etiam votum. de voto. Octaua exceptio videtur: Nisi prælatus professus peregri-

nationem vouerit. Sed reprobatur c. vlt. eod. tit. Nona exceptio est: Nisi monachus sine consensu abbatis vouerit. 20. q. 4. c. monacho. & c. vlt. §. fin. Decima exceptio est: Nisi ex alieno vouit. 33. q. 5 c. vna sola. §. fin. Vndecima exceptio: Nisi votum sit illegitimum. Quæ exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt ſ. lib. 2. cap. 16. reg. 9. except. 1. Duodecima exceptio est: Nisi vouens ad id quod vouit, inutilis sit. c. quod super. 8. & c. ex multa. 9. §. secundo. & §. fin. de voto. Decimatertia exceptio est: Nisi simpliciter proposuit, non solenniter vouit. c. literaturam. 3. cod. tit. 17. q. 1. c. vlt. §. fin. & q. 2. in princ. Contradicere videtur d. c. vlt. Sed huic obiectioni respondet Gratianus d. §. fin. Decimaquarta exceptio est: Nisi causa voti cesset. 6. magna deuotionis. 7. §. fin. de voto. Decimaquinta exceptio est: Nisi vouens religionem ingressus sit. c. scripturæ. 4. d. tit. Decimasexta exceptio: Nisi continentiam vouens vxorem duxerit. 17. q. 2. c. 1. Decimaseptima exceptio videtur: Nisi continentiam vouens aliquam ducendo posit ad fidem Christianam conuertere. Sed reprobatur 32. q. 8. in princ. cum c. sequente. Decimaoctaua exceptio est: Nisi post simplex votum aliud solenne secutum sit; hoc enim illi derogat. c. qui post. 5. de regularibus, in 6. Declaratur hæc exceptio definitione voti solennis c. 1. de voto, in 6. Decimanona exceptio videtur: Nisi religionem vouens postea factus sit episcopus. Sed reprobatur c. per tuas. 10. de voto. Vicesima exceptio: Nisi ex iusta

causa

causa votum impediatur. c. quod super. 8. & c. ex multa. 9. §. secundo. de voto. Vicesimaprima exceptio: Nisi authoritate Pontificis votum implere differat. c. non est. 5. eod. tt. M. I. R. lib. 3. cap. 7. reg. 50. excep. 1. Vicesimasecunda exceptio est: Nisi votum authoritate superioris alia re sit redemptum, vel in aliud commutatum. c. 1. c. magnæ deuotionis. 7. c. quod super. 8. c. ex multa. 9. in princ. & §. secundo. eod. tt. Vicesimatertia exceptio est: Nisi præstitum sit id, quod in votum deductum est. l. 2. §. res enim. ff. de pollicitationibus. Huius replicatio desumpta ex mensura, ad quam votum soluendum est, tractatur c. ex parte. 18. de censibus.

II. Regula: Hæredes quoq; vouentis ex voto defuncti tenentur. c. licet. 6. de voto. & l. 2. §. fin. ff. de pollicitationibus.

III. Regula: Res in votum deducta non prius in bonis vouentis esse desinit, quàm fuerit soluta vel separata. d. l. 2. §. quares. & § si decimam.

IIII. Regula: Grauius est, votum non seruare, quàm non vouere. 12. q. 1. c. sciendum. §. fin.

V. Regula: Vxores maritos ex voto peregrinantes sequi possunt, sed non tenentur. c. ex multa. 9. §. quod autem. de voto.

VI. Regula: Pœna impedientis votum habetur 32. q. 2. c. vlt.

DE IVREIVRANDO.

I. Regula: Si iusiurandum est illicitum vel per metum extortum: ad id relaxandum actio compe-

tit, exemplo c. 1. c. peruenit. 2. c. si verò aliquis. 8. c. verum. 15. in prin. c. sicut. 29. in prin. vers. cum à præfato. de iureiurando. M. I. R. lib. 3. cap. 7. reg. 51. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi iusiurandum seruari posit sine interitu salutis æternæ. Quæ exceptio approbari videtur d. c. 8. §. duximus tibi. Sed de hac re vide gloss. in d. c. 8. in verbo Proprium. Plures huiusmodi exceptiones vide ẽ. lib. 2. cap. 16. reg. 9. except. 1. replic. 1. cum sequentibus. item ẽ. lib. prox. cap. 7. reg. 1.

II. Regula: De modo relaxandi iurisiurandi cauetur c. verum in ea. 15. §. cæterùm. de iureiurando. Plura de iureiurando vide d. cap. 16.

DE SPONSALIBVS. Cap. XI.

INter actus ecclesiasticos, seu causas quæ ad forum ecclesiasticum pertinent, numerãtur etiam causæ matrimoniales. Ideoq; de ijs hoc loco tractabitur: & primùm quidem de matrimonio contrahendo, hinc de contracto, tertiò de matrimonio dissoluendo, quartò de dissoluto, quintò de secundis nuptijs specialiter agetur, postremò de concubinatu. Matrimonij contrahendi sunt iura sponsaliorum & nuptiarum contrahendarum.

I. DEFINITIO sponsaliorum habetur 30. q. 5. c. nostrates, in prin. l. 1. cum duabus ll. sequentibus. ff. de sponsalibus. M. I. R. lib. 3. cap. 8. reg. 1.

II. DI-

II. DIVISIO SPONSALIORVM.

Diuiduntur in sponsalia de præsenti & de futuro, c. si inter virum. 31. de spōsalibus. M.I.R. d. cap. 8. reg. 3. Sponsalia de præsenti nihil aliud sunt, quàm quod leges nuptias vocant, quibus iam dicta definitio non competit. Sponsalia de futuro propriè sunt sponsalia iuris ciuilis.

III. GENVS SPONSALIORVM.

Quia promiscuè vtūtur canones vocabulo Sponsaliorum & Nuptiarum, ideo 27. q. 2. Gratianus differit, an sponsalia coniugij appellatione contineantur, seu an sponsus & sponsa cōiuges rectè dicantur? cuius quæstionis partem quidem affirmatiuam primùm probat argumentis & authoritatibus, d. q. 2. in prin. c. sufficiat. §. cum ergo. c. beata. §. fin. c. coniuges. c. coniunx. c. omne itaq;. c. qui desponsatam, in prin. & §. 1. item c. si quis desponsauerit. §. fin. M.I.R. d. cap. 8. reg. 4. Deinde partem negatiuā defendit, sponsalia videlicet coniugij appellatione non contineri, & sponsum sponsamq; coniuges non rectè dici, d. §. fin. cum sequentibus. & d. q. 2. c. decreta. §. 1. c. quod autem. §. vnde apparet. §. item si sponsa. c. si quis sponsam. §. 1. c. statutum. §. apparet. M.I.R. lib. 5. cap. 14. in verbo Sponsus. Postremò Gratianus hanc canonum contrarietatem conciliare conatur distinctione facta inter coniugium initiatum & ratum: initiatū appellans, cui carnalis copula non interuenerit: ratum appellans, cui copula ista interuenerit, d. c. statutū. §. quomodo & d. q. 2. c. cum

c.cum initiatur. De quare vide item ĵ.cap.14.except.8. Ex quibus patet, coniugium initiatum nihil aliud esse, quam spõsalia de præsenti, quæ iure ciuili sponsalia non dicuntur, sed nuptiæ, vt s̄.quoq; dictũ. Ideoq; ita desponsati coniuges rectè appellantur, quamuis coniunctio carnalis secuta non sit. Siquidem coniugiũ siue nuptias consensus facit, non concubitus, vt d.except. 8. demonstrabitur. Sponsalia verò de futuro coniugium rectè dici non possunt.

IIII. CAVSA SPONSALIORVM, eiusq; exceptiones.

Porrò sponsalia perinde ac nuptiæ consensu contrahuntur. l.11 ff.de sponsalibus. M.I.R. lib.3. cap.8. reg.5.in prin. Non tamen quilibet consensus ad contrahenda sponsalia sufficit. Habet enim causa hæc suas etiam exceptiones quas ordine proponemus.

I. Exceptio est: Nisi sponsalia inter eos eásue, qui quæúe nuptias contrahere prohibentur, sint contracta. l.15.cum l.sequente.ff.eod.tt & l.61. §. quamuis.ff. de ritu nuptiarum. M.I.R. d. reg.5. except.1. Cuius replicatio est: Nisi inter impuberes sponsalia contrahantur: inter hos enim quamuis nuptiæ contrahi non possint, sponsalia tamen possunt. c. 1. §. potest autem. de desponsat. impuber. 31. q. 2. c. tua sanctitas. l.9. & l.14. de sponsalib. M.I.R. d. except.1. repl.1. Sanè inter impuberes, in quibus malitia ætatẽ supplet, iure pontificio non sponsalia solùm, sed & nuptiæ contrahi possunt, vt infrà suo loco docebitur, Planè propositæ replicationis duplicatio hæc est: Nisi impu-

impuberes sint minores septem annis : nam inter hos sponsalia neutro iure subsistunt. 30. q. 2. in prin. cum c. sequente. item De desponsat. impuber. c. vbi non. 2. c. literas. 4. c. acceßit. 5. vers. quia desponsationes. c. ad dissoluendum. 13. Item concordat c. 1. in prin. eod. tt. in 6 & l. 14. vers. si non sint minores. ff. de sponsalibus. M. I. R. d. repl. 1. dupl. 2. Planè propositæ duplicationis triplicatio prima est : Nisi vrgentißima necessitas vel publica vtilitas subsit. d. c. vbi non. 2. vers. nisi fortè aliqua. Altera triplicatio est : Nisi desponsati completo septennio sponsalibus consenserint, vel cohabitauerint. c. literas. 4. §. fin. c. acceßit. 5. vers. si consensus. c. duo pueri. 12. de desponsat. impuber. & d. c. 1. in prin. de desponsat. impuber. in 6. & 30. q. 2. c. 1. vers. nisi vterq; puerorum. Huius quadruplicatio est : Nisi alteruter postea sponsalia de præsenti cum alio contraxerit. d. c. 12. de quare dicentur plura ibi. except. 6. Tertia triplicatio est : Nisi desponsati minores copulam carnalem tentauerint. c. iuuenis. 3. de sponsalibus. c. fraternitati. 7. de eo qui cognouit consang.

II. Exceptio : Nisi non consentiant ij qui desponsandentur, c. vnico. §. fin in fine. de desponsat. impuber. in 6. 30. q. 2. in prin. cum c. sequente. Huius replicatio prima est : Nisi non euidenter dissenserint desponsati : veluti si præsentes non contradixerint. d. c. vnico. §. porrò. Altera replicatio est : Nisi desponsati sponsalia rata habuerint. d. §. porrò. vers. idem est. Plura de exceptione proposita vide M. I. C. lib. 4. cap. 1.

cap.1.quæst.3.except.6. Sed & de eadem vide l.cap. 14. except.3.

III.Regula: Nisi sponsalibus sub conditione contractis, conditio non extiterit.c.1.§.fin.de sponsalib. in 6.M I.R.d.reg.5.except.2. Huius exemplum habetur c. de illis. 3. c.super eo. 5. de conditionibus adpositis. Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi sponsalia sint de præsenti, non de futuro: in his enim conditio pro non adiecta habetur. d. c. 3. vers. nisi consensus de præsenti. & d.c.5. vers.si consensus de præsenti intercedat. M. I. R. d.except. 2.repl.1.& d. cap.8.reg.21.except.33. Altera replicatio est: Nisi pendente conditione carnalis copula interuenerit. d.c.3. vers.aut carnalis sit. & c. per tuas. 6. eod.tt. Tertia replicatio est: Nisi conditio turpis sit. Quæ replicatio approbatur simul & distinguitur c. vlt. de condition. adpositis. Quarta replicatio est: Nisi conditio sit impossibilis.d.c.vlt.§.fin.Hæc de propositæ exceptionis replicationibus sint dicta. Planè huic exceptioni contradicere videtur c.1.d.tt. & 27 q.2.c.quod conditio, cum c.sequente. nisi fortè hoc intelligatur de sponsalibus de præsenti secundum supradictam primam replicationem. Quæ solutio potest admitti.

IIII. Exceptio: Nisi sponsalia sub conditione, quæ naturæ matrimonij cõtraria est, sint contracta. c.vlt.de condition.adpositis.M.I.R.d.reg.5.excep.3.

V.Exceptio: Nisi sponsalibus postea sit renunciatum.c.2.& c.requisiuit.17.item c.gemma.29. vers. cum

cum itaq3. de sponsalibus. l.2. §.in sponsalibus. ff. de diuortijs. l.1. C. de sponsalibus. l.2. in fine. C. de repudijs. M.I.R. d. reg. 5. except. 6. Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi impubes sponsalibus renunciauerit. c. de illis. 7. in prin. c. à nobis. 8. de desponsat. impub. M.I.R. d. reg. 5. except. 1. repl. 1. Planè iure ciuili impubes, præsertim tutoris authoritate interueniente, sponsalibus renunciare non prohibetur. l. 6. vers. nisi fortè. ff. de sponsalibus. Altera replicatio est: Nisi sponsalia fuerint de præsenti: his enim renunciari nõ potest. c. ex parte. 9. & c. si inter virum. 31. de sponsalibus. M.I.R. d. except. 6. repl. 1. Planè huius replicationis duplicatio est: Nisi impubes sponsalia de præsenti contraxerit. c. vlt. de desponsat. impub. M.I.R. d. repl. 1. dupl. 1. Concordant ea quæ habentur ʒ. cap. 13. except. 27. vbi de proposita duplicatione dicentur plura. Tertia propositæ exceptionis replicatio est: Nisi carnalis copula interuenerit. c. à nobis. 8. §. fin. de desponsat. impub. Concordant ea quæ habentur ʒ. except. prox. repl. 5. M.I.R. d. except. 6. repl. 2. Quarta replicatio est: Nisi iusiurandum interuenerit. c. ex literis. 10. c. sicut ex literis. 22. §. quod si fortè. de sponsalib. Contradicit c. requisiuit. 17. c. si inter. 31. §. verùm si inter. vers. etiamsi inter ipsam. eod. tit. M.I.R. d. excep. 6. repl. 3. Planè ex causa, quãuis iusiurandũ interuenerit, spõsalibus renũciare licet: vtputa si sponsus aliò se transferat. c. de illis. 5. de sponsalib. itẽ si spõsa fiat leprosa, cæca, &c. §. quemadmodum. 25. §. quod si post. de iureiurando.

M.I.R.

M.I.R.d.repl.3.dupl.1. Hæc de quinta exceptione: de qua vide item M.I.C.lib.4.cap.1.quæst.3. except.7.

VI. Exceptio: Nisi sponsus postea cum alia, vel sponsa cum alio sponsalia vel nuptias contraxerit. c.2.de matrimonio contracto contra interd. ecclesiæ.c.1.de sponsa duorum. c.veniens.15. §.fin.in fine. de sponsalibus.M.I.R.d.reg.5.except.7. Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi priora sponsalia fuerint de præsenti.d.c.1.& 27.q.2.c.additur.vers. nec desponsatam.item c.desponsatam.& c.vlt.item c.2.& c.licet.3.de sponsa duorum.item 31.q.3.in prin.cum c.sequente.M.I.R.d.except.7.repl.4. Huius replicationis duplicatio prima videtur: Nisi posteriora sponsalia copula carnalis fuerit secuta. Sed reprobatur d.c.licet 3.§.fin.& c.vlt.de sponsa duorum. c.si inter.31.de sponsalibus. M.I.R.d.repl.4. dupl.1.Altera duplicatio videtur: Nisi cum consanguinea prioris sponsæ postea contraxerit sponsalia. Sed & hæc duplicatio reprobatur c.1.§.quare ille. de sponsalibus in 6. Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi sponsa velata & benedicta postea alij nupserit.27.q.2.c.lex illa.§.fin.cum c.sequente.Tertia replicatio est: Nisi priora sponsalia iuramento fuerint firmata.c.ex literis.10.& c.sicut ex literis.22.§.quod si forte.de sponsalibus. Contradicunt ea quæ habentur ſ.except.proxim.repl.4.& M.I.R.d.except.7.repl.1. Planè propositæ replicationis duplicatio est: Nisi posteriora sponsalia fuerint de præsenti; tunc enim per ea soluũtur priora,

quamuis

quamuis iurata. d.c. 22. in prin. & c. si inter. 31. §. verùm si inter. eod. tt. Quarta replicatio est: Nisi sponsa ab alio postea fuerit rapta. 27.q.2. c. desponsatas. c. Atho. c. lex illa. §. quod autem. Quinta replicatio est: Nisi copula carnalis prioribus sponsalibus superuenerit. c. veniens. 15. c. is qui. 30. de sponsalibus. M.I.R. d. except. 7. repl. 2. Cuius duplicatio est: Nisi conatus non habuerit effectum. c. vlt. eod. tt. Sexta replicatio est: Nisi metu coactus cũ alia contraxerit. d. c. veniens. 15. §. fin. Septima replicatio videtur: Nisi posteriora sponsalia contra interdictũ ecclesiæ fuerint contracta. Sed reprobatur c. 2. de matrimonio contracto contra interd. Hæc de sexta exceptione.

VII. Exceptio est: Nisi sponsa fuerit fornicata. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur c. quemadmodum. 25. in prin. de iureiurando. M.I.R. lib. 3. cap. 8. reg. 5. except. 8.

VIII. Exceptio: Nisi sponsus postea cum cognata sponsæ, vel contrà sponsa cum cognato sponsi rem habuerit. c. 2. de consanguinitate & affinitate. c. 2. & c. discretionem. 6. §. nos igitur. c. ex literis. 8. c. veniens. 9. de eo qui cognouit consanguineam. c. præterea. 12. de sponsalib. c. duo pueri. 12. de desponsat. impuberum. Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi iuramentum sponsalibus interuenerit, ac de secuta fornicatione nondum plenè constet. d. c. præterea. 12. vers. nisi iuramentum interueniſſet. Altera replicatio est: Nisi cum sponsus cum consanguinea

sponsarem habuisset, sponsa prius ab eo fuerit cognita, eaq; se continere non posit. c. vlt. de eo qui cognouit consang.

IX. Exceptio: Nisi post contracta spōsalia sponsus aliò se transtulerit. c. de illis. 5. de sponsalibus. M. I. R. d. reg. 5. except. 10. Cuius replicatio est: Nisi spōsalia fuerint de præsenti. Quæ replicatio approbatur per ea quæ habentur j. cap. 18. causa 12. Sed & de exceptione proposita vide M. I. C. lib. 4. cap. 1. q. 3. except. 9.

X. Exceptio: Nisi post contracta sponsalia lepra vel similis morbus incurabilis interuenerit. c. vlt. de coniugio leprosor. c. quemadmodum. 25. §. quod si post de iureiurando. Huius exceptionis eadem est replicatio, quæ superioris proxima, vt j. cap. 18. causa 15. docebitur. Sed & replicationis loco notandum, quòd furor superueniens sponsalia iure ciuili non dissoluat. l. 8 ff. de sponsalibus.

VII. Exceptio: Nisi post contracta sponsalia spōsus sponsæ religionis habitum adsumpserit. 27. q. 2. c. scripsit. §. sponsi verò. c. de sponsum. c. decreta, in prin. item c. vnico. §. fin. de voto, in 6. extrauag. Ioann. XXII. vnica, in prin. eod. tt. l. cognitum. 42. in prin. C. de episcopis & clericis. Nouell. 123. §. porrò legitimis. Planè si iuramento interueniente quis sponsalia contraxerit, potius matrimonium contrahere, quam religionem ingredi debet, vt religio iurisiurandi seruetur. c. commissum. 16. de sponsalibus. Hæc de exceptionibus aduersus sponsalia: quarum

rum tamen plures vide ff. cap. 13. cum sequentibus. Quæ enim exceptiones nuptijs obstant, eædem plerunq; sponsalibus quoq; sunt impedimento : vt ff. except. 1. ostensum.

V. EVENTVS SPONSALIORUM.

I. Regula: De actione qua sponsus sponsam, vel contrà hæc illum petere potest, proponetur ff. cap. 17.

II. Regula: Pœna parentum fidem sponsalibus non seruantiũ est triennalis excommunicatio. Quæ regula approbatur simul & distinguitur 31. q. 3. c. 1. Plures huiusmodi regulas vide ff. cap. prox. quæst. 6. & M. I. C. lib. 4. cap. 1. quæst. 4.

DE NVPTIIS.

Cap. XII.

I. DEFINITIO NVPTIARVM & matrimonij.

HActenus de sponsalibus sit dictum. De nuptijs nunc agendum est, quarum definitio habetur 27. q. 2. in prin. §. sunt enim. 29. q. 1. in princ. Inst. de patria potestate §. 1. M. I. R. lib. 3. cap. 8. reg. 10. Declaratur hæc definitio d. q. 2. c. beata. §. indiuidua. De quo postremo dicetur ff. cap. 16. reg. 16.

II. RATIO NOMINIS.

Nuptiæ ab obnubendo dictæ sunt, 30. q. 5. c. nec illud, in princ.

Matrimonium dictum, quòd in liberis procreandis & educandis potiores partes sint matris quàm

patris. c. 2. §. ad quod illa. de conuersione infidelium. M. I. R. d. cap. 8. reg. 9.

III. DIVISIO CONiugij.

I. Diuisio est, quòd aliud sit initiatum, aliud ratum. 27. q. 2. c. statutum. §. fin.

II. Diuisio est, quòd aliud sit legitimum & non ratum, aliud ratum & non legitimum, aliud denique legitimum & ratum. 28. q. 1. c. vlt. §. coniugium.

IV. FINIS ET VSVS, NECnon dignitas coniugij.

I. Regula: Finis matrimonij est, procreatio liberorum, & per eam propagatio generis humani. 31. q. 1. c. Deus. 32. q. 2. in prin.

II. Regula: Matrimonium bonus est vsus concupiscentiæ. 32. q. 1. c. non enim.

III. Regula: Comparatio coniugij cum virginitate habetur 31. q. 1. c. nuptiæ, in prin.

II. Regula: De interdicto de vxore exhibenda & ducenda cauetur c. non est. 11. de sponsalib. l. 8 ff. de diuortijs. l. 2. ff. de liberis exhib. l. 3. C. eod. tt. l. 11. C. de nuptijs.

DE SOLVTIONE MATRIMONIJ.

Cap. XVIII.

HActenus de matrimonio tā contrahendo quàm contracto dictum est. Nunc de eo dissoluēdo & dissoluto dicetur. Causæ autem, ex quibus matrimonium soluitur, & coniuges separantur, hæ sunt.

I. Cau-

I. Causa est, Nullitas matrimonij, cum scilicet ab initio inutiliter matrimonium est contractum: cuius species ex ijs quæ §. cap. 13. & 14. proposita sunt, constant. Nam quæ ibi exceptionū loco posita sunt, hic causarum loco repeti possunt.

II. Causa est, Mors coniugis. c. penult. & vlt. de secundis nuptijs. l. 1. ff. de diuortijs. Nouell. 22. §. quod autem super. vers. nuptiarum suarum.

III. Causa est, Fornicatio coniugis. c. significasti. 4. de diuortijs. c. discretionem. 6. §. nam etsi. de eo qui cognouit consang. 32. q. 1. c. dixit. q. 7. c. apostolus. c. fieri potest, in prin. 34. q. 1. c. non satis. §. rem nouam. Concordat item M. I. C. lib. 4. cap. 8. except. 6. M. I. R. d. cap. 8. reg. 40. Huius causæ exceptio prima est: Nisi culpa viri vxor fuerit fornicata. d. c. discretionem. 6. & c. gaudemus. 8. §. fin. de diuortijs. Huius exceptionis species & exempla videri poterāt exceptiones duæ proximè sequentes: sed reprobantur. Ideoq; replicationum loco hic notari possent. Altera exceptio videtur: Nisi vxor adultera fuerit antea à viro dimissa. Sed reprobatur d. c. significasti. 4. de diuortijs. Tertia exceptio videtur: Nisi vir vxori adulteræ in necessarijs non prouiderit. Sed reprobatur c. ex literis. 5. eod. tt. Quarta exceptio est: Nisi maritus quoq; fuerit adulteratus. d. c. significasti. 4. in fine. & d. c. 5. item c. intelleximus. 6. & c. vlt. de adulterijs. 32. q. 6. in print. c. nihil iniquius. c. iniquum. c. indignantur. M. I. R. d. reg. 40. except. 1. Quinta exceptio est: Nisi per raptum mulier

fit

sit adulterata. 32. q. 5. in princ. cum c. sequente. c. reuera. c. itaque. c. proposito. c. illa autem. §. cum ergo. c. puto. §. cum ergo. Sexta exceptio videtur: Nisi non vxor, sed maritus fuerit fornicatus. Sed reprobatur per ea quæ habentur ff. cap. 16. reg. 12. Septima exceptio est: Nisi propria authoritate maritus vxorem adulteram abiecerit, causa nondum iudicialiter acta. Quæ exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt ff. cap. prox. in prin. Cuius replicatio est: Nisi notoria fuerit fornicatio. Quæ replicatio approbatur d. cap. prox. quæst. 1. except. 5. Octaua exceptio est: Nisi ante contractum matrimonium vxor fuerit fornicata. c. quemadmodum. 25. in prin. de iureiurando. Hæc de tertia causa.

IV. Causa est, Hæresis coniugis. c. quæsiuit. 2. de diuortijs. 28. q. 1. c. simili modo. c. vxor legitima. c. si infidelis. c. iam nunc. c. sic enim. c. Iudæi. c. nõ solum. M. I. R. d. cap. 8. reg. 42. Huius causæ exceptio prima est: Nisi ab hæresi rursus fuerit conuersus coniunx. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur c. de illa. 6. c. quanto. 7. §. fin. & c. gaudemus. 8. §. qui autem. vers. quod si conuersum. de diuortijs. Alterius exceptionis loco notandum, quòd separari quidem ob hæresin coniuges possint: non tamen ad alias nuptias altero viuo transire. d. c. quæsiuit. 2. vers. ita quod ei nubere alij. & d. c. quanto. 7. Concordant ea quæ habentur ij. cap. 21. quæst. 2. except. 2. vbi de proposita exceptione vide plura.

V. Causa videtur, Furtum, homicidium, vel aliud crimen

crimen coniugis. Sed hæc causa reprobatur d.c.quæsiuit.2.item 32.q 1.c.in coniugio. Cuius exemplum habetur in parricidio c.2 de his qui filios occiderũt. Planè iure ciuili nonnulla alia crimina præter adulterium & hæresin iustam diuertendi causam præbent: de quare vide M. I. C. lib.4. cap.8.except.6.

VI. Causa est: Votum continentiæ ac religionis. c.vnico,de voto,in 6. M.I.R.d.cap 8.reg 43. Cuius exceptio prima est: Nisi votum fuerit simplex ac minus solenne. d.c. vnico. vers. reliqua verò vota etsi quandoque. Declaratur exceptio proposita, definitione voti solennis d.c.vnico. Similem exceptionem vide s. cap.13.except.30.replic.1. Altera exceptio est: Nisi sine alterius coniugis consensu alter continentiam vouerit. c.quidam 3 & c.sanè si coniugati.6.de conuer.coniugat c.cum causa.6.§.præterea.de raptoribus.c.lege Imperatorum.2. §. beatus Gregorius. dist.10.27.q. 2.c. Aagathosa c.si quis coniugatus.c.si tu abstines.c.scripsit nobis. item 33. q.5.c. mulier. c. quod Deo. c.manifestum, in princ. Concordant item ea quæ habentur s. cap. 16. reg.11. M.I.R.d.reg.43.except.3 Contradicit propositæ exceptioni ius ciuile,nimirum. l.vlt.vers. nam & maritus.C.de episcopis & clericis. Nou.22.§.dissoluũtur. Nouell 117.§.prædictis. Nou.123.§. quod si constante.Quibus constitutionib per dictos canones derogatur. Planè propositæ exceptionis replicatio prima est: Nisi carnalis copula nondum superuenerit.c. 2.c.ex publico.7. & c.ex parte.14. de conuersione con-

coniugator. Contradicit extrauagan. Ioann. XXII. vnica, de voto. Altera replicatio est: Nisi coniuges se inuicem abiurauerint. c. veniens. 19. §. fin. de regularibus & transeuntibus. Tertia replicatio est: Nisi vxor vouentis adulterium commiserit. c. constitutus. 15. & c. veniens. 16. de conuers. coniugator. Quarta replicatio est: Nisi ob haeresin alterius diuortium sit factum. c. vlt eod. tt. Quinta replicatio videtur: Nisi coniunx dissentiens decesserit. Sed reprobatur c. quidam. 3. & c. placet. 12. eod. tt. Sexta replicatio est: Nisi coniunx sciens dissimulauit. c. consuluit. 10. & ibi glossa. eod. tt Hac de secunda exceptione. Tertia propositae causae exceptio est: Nisi vno coniugum continentiam vouente, alter continentiam non voueat, nec seruet. c. 1. c. cum sis praditus 4. c. coniugatus 5. c. sanè si coniugati. 6. c. vxoratus. 8. c. charissimus. 11. c. ad apostolicam. 13. & c. significauit. 18. de conuersione coniugator. 27. q. 2. c. quia Agatho 33. q. 5. c. qui vxorem. Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi copula carnalis inter coniuges non superuenerit. c. 2. in fine, de conuersione coniugator. Altera replicatio est: Nisi alter consentiens coniugem continentiam vouere, promiserit & se continentiã seruaturum. tunc enim, quamuis postea non seruet, vel se seruare non posse profiteatur: nihilominus manet matrimonium dirimptum. c. dudum. 20. eod. tt. Quarta exceptio est: Nisi sine authoritate episcopi ob religionẽ diuerterint. 27. q. 2. c. si vir. Quinta exceptio est: Nisi continen-

tiam vouens in propria domo velit morari, nec vota se adstringat ad obseruantiam regularem. c. ex parte. 14. §. fin de conuers. coniug. Sexta exceptio est: Nisi vouens religionem ad secularem vitam fuerit reuersus c. accedens. 17. eod. tt. Hæc de sexta causa soluendi matrimonij: de qua tamen vide plura S. lib prox. cap 4. quæst. 2. reg 23. except. 1.

VII. Causa est, Diuortium. Quæ generalis causa regulariter quidem reprobatur per ea quæ proposita sunt S. cap. prox. in prin. item S. cap. 11. quæst. 4. except 5. replic. 2. M I. R. d. cap 8. reg. 47. Admittitur tamen ex certis causis, quarum nonnullas hactenus enumerauimus, reliquæ in sequentibus proponentur. Diuortium autem propriè est inter coniuges, non inter sponsum & sponsam. 27. q. 2. c. quod autem. §. item si coniuges. l. 101. §. diuortium. & l. 191. ff. de verb. significat. Quòd verò discessio sponsa à sponso coniugalis separatio dicitur, id interpretatur Gratianus d. q. 2. c. sic quippe. §. item Syricius.

VIII. Causa videtur, Abiuratio matrimonij. Sed reprobatur c. veniens. 19. de regularibus.

IX. Causa: Si coniunx status controuersiam patiatur. Sed hæc causa reprobatur 29. quæst. 2. c. cuius rei.

X. Causa est, Seruitus alterutri coniugum cõtingens. l. 1. ff. de diuortijs. Nouell. 22. §. quod si iudicij. Cuius exceptio est: Nisi vltrò se in seruitutem redigi patiatur, vt matrimonium soluatur. d. c. cuius rei. §. fin. cum c. sequente.

XI. Causa

XI. Causa est, Deportatio coniugis. 33. q. 2. c. si quis cum. § fin. cum c. sequente. Contraduit l. 5 ff. de bonis damnatorum. l. 1. C. de repudijs. Nouell. 22. § deportatio. & § illud etiam.

XII. Causa videtur, Diutina coniugis absentia. Sed reprobatur 34. q. 1. c. non satis. § fin. cum c. sequente. item c. in præsentia. 19. de sponsalibus. c. 2. de secundis nuptijs. c. quoniam. 5. § si autem de carnali. vt lite non contestata. Nouell. 117. § cæterùm & id. M I. R. d. cap. 8. reg 45. Aliud obseruatum fuit iure ciuili antiquo, de quo vide M. I. C. lib. 4. cap. 8. except. 5. Planè si ob diutinam mariti absentiam vxor iudicio ecclesiæ ab eo fuit separata, aliúq; nupsit: liberi posterioris matrimonij legitimi censentur. c. perlatum. 8 qui filij sunt legitimi.

XIII. Causa est Impotentia, frigiditas & sterilitas coniugis. c. 1. c. quod sedem. 2. c. ex literis. 3. c. fraternitatis. 6. in prin. & § per hæc autem. item c. vlt. de frigidis & maleficiatis. 27. q. 2. c decreta. § de his autem. c. quod autem, in princ. 32. q. 7. c. quod proposuisti, in prin. 33. q. 1. c. quod autem. c. requisisti, item l. vitricus. 60. in fine, cum ll sequentibus ff. de donat. inter vir. & vxorem. l. 10. C. de repudijs. Nouell. 22. § per causam. & Nouell. 117. § prædictis. M. I. R. d. cap 8. reg. 48. Huius causæ exceptio prima est: Nisi copula carnalis interuenerit. 27. q. 2. c. quod autem. §. ecce impossibilitas. 32. q. 5. c. si vxorem. q. 7. c si quis cum. § fin. c. tantum. 33. q. 1. in prin. Altera exceptio videtur: Nisi impotentia non

sit naturalis, sed maleficijs contracta. Hæc exceptio reprobatur 33. q.1. c si quis acceperit. §. ecce quod, cum c. sequente. Tertia exceptio est: Nisi coniunx, ob cuius impotentiam matrimonium solutum est, post ea nuptias iterauerit 33 q.1. c. requisisti. §. si igitur vir & §. quod si & ille. item c.1. §. ea tamen ratione. c. laudabilem. 5. §. fin. de frigidis & maleficiatis. Contradicit 33. q.1. c. vlt. §. quod si fortè. vers. sed postquam alias. Quarta exceptio est: Nisi quis sciens cum impotente nuptias contraxerit. d. c. laudabilem. 5. §. quod si ambo & c. consultationi. 4. eod. tt. Quinta exceptio est: Nisi per triennium non cohabitauerint, qui ob impotentiam separari petunt. d. c. laudabilem. 5. & c. vltim. eod. tt. Cuius exceptionis replicatio est: Nisi de impotentia aliunde constet. d. c. 5. vers. si frigiditas prius. & c.1. eod. tt.

XIIII. Causa videtur, Furor coniugis. Sed reprobatur 32. q. 7 c. hi qui matrimonium. c. neq; furiosus, in prin. item l 8. §. nam furiosus. ff. de his qui sui vel alieni. l. 16. §. fin. ff. de ritu nuptiar. l. 22. §. si maritus. ff soluto matrimonio. l. 4. in fine. ff. de diuortijs. Nouell. 117. §. omnes igitur. M. I. R. d. cap. 8. reg. 46.

XV. Causa videtur, Aduersa coniugis valetudo perpetua: vt mutilatio alicuius membri, cæcitas, senectus, lepra, &c. Sed reprobatur c.1. cum c. sequente. de coniugio leprosorum. 27. q. 2. c. decreta. §. Nicolaus. q. 7. c. hi qui matrimonium. Concordant ea quæ habentur S. cap. 16. reg. 3.

XVI. Causa

XVI. Causa est, Sententia iudicis pronunciantis diuortium. 35. q. 9. in prin. cum c. sequente. Cuius exceptio prima hæc est: Nisi nulla lege sententia iudicis nitatur. 33. q. 2. c. si quis cum. §. fin. cum c. sequente. Altera exceptio est: Nisi cum ob impotentiam alterius sententia diuortij lata esset, impotens postea cum alio aliáue nuptias contraxerit. Quæ exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt S. causa 13. except. 1. Tertia exceptio est: Nisi postea error in sententia ferenda commissus appareat. c. lator. 7. c. consanguinei. 11. de re iudicata. c. fraternitatis. 6. de frigidis & maleficiatis. c. sicut. 9. de testibus. 35. q. 9. c. loci nostri. §. fin. cum cc. sequentibus.

XVII. Causa est, Si coniunx coniugem ad peccandum incitet. 28. q. 1. c. vxor. c. idololatria.

XVIII. Causa: Si in eum casum matrimonium deuenerit, quo ab initio vtiliter contrahi nō potuit, Hæc causa approbatur exemplo cognationis spiritualis postea superuenientis. c. 1. in prin. vers. & dirimit pòst contractum. item §. fin. vers. & dirimens. de cognat. spirituali, in 6. Concordant ea quæ habẽtur S. cap. 16. reg. 5. except. 7. M. I. R. d. cap. 8. reg. 49. Huius causæ in exemplo proposito exceptio prima est: Nisi per catechismum cognatio spiritualis sit contracta. Quæ exceptio approbatur S. cap. 13. except. 21. repl. 1. Altera exceptio est: Nisi vir vel vxor suum filium de sacro fonte susceperit. c. 2. de cognat. spirituali. 30. q. 1. c. vlt. §. fin. Concordant ea quæ habentur d. except. 7. in prin. Aliud propositæ causæ

exemplum est, Si cum cognata vxoris maritus, vel cum mariti cognato vxor rem habuerit, & ita adfinitas, quæ matrimonium impedire solet, interceſſerit. de quo exemplo vide S. cap. 16. reg. 5. excepț. 6. Tertium exemplum videtur in eo qui incestum commiſit: nam hic ab initio matrimonium contrahere non poteſt, per ea quæ propoſita ſunt S. cap. 13. excepț. 31. Verùm in hac ſpecie cauſa propoſita exceptionem recipit, vt oſtenſum d. excepț. 31. replic. 4. Cui concordat 33 q. 2. c. ſi quis cum. verſ. legitimam tamen.

XIX. Cauſa videtur, Pœnitentia alterutrius coniugis. Sed reprobatur d. q. 2. c. audiuimus. c. de his vero. §. fin. & c. vlt.

XX. Cauſa eſt: Si coniunx coniugem abſentem deceſſiſſe putans nuptias iteraverit, poſteaq; abſens fuerit reuerſus: tunc enim poſterius matrimonium diſſoluitur. 34. q. 1. c. cum per bellicam. c. cum in captiuitate. item c. 2. §. fin. de ſecundis nuptijs.

XXI. Cauſa eſt: Si cum ob impotentiam diuortium interceſſiſſet, impotens nuptias iteraverit: hoc enim caſu poſterius matrimonium dirimitur, per ea quæ propoſita ſunt S. cauſa 13. excep. 3.

XXII. Cauſa eſt: Si alter coniugum alterius vitæ ſit inſidiatus. 31. q. 1. c. ſi qua mulier. M. I. R. d. cap. 8. reg. 52.

XXIII. Cauſa videtur: Si maritus aliam vxorem ducendo, eam ad fidem Chriſtianam conuertere poſſit. Hæc cauſa reprobatur 32. q. 8. c. 1.

DE

DE ACTIONE AD DISSOLVENDUM MATRIMONIUM, & matrimonij accusatione. Cap. XIX.

HActenus causas dissoluendi matrimonij enumerauimus: quarum pleraque tales sunt, vt non ipso iure matrimonium dissoluant, sed indigeant iudicis authoritate, exemplo 35. q. 6. c. ab isto. §. fin. cum c. sequente. item c. de comite. 3. in prin. de diuortijs Quibus concordant ea quæ habentur §. cap. 17. in prin. Quia ergo propria authoritate, quamuis iusta subsit causa, diuertere non licet: constituta est actio, qua ad dissoluendum matrimonium agatur.

I. CAVSAE EX QVIBVS actio proposita competit?

Huiusmodi causas §. cap. prox. enumerauimus: quibus (vt antea quoq; monui) connumerari possunt, quæ §. cap. 13. & 14. exceptionum loco sunt proposita. Præter exceptiones autem, quæ sub singulis istis causis exposuimus, supersunt adhuc aliquot generales, siue istis causis communes, quas hoc loco subijciemus. Harum prima est: Nisi matrimonium nondum fuerit perfectum. tunc enim ad illud dissoluendum denunciatio, non accusatio competit. c. ad dissoluendum 13. de desponsat. impuber. Secunda exceptio: Nisi reus reuæ spoliatus spoliatæue

non restituatur. Hæc exceptio dilatoria est, & approbatur c. ex conquestione. 10. c. literas. 13. de restitut. spoliator. 33. q. 2. c. historia. Concordant ea quæ proposita sunt §. cap. 17. in prin. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi probationes sint paratæ, & actor de calumnia iurare sit paratus. Quæ replicatio approbatur certo modo d. c. 13. vers. propterea melius videtur. Altera replicatio videtur: Nisi causa accusationis sit publica & notoria. Sed reprobatur c. porrò. 3. in prin. de diuortijs. Admittitur tamen in causa fornicationis, c. significasti. 4. eod. tt. Tertia replicatio est: Nisi vxor infidelis post conuersionem mariti cum eo habitare nolit, nec ad fidem velit conuerti, vel maritum ad mortale peccatum pertrahere conetur. c. gaudemus. 8. §. qui autem. eod. tt. Plures huiusmodi replicationes vide §. cap. 17. quæst. 1. Quæ enim ibi exceptionum loco posita sunt, hic replicationum loco repeti possunt. Tertia exceptio est: Nisi reus sit absens. Hæc exceptio dilatoria est, & approbatur c. quoniã frequenter. 5. § si autem de carnali. vt lite non contestata. Huius replicatio est: Nisi reus contumaciter absit, vel ob crimen aliquod aufugit. d. §. si autem. vers. quia cum sine culpa sit absens. & t. 1. qui matrimonium accusare possunt.

II. QVIBVS ACCVSATIO MATRIMONIJ competit.

Consanguineis potius quàm extraneis competit, per ea quæ habentur 1. quæst. 4. reg. 3.

III. APVD

III. APVD QVEM COMpetit?

I. Regula: Non apud quemlibet, sed apud peritum canonum competit. c. 1. §. fin. de consang. & affinitate.

II. Regula: Apud episcopum loci, non abbatem competit. c. accidentibus. 12. de excessibus prælatorũ.

IIII. ADIVNCTA HVIVS actionis, & de probationibus.

I. Regula: Ne lite pendente aliquid innouetur, cauetur c. tua scilicet. 4. de sponsa duorum. c. ad dissoluendum. 13. §. fin. de desponsat. impuber. Concordant item ea quæ habentur s. cap. 14. except 13.

II. Regula: De probatione. Vtri ea incumbat, si dubitetur vtrum cõstante matrimonio copula carnalis interuenerit, definitur c. 1. §. illa autem. de frigidis & maleficiatis. c. continebatur. 6. vers. quod si vir. de desponsat. impuber. 33. q. 1. c. requisiuisti. §. fin. cum c. sequente.

III. Regula: Si de consanguinitate coniugum dubitetur: ea per consanguineos, non per extraneos testes est probanda. c. quoties. 5. in princ. de testibus. c. videtur 3. qui matrimon. accusare possunt. 35. q. 6. in prin. cum c. sequente. c. videtur. §. quod autem parentes. Huius regulæ exceptio est: Nisi nulli consanguinei superstint: tunc enim extranei & veraciores testes admittendi. d. c. quoties. 5. in prin. vers. vel totidem senioribus. & d. q. 6. c. 1. in fine.

IIII. Regula: Si consanguinei, aut istis deficientibus extranei testes consanguinitatem affirmauerint: illorum testimonio regulariter standum est. 35 q. 6. c. notificamus. c. si duo, in prin. Huius exceptio prima est: Nisi testes iuramentum non præstiterint. d. c. notificamus. vers. quod si propinqui. Altera exceptio est: Nisi vnicus tantùm sit testis. c. quoties. §. in prin. de testib. & d. c. si duo, in prin. 35. q. 6. c. vlt. §. quod autem. Huius exceptionis replicatio est: Nisi matrimonium tantùm per sponsalia sit initiatum, non firmatum: tunc enim vnius testis fide digni dictum matrimonium impedit. c. super eo. 22. §. super illa verò de testibus. c. cum in tua. 27. de sponsalibus. Tertia exceptio est: Nisi testes varient, ac contraria deponant. 35. q. 6. c. de parentela. Quarta exceptio est: Nisi de auditu testes deponant. Quæ exceptio approbatur certo modo c. licet. 47. de testibus. c. tua nos. 7. in fine. de consang. & affinitate. Quinta exceptio est: Nisi dicti ratio non sit sufficiens. Quæ exceptio approbatur simul & declaratur definitione rationis sufficientis d. c. tua nos. & d. c. licet.

V. Regula: De forma iurisiurandi à testibus præstandi cauetur d. c. licet. §. testes autem. & c. quoties. 5. §. probatio. eod. tt. item 35. q. 6. c. si duo. §. fin. cum c. sequente. 6. illud. c. de parentela. §. quæ etiam iusiurandum.

VI. Regula: De impotentia probanda. Si ambo coniuges impotentiam affirment, cum septima manu propinquorum iurare debent, se commiscere carnaliter

naliter nequiuisse. c. 1. in prin. vers. per verum iudicium. c. laudabilem. 5. §. si autem quod nunquam. c. literæ vestræ. 7. §. fin. de frigidis & maleficiatis. 27. q. 2. c. decreta. §. de his autem. 33. q. 1. c. quod autem. vers. per iustum iudicium. c. requisisti. §. quia si mulier.

VII. Regula: Si de consanguinitate constare non possit: quid tunc faciendum sit, definitur 35. q. 6. c. si duo.

VIII. Regula: De iuramento à separatis præstando cauetur 35. q. 6. c. de parentela. §. fin. cum c. sequente.

IX. Regula: Iudex qui diuortij sententiam fert, simul etiam de dote restituenda potest pronunciare. c. de prudentia. 3. de donat. inter vir. & vxor.

V. ADFINE remedium propositæ accusationis est, denunciatio. de quo vide §. quæst. 1. excep. 1.

DE IVRE MATRIMONII soluti. Cap. XX.

PRima regula: Sine causa & sine iudicis authoritate diuertens, per actionem ad matrimonium colendum compellitur: de qua dictum §. cap. 17.

II. Regula: Sine causa diuertens excommunicatur. dist. 30. c. si qua mulier. 32. q. 5. c. præceptum. Concordant item ea quæ habentur §. d. cap. 17. in princ. Huius regulæ exceptio est: Nisi per iracundiam

diam diuerterit mulier mox reuersa. de pœnitentia distinct. 1. c. diuortium. l. 33 ff. de ritu nuptiarum l. 3. ff. de diuortijs. l. 48. ff. de reg. iuris. Noucll. 134. §. certè si qui.

III. Regula: Liberi ante diuortium nati habentur legitimi, & parentibus succedunt. c. 2. qui filij sint legitimi. Nouell 117. §. sed & illud.

IIII. Regula: De sententia diuortij errore comperto retractanda dictum ꝑ. cap. 18. causa 16.

V. Regula; De nuptijs soluto matrimonio iterandis vide ꝑ. cap. prox.

VI. Regula: De bonis constante matrimonio adquisitis diuidendis cauetur c. 2. de donat. inter vir. & vxor. Cuius exceptio est: Nisi culpa eius qui quæue bona diuidi petit, matrimonium sit solutum. c. penult. de consuetud.

DE REPETITIONE dotis.

VII. Regula: Dos soluto matrimonio mulieri est restituenda. c. 1. cum duobus cc. sequentibus. de donat. inter vir. & vxor. c. 2. § fin. de coniug. seruor. l. vlt. C. soluto matrimonio l. vnica. §. illo proculdubio. C. de rei vxoriæ actione. M. I. R. lib. 3. cap. 9. reg. 29. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi culpa vxoris matrimonium sit solutum. c. plerunq; 4. de donat. inter vir. & vxor. l. 11. §. fin. ff. ad l. Iul. de adulterijs. l. 8. §. virum. C. de repudijs. M. I. R. d. reg. 29. except. 1. Altera exceptio est: Nisi pactum de lucranda dote interceſſerit. c. vlt. in fine. d. tt. de donat.

nat. inter vir. & vxor. M. I. R. d. reg. 29. excep. 7. Huius replicatio prima hæc est: Nisi matrimonium ab initio inutiliter fuerit contractum. c. etsi necesse. 5. eod. tt. Instit. de nuptijs. § si aduersus ea. l. 52. ff. de ritu nuptiarum. Altera replicatio est: Nisi non æquè de ante nuptias donatione ab vxore lucranda pactũ factum sit. d. c. vlt. in fine. De qua re vide M. I. C. lib. 4. cap. 17. reg. 24. Sed & plura de exceptione proposita vide d. lib. 4. cap. 15. except. 26. Tertia propositæ regulæ exceptio est: Nisi consuetudo loci in contrarium extet. d. c. vlt. in fine. M. I. R. d. reg. 29. excep. 8. Plures exceptiones vide M. I. C. d. cap. 15.

VIII. Regula: Aduersus possessorem etiam rerum mariti dotis repetitio datur. c. ex literis. 5. de pignoribus. Plura de regula proposita vide M. I. C. lib. 4. cap. 14. quæst. 5. reg. 2. Sed & similes regulas vide d. cap. 14. quæst. 2.

IX. Regula: Apud iudicem etiam ecclesiasticum de causa diuortij cognoscentem dotis repetitio incidenter potest tractari. c. de prudentia. 3. de donat. inter vir. & vxorem. M. I. R. lib. 3. cap. 9. in prin.

X. Regula: Etiam constante matrimonio dos repeti potest, si maritus ad inopiam vergat. l. 24. in prin. ff. soluto matrimonio. M. I. R. d. cap. 9. reg. 21. excep. 1. Cui tamen repugnare videtur c. per vestras. 7. de donat. inter virum & vxorem.

XI. Regula: Mariti bona mulieri tacitè pro dote sunt obligata. c. ex literis. 5. in fine. de pignoribus. De qua re vide plura M. I. C. lib. 4. ca. 14. quæst. 5. reg. 2.

XII. Re-

XII. *Regula: Alienatio fundi dotalis à marito facta non valet, sed mulieri vindicatio eius salua est, per ea quæ habentur M.I.C. lib. 4. cap. 18. quæst. 5. in prin. M.I.R. d. cap. 9. reg. 47. Cuius tamen exceptio est: Nisi mulier præstito iureiurando alienationi consenserit. c. cum contingat. 28. de iureiurando. c. licet 2. eod. tit. in 6. M.I.R. d. reg. 47. except. 1. dist. 2. Plura de regula proposita vide d. quæst. 5.*

DE DONATIONE ANTE vel propter nuptias.

XIII. *Regula: Quemadmodum mulier dotem, ita quoq; maritus rem ante nuptias donatam soluto matrimonio potest repetere. Quæ regula approbatur simul & distinguitur c. vlt. §. fin. de donat. inter vir. & vxor. M.I.R. d. cap. 9. reg. 62. except. 3. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi pactum de lucranda re donata interceserit. Quæ exceptio approbatur d. §. fin. de qua vide item §. reg. 7. except. 2. M.I.R. d. except. 3. repl. 2. vbi etiam distinguitur. Altera exceptio est: Nisi morte vel culpa viri matrimonium sit solutum. de qua vide §. reg. proxim. Plura de regula proposita vide M.I.C. lib. 4. cap. 20. reg. 7. cum sequentibus. Hic autem obiter notanda est differentia inter dotem & antenuptialem donationem, quæ habetur c. nuper. 6. §. fin. de donat. inter vir. & vxor.*

XIIII. *Regula: Si morte vel culpa viri solutum sit matrimonium: vxori petitio & retentio rei ante nuptias donatæ competit, per ea quæ habentur M.*

I.C.

I.C.d.cap.20 quæst.4. reg 3. cum sequentibus. M.I. R.d.reg.62.in prin. Cuius exceptio prima est: Nisi maritus nō suam, sed alienam rem, vel cuius vsum fructum tantùm habuit, donauerit. d. c. nuper. 6. Altera exceptio est: Nisi res consensu mulieris à marito fuerit alienata. Quæ approbatur certè conditionibus c.peruenit.4. de empt. & vendit. Sanè si iureiurando præstito mulier alienationi consensit, haud dubiè exceptione proposita repellitur. c.licet. 2.de iureiurando,in 6.De exceptione proposita vide item M.I.C.d.quæst.4.reg.1.except.1.

DE SECVNDIS NVptijs. Cap. XXI.

HActenus de nuptijs in genere actum est: nunc specialiter de secundis nuptijs agetur.

I. PROPRIVM SECVNDArum nuptiarum.

Secundæ nuptiæ non sunt benedicendæ.c. 1. & c.vir autem.3.de secundis nuptijs. M.I.R.lib.3.cap. 8.reg.63.

II. AN NVPTIAE SINT iterandæ?

Regulariter quidem secundæ nuptiæ permittuntur,nec censentur iniustæ.c.vlt.dist.26.27.q.2.c.additur. 31. q. 1. c. penult. 32. q. 4. c.1.M.I.R.d.cap.8. reg.61.Ratio huius regulæ habetur 31.q.1.c.quomodo,in prin. Cōtradicere tamē videtur d.q.1.c.si quæ fuerit,§.fin.cum c.sequente, c.hac ratione.c. quomodo,

modo. Cui obiectioni respondetur d.c. quomodo. §. fin. Planè propositæ regulæ exceptio prima hæc videtur: Nisi quis sæpius quàm semel nuptias iterauerit. Sed reprobatur 31.q.1.c.aperiant. & c.vlt.

II. Exceptio est: Nisi diuortio matrimonium sit solutum: tunc enim neutri viuente altero nuptias iterare permittitur. 27.q.2.c.si quis sponsam. § fin. 32.q.1.c.dixit, in prin. 32.q.7. in prin. cum c.sequente. c.licitè. c.apostolus, in prin. c. fieri. c. placuit. c. dominus, in fine. c. omnes. c. fidelis. c. quemadmodũ. c. quid in omnibus. §. his authoritatibus. c. vxor. c. hi verò. c. neq; furiosus. § fin. c. vlt. item De diuortijs c. gaudemus. 8. §. qui autem. item De eo qui duxit in matrimonium, c. ex literarum. 4. Ratio propositæ exceptionis habetur 32. q. 1. c. dixit. § fin. Apostol. canon. 47. M. I. R. d. cap. 8. reg. 64. Hæc autem exceptio non solùm obtinet, si ex causa fornicationis diuortium factum sit, sed etsi ob aliam causam: vtputa ob hæresin, vel infidelitatem. 28.q.2. in prin. cum c. sequente. Concordant ea quæ habentur S. cap. 8. causa 4. except. 2 Planè propositæ exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi ob id coniuges fuerint separati, quòd matrimonium inutiliter ab initio fuerit contractum: tunc enim nuptias iterare licet, per ea quæ S. cap. 13. & 14. sunt proposita. Altera replicatio est: Nisi sponsa non vxor fuerit dimissa. 27.q. 2. c. si quis sponsam. in fine, cum c. sequente. c. statutum, in prin. vers. & ipsa. Tertia replicatio est: Nisi ex causa iusta repudians nuptias iterare velit, non

repudia-

repudiatus repudiatáue. Quæ replicatio quamuis per ea quæ s̄. ead. except. in prin. proposita sunt, expressè reprobetur: approbari tamen videtur 32. q. 7. c. vxor, in fine. Cui obiectioni respondet Gratianus d. q. 7. c. quod proposuisti. §. sed illud. Quarta replicatio est: Nisi ob incestus crimen diuortium factum sit. d. §. sed illud. vers. quidam verò. & d. q. 7. c. quædam. c. concubuisti. c. si quis cum, in prin. Quinta replicatio est: Nisi ob frigiditatem viri vel sterilitatem vxoris diuortium sit factum: hoc enim casu repudianti nuptias iterare permittitur. 32. q. 7. c. quod proposuisti. c. si quis cum. §. fin. 33. q. 1. c. 1. c. requisisti. §. quia si mulier. Sexta replicatio est: Nisi ob insidias à coniuge cōiugi factas diuortium sit factum. 31. q. 1. c. si quà mulier. & c. 1. de diuortijs. Septima replicatio est: Nisi ob diutinam coniugis absentiam diuortium sit factum. Quæ replicatio videtur approbari c. perlatum. 8. qui filij sint legitimi. Octaua replicatio est: Nisi cum ob infidelitatem coniuges separati essent, repudiatus repudiatáue repudiantem sequi nolit, sed vltrò ab eo discedat. c. quanto. 7. c. gaudemus. 8. §. qui autem. de diuortijs. 28. q. 2. c. si infidelis. Huius duplicatio est: Nisi non ex duobus infidelibus alter de nouo sit conuersus; sed ex duobus fidelibus alter in hæresin lapsus sit, ideoq́ diuortium factum. tunc enim nuptias iterare non licet. d. c. 7. & d. c. si infidelis. §. hic distinguendum, in fine. Nona replicatio est: Nisi cum ob infidelitatem diuortium factum esset, repudiatus repudiatáue

repudiantem quidem sequi volens, nolit conuerti, vel repudiantem ad mortale peccatum pertrahere conetur. d. §. qui autem. Decima replicatio est: Nisi periculum sit, ne maritus vxorem adulteram occidat: hoc enim casu permittendum illi est nuptias iterare. 33. q. 2. c. si quod verius. Vndecima replicatio est: Nisi post diuortium mors alterutrius superuenerit: hoc enim casu superstiti nuptias iterare licet. Quæ replicatio approbatur simul & distinguitur 32. q. 7. c. hi verò. 6. quod proposuisti. § fin. Cuius duplicatio est: Nisi is eáue, cuius culpa diuortium factum est, superstes sit. d. c. hi verò. & d. §. fin. Concordant ea quæ habentur ſ. cap. 13. except. 33. Hæc de secunda exceptione.

III. Exceptio: Nisi is eáue, qui quæúe religionem vouit, nuptias iterare velit. c. consuluit 10. de conuers. coniugat. distinct. 28. c. de Syracusana. § fin. Concordant ea quæ habentur ſ. cap. 13. except. 30. in prin. Huius exceptionis replicatio prima videtur: Nisi inuita vxore vouerit religionem. Sed reprobatur c. quidam. 3. de conuers. coniugatorum. Altera replicatio videtur: Nisi vouens religionem monasterium non fuerit ingressus, nec vxor eius fuerit velata. Sed reprobatur c. ex parte. 9. eod. tt. Tertia replicatio videtur: Nisi vouens contrahendo nuptias infidelem ad fidem Christianam conuertere possit. Sed & hæc reprobatur 32. q. 8. in prin. cum c. sequente. Hæc de tertia exceptione: de qua tamen vide plura d. except. 30.

IIII. Ex-

IIII. *Exceptio est: Nisi clerici vxor eo mortuo nuptias iteraverit, distin. 28. c. quia sunt. & si se cuiquam. c. si qua. c. de Syracusana. item distinct. 32. c. seriatim. § fin. Huius replicatio est: Nisi clericus in vita maluerit clericatus officio carere, quàm ab vxore abstinere, 27. q. 2. c. multorum.*

V. *Exceptio: Nisi is eâue, qui quáue coniugem occidit, vel vitæ eius insidiatus insidiatáue est, nuptias iterare velit. c. 1. de diuortijs. 31. q. 1. c si qua mulier. 33. q. 2. c. interfectores, in prin. c. quicunq;. c. admonere. § sin autem publicam. vers. vxorem nunquam ducere. c. si quod verius. § in præmissis. vers. si autem illas. Huius exceptionis replicatio est: Nisi lapsus iuuenilis incontinentiæ sit metuendus: tunc enim secundæ nuptiæ indulgeri possunt. d. c. interfectores, in prin. vers. exceptis adolescentibus & d. vers. si autem illas. ibi: nisi fortè propter lapsum.*

VI. *Exceptio est: Nisi rapta raptori suo nupserit. hoc enim casu alterutro mortuo, superstiti nuptias iterare non permittitur. 36. q. 2. c si autem. § sed si vnus. Plures propositæ regulæ exceptiones vide S. cap. 13. cum sequente.*

III. QVANDO NVPTIAE iterandæ?

I. *Regula: Soluto matrimonio, mulier nuptias intra annum iterare non poterat iure ciuili. Quòd si intra annum nupsisset, infamis efficiebatur, aliasq; pœnas sustinebat. M. I. C. lib 1. cap. 20. quæst. 1. causa 13. & libro 4. cap. 5. quæst. 2. reg. 1. Sed hoc ius cor-*

rigitur ac mutatur c penult. & vlt. de secundis nuptijs. M.I.R. lib. 3 cap. 8. reg. 62. in fine.

II. Regula: Si culpa mulieris diuortium interceſſerat: iure ciuili intra quinquennium nuptias iterare non poterat, per ea quæ habentur M.I.C.d. quæſt. 2. reg. 2. Sed iure pontificio in perpetuum nubere prohibetur, per ea quæ propoſita ſunt S. cap. 13. except. 31. & 33. De qua re dictum quoq; S. quæſt. prox. except. 2 replic. 11. dupl. 1. Quinimò licet culpa careat, viuo tamen marito, à quo diuertit, nuptias iterare non poteſt, per ea quæ habentur d. except. 2. in prin. Hæc de ſecundis nuptijs: de quibus tamen vide plura M.I.C. d. cap. 5. cum cap. ſequente 6.

DE CONCVBINIS. Cap. XXII.

SVpereſt vt de iure concubinatus agamus. Eſt autem concubinatus regulariter licitus. diſtin. 34. c. is qui. c. Chriſtiano, in fine. l. 3. in fine ff. de concubinis. M.I.R. d. cap. 8. reg. 76. Declaratur regula propoſita, definitione concubinæ d. diſtinct. 34. c. omnibus. M.I.R. d. cap. 8. reg. 75. Planè contradicit regulæ propoſitæ d. diſtinct. 34. c. audite. 32. q. 2. c. concubinæ, in prin. q. 4. c. nemo. c. dicat aliquis. Sed hiſce obiectionibus ſepoſitis, videamus quæ ſint propoſitæ regulæ exceptiones. Harum prima eſt: Niſi vxorem ſimul & concubinam quis habeat. Quæ exceptio elicitur ex d. c. is qui non. & d. c. Chriſtiano. verſ. ſi coniunx deeſt. Accedit 35. q. 2. c. de conſanguinitate

guinitate, in fine. Altera exceptio est: Nisi clericus concubinam habeat. Quæ exceptio approbatur per ea quæ habentur 5. lib. prox. cap. 5. reg. 60. Plures propositæ regulæ exceptiones, sed & plura de iure concubinatus vide M.I.C. lib. 4. cap. 9. Hactenus de causis matrimonialibus sit dictum.

DE CONCILIIS. Cap. XXIII.

HActenus iura personarum, rerum & actionum ecclesiasticarum exposuimus, quæ per concilia & visitationes conseruantur actitè administrantur. Ideoq; superest vt de concilijs & visitationibus subijciamus. Ideoq; de concilijs in hoc, de visitationibus in sequenti capite dicetur.

I. DE nomine & nominis ratione cauetur dist. 15. c. 1. §. synodus autem, vsq; ad finem.

II. QVANDO ET QVOTIES habenda concilia?

I. Regula: Singulis annis habenda concilia prouincialia. c. sicut olim. 25. in prin. de accusationib. distin. 18. c. quoniam quidem, in prin.

II. Regula: Singulis annis bis habenda concilia prouincialia. dist. 18. c. de concilijs, in prin. c. propter ecclesiasticas, in prin. c. peruenit. c. quoniã, in prin. c. propter ecclesiasticas, in prin. Apostol. canon. 36.

III. Regula: Regulares quolibet triennio concilia celebrabunt. c. in singulis. 7. in prin. de statu monachorum.

IIII. Regula: Aliquot certis diebus continuè habendum. d. c. 7. §. huiusmodi verò.

V. Regula: Primum cõcilium ante dies quadragesimæ, alterum circa tempus autumni habendum. distin. 18. c. habeatur. Apostol. canon. 36. in fine. Mutatur tamen tempus prioris concilij, vt habeatur tertia hebdomada paschalis solennitatis, posterius idibus Octobris. d. distin. 18. c. propter ecclesiasticas. vers. semel quidem post. & §. secundum verò. Vt habeatur vndecima calend. Nouembris, cauetur De consecrat. distin. 3. c. placuit. vers. dies verò concilij.

III. A' QVIBVS HABENDA concilia?

Regulares quoq; canonici, abbates atque priores possunt ac debent habere peculiare concilium. c. in singulis. 7. in prin. & §. hoc ipsum. de statu monachorum.

IIII. QVI AD CONCILIA conuocandi?

I. Regula: Vniuersi sacerdotes cõuocandi. c. cum super. 9. de maioritate & obedien. & d. c. 7. in prin.

II. Regula: De suffraganeis episcopis conuocandis cauetur c. sicut olim. 25. in prin. de accusationib. item distinct. 18. c. propter ecclesiasticas. §. admoneant autem.

III. Regula: Capitula cathedralium ecclesiarũ ad concilia prouincialia vocanda & admittenda. c. vlt. de his quæ fiunt à prælato.

IIII. Regula: De religiosis populum nõ habentibus

tibus ad synodum nō cogendis cauetur c. nimis prauа 17. & ibi glossa. de excessibus prælatorum.

V. Regula: De abbatibus ad synodum non cogendis cauetur distin. 18. c. episcopus. item 18. q. 2. c. vlt. vers. non enim. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi rationabilis causa subsit. d. vers. non enim. & d. c. episcopus. Altera exceptio est: Nisi abbas primus post alios episcopos resideat. l. ex ore. 17. §. porrò in priuilegio. vers. quare tenetur. item. §. fin. vers. propter quod. de priuilegijs. Tertia exceptio est: Nisi abbates populum habeant. c. quod super. 9. & ibi glossa. de maioritate & obedientia. Quarta exceptio est: Nisi concilium sit abbatum ac religiosorum peculiare. c. in singulis. 7. in prin. de statu monachorum.

VI. Regula: De hæreticis ad synodum non conuocandis cauetur 24. q. 3. c. cum quibus.

VII. Regula: Imperatores synodis interesse non debent. dist. 96. c. vbinam. Cuius regulæ exceptio est: Nisi vniuersalis sit synodus, in qua de fide agitur. d. c. vbinam. vers. nisi fortè & d. dist. 96. c. nos ad fidē.

VIII. Regula: Presbyteri, diaconi, & omnes quotquot se læsos existimant præsentes esse oportet. distin. 18. c. propter ecclesiasticas. §. in ipsis autem. c. antepenult. vers. ita vt ad concilium.

V. ANTECEDENTIA.

I. Regula: De inquirendis prius ijs quæ correctione indigent, cauetur c. sicut olim. 25. §. vt autem id valeat. de accusationibus.

II. Regula: *Absque apostolicæ sedis authoritate synodum particularem vel concilium vniuersale congregare non licet. distinct. 17. in prin. cum cc. sequentibus, vsq; ad c. vlt. item 3. q. 6. c. dudum. Huius regulæ exceptio est: Nisi non ad generaliter aliquid definiendum, sed ad corrigendum & indicendum id quod est statutum, concilia celebrentur. distinct. 18. in prin.*

III. Regula: *Absq; metropolitani & episcoporum authoritate & consensu nemini licet congregare synodum. distinct. 18. c. propter ecclesiasticas, in fine. & c. antepenult.*

IIII. Regula: *Ne quis ex vocatis ad synodum religiosorum plus quàm sex euectiones & octo personas secum adducat, cauetur c. in singulis. 7. in prin. vers. hoc adhibito. de statu monachorum.*

VI. ADIVNCTA CONCILIORUM.

I. Regula: *De præsidentibus synodi ordinandis cauetur d. c. 7. §. aduocent autem.*

II. Regula: *De ordine sessionum cauetur per ea quæ proposita sunt 5. lib. prox. cap. 8. quæst. 6. reg. 1. cum sequentibus.*

III. Regula: *De iuramento synodali cauetur 35. q. 6. c. episcopus.*

IIII. Regula: *De inquisitis quæ correctione indigent, in cõcilio proponendis, cauetur c. sicut olim. 25. §. vt autem. vers. & ea fideliter. de accusationib.*

V. Regula: *De corrigendis excessibus, & maioribus*

ribus reformandis, & querelis diudicandis in concilio cauetur d.c.25. in prin. vers. in quibus. & d. §. ve autem. vers. vt super his. item distin. 18. c. de concilijs. vers. in quibus. c. propter ecclesiasticas, in prin. & c. antepenult. in prin. item De statu monachor. c. in singulis 7. §. huiusmodi verò. Apostol. canon. 36.

VI. Regula: De inquirenda culpa præsidentium priorum cauetur c. ea quæ. 8. §. sequentes. vers. idem etiam. d. 11. de statu monachorum.

VII. Regula: De dissidentibus episcopis reconciliandis cauetur distin. 90. c. dissidentes.

VIII. Regula: De visitatoribus eligendis & horũ officio cauetur d.c. in singulis. 7. §. ordinẽtur etiam.

IX. Regula: De sequentis concilij vel capituli loco definiendo cauetur d.c. 7. §. prouiso.

X. Regula: De cauendo, ne ecclesia à laicis ladantur, cauetur d.c. 7. §. fin.

XI. Regula: De vita communiter celebranda & communibus expensis cauetur d.c. 7. §. & quĩ conuenerint.

XII. Regula: De muneribus à subditis accipiendis vel offerendis cauetur distinct. 18. c. quoniam. §. fin. & c. de eulogijs.

XIII. Regula: De meditatione & sollicitudine episcoporum congregatorum circa mandata diuina cauetur d.c. quoniam. §. dum autem.

VII. EVENTVS CONCILIORUM.

I. Regula: De contumacia vocatorũ non venien-

tium, vel non habentium singulis annis synodum coercenda, cauetur dist. 18. c. non oportet. c. peruenit. c. quoniam. §. hunc ergo. c. episcopus. c. placuit. c. si quis autem. c. si episcopus. c. si quis episcoporum.

II. Regula: *De statutis publicandis cauetur distinct. 18. c. vlt.*

III. Regula: *De die paschatis annunciando cauetur De consecrat. distin. 3. c. placuit vt postquam.*

IIII. Regula: *De statutis concilij obseruandis cauetur c. in singulis. 7. §. & quod statutum. §. si verò. vers. cæteris irrefragabiliter. de statu monachorum. item c. sicut olim. 25. §. vt autem. vers. & quæ statuerint. de accusationibus.*

V. Regula: *De pœna transgressorum cauetur d. c. 25. §. fin.*

VI. Regula: *De ijs quæ in synodo expediri non possunt, ad Pontificem referendis, cauetur d. c. 7. §. si vero. item distinct. 18. c. de concilijs, in fine. Hac de concilijs.*

DE VISITATIONIBVS. Cap. XXIIII.

I. EX QVIBVS CAVSIS VISITATIO instituenda?

SI suspecta sit hæresis. c. excommunicamus. 13. §. adijcimus. de hæreticis. Huius causæ aliarumq; similium exceptio generalis videtur: Nisi episcopi suffraganei non sint negligentes. Sed reprobatur c. vlt. de censibus, in 6. M. I. R. lib. 3. cap. 7. reg. 67.

II. QVI

II. QVI VISITANDI?

I. Regula: Omnes visitandi, nulla præscriptione obstãte. c. cum ex officij. 16. §. nos igitur. vers. quemadmodum nec contra. de præscriptionib.

II. Regula: Clericos & populum visitabit, maiores & minores. c. 1. in prin. & §. deinde. de censibus, in 6.

III. Regula: Prius propriã, deinde suffraganeorũ diœceses visitare debet. d. c. 1. in prin. & §. deinde.

III. A QVIBVS VISITANDUM?

Ab archiepiscopo visitandum. d. c. 1. in prin. & c. vlt. in prin. eod. tit.

IIII. PER QVOS VISITANDUM?

Si ipse visitare non possit, per alium visitare licet. 10. q. 1. c. episcopum.

V. QVOTIES VISITANDVM?

I. Regula: Sæpius visitare potest. c. 1. §. postquam. & c. vlt. de censibus, in 6. 18. q. 2. c. visitandi. & c. non semel, in prin.

II. Regula: Singulis annis visitandum. 10. q. 1. c. relata est. c. decreuimus. & c. episcopum, in prin.

VI. ANTECEDENTIA VISITATIONEM.

De consilio suffraganeorum prius requirendo, & decreto in scriptis proponendo, cauetur c. 1. §. postquam autem, vers. prius tamen. de censib. in 6.

VII. AD-

VII. ADIVNCTA, ET OFFICIA VISITATORUM.

I. Regula: Curet visitator, vt reparentur oratoria. 10. q. c. decreuimus. vers. & si qua forte. c. episcopum. vers. vt exquirat.

II. Regula: Corrigere ac reformare debet, quæ corrigenda ac reformanda reperiet. c. in singulis. 7. §. ordinentur etiam. vers. corrigentes. c. ea quæ. 8. in prin. de statu monachor. c. procurationes. 23. §. porrò. de censibus.

III. Regula: Visitator debet à clericis exquirere, qualiter baptisma, missam & cætera officia peragant: & si defectus inueniatur, ignaros instruere debet. 10. q. 1. c. episcopum. §. fin. & c. placuit, in prin. item c. 1. §. sanè huiusmodi. de censibus.

IIII. Regula: Ordinare debet, vt catechumeni ante viginti dies baptismi ad purgationem exorcismi veniant, in quibus discant Credo in Deum. d. c. placuit. vers. & hoc modis omnibus.

V. Regula: Debet docere laicos, vt fugiant idololatriam & omnia mortalia crimina: & quod sibi nolunt fieri, ne alijs faciant: vt fidem rectam teneant. quo facto, ad alium locum pergere debet. d. c. placuit. §. postquam ergo. item De censibus. c. procurationes. 23. §. porrò. vers. prædicationi.

VI. Regula: Non debet quærere quæ sua sunt, sed quæ Iesu Christi. d. §. porrò.

VII. Regula: Si rectorem loci inuenerit loco remouendum: proprio episcopo hoc denunciare debet, vt eum

Vt eum remoueat: quòd si eum non remouerit, Papa hoc referat. c. in singulis. 7. §. ordinentur. vers. ita quod si. de statu monachor.

VIII. Regula: Monachos delinquentes per abbatem loci corrigi faciat, eisq; pœnitentiam iniungi. c. ea quæ. 8. in prin. vers. ita tamen quod monachos. eod. tit.

IX. Regula: Monachos contumaces ac rebelles regulari censura percellere debet absq; personarum respectu. d. c. 8. §. ipsi etiam visitatores.

X. Regula: Si commodè vel absq; difficultate ad locum aliquem accedere nequit, clericos ac laicos eius loci ad alium congruum locum conuocare debet. c. 1. in prin. vers. & si commodè. de censibus, in 6.

XI. Regula: Postquam ab vna diœcesi ad aliam transierit, ad priorem reuerti non debet, priusquam omnes alias diœceses visitauerit. Quæ regula approbatur simul & distinguitur d. c. 1. §. ex quo tamen. & §. postquam.

XII. Regula: Diffamatos ordinarijs denunciare debet, vt ipsi inquirãt: notoria crimina ipse puniet. d. c. 1. §. sanè huiusmodi. vers. quod si de aliquibus.

XIII. Regula: Culpam priorum visitatorum inquirere debet. c. ea quæ. 8. §. sequentes. de statu monachorum.

XIV. Regula: Visitator potest confessiones subditorum audire, eosq; absoluere, vel pœnitentiam eis iniungere. c. vlt. §. fin. de censibus, in 6.

XV. Regula: Ne subditis interdicatur veritas in inquisi-

inquisitionibus indicanda, debet curare. c. quia plerique, 4. de officio ordinarij, in 6.

XVI. Regula: Episcopus visitans monasterium, non tenetur accipere monachos illius monasterij pro tabellionibus: nec debet esse solus, sed duos vel tres clericos cum notario, qui etiam clericus sit, debet assumere, non seculares introducere. c. vt iuxta. 17. de officio ordinarij. extrauagan. comm. 1. de officio ordinarij.

XVII. Regula: Ne ipse vel suorum aliquis munus accipiat, cauetur c. 1. §. procurationes, vsque ad §. fin. & c. exigit. 2. de censibus, in 6.

XVIII. Regula: Ne sumptibus subditos grauet, cauetur Clement. 2. de censibus. 10. q. 3. c. quia cognouimus. c. cauendum. c. inter cætera. §. cum verò. c. relatum. c. vltim. 18. q. 2. c. visitandi, in fine. Vide item § lib. proxim. cap. 8. quæst. 8. reg. 8. item j. lib. prox. cap 1. reg. 4. Pœna, si iniquis sumptibus ecclesias grauauerit, proponitur c. procurationes. 23. §. fin. de censibus.

XIX. Regula: Ne vltra vnum diem in vna basilica moretur, cauetur 10. q. 3. c. inter cætera. vers. aut amplius.

XX. Regula: De numero personarum & equorum, quibus visitantes vti debent in visitationibus, cauetur c. cum apostolus. 6. in princ. & §. fin. item c. procurationes. 23. in prin. vers. & tunc euectionum. de censibus. c. cum ad quorundam. 7. de excessib. prælatorum.

XXI. Re-

XXI. Regula: Ne sumptuosas epulas quærant, sed oblatis sint contenti, cauetur d. c. cum apostolus. 6. in princ. vers. nec sumptuosas. Clement. ad nostrum. 2. eod. tt. de censibus. 10. q. 3. c. illud, in fine. & c. vlt. §. fin.

XXII. Regula: Non patiatur à quoquam præsumi de rebus ecclesiæ, nisi cui fuerit iniuncta visitatio. distinct. 61. c. vlt.

XXIII. Regula: Ne venationibus indulgeat visitator, cauetur d. c. cum apostolus. 6. in prin. vers. nec cum canibus.

XXIV. Regula: In proprio gradu visitatores suscipiantur, & inuitẽtur ad verbum faciendũ, & oblationẽ consecrandã. 7. q. 1 c. episcopi vel presbyteri.

XXV. Regula: De stipendio visitatorum cauetur 12. q. 2. c. charitatem. §. fin.

XXVI. Regula: De procurationibus, seu sumptibus præstandis visitatori, eiusq; familiæ, cauetur c. cum nuper. 25. de censibus. c. si episcopus. 6. de officio ordinarij, in 6. c. 1. §. deinde, in fine. de censibus, in 6. Clement. 1. eod. tt. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi non sit manifesta & necessaria causa visitationis per alium institutæ. Quæ exceptio videtur approbari c. procurationes. 23. in prin. d. tt. de censibus. Altera exceptio est: Nisi non visitet episcopus: tunc enim procurationes exigere non potest. c. exigit. 2. vers. siue visitationis officio. de censibus. in 6. & d. c. 6. §. fin.

XXVII. Regula; Omnes ecclesiæ & monasteriæ eius

eius prouinciæ quæ visitatur, ad procurationes visitatorum conferre tenentur. c. sopitæ. 14. de censibus. Huius regulæ excrptio prima videtur: Nisi aliquæ ecclesiæ nunquam vel multis annis procurationes soluerint. Sed reprobatur c. cum ex officij. 16. de præscriptionibus. c. venerabili. 24. de censibus. Altera exceptio videtur: Nisi ecclesiæ sint de nouo conuersæ. Sed & hæc exceptio reprobatur c. super eo. 22. d. tt. de censibus. Tertia exceptio videtur: Nisi ecclesiæ sita sit in propria diœcesi visitantis. Sed reprobatur d. c. 24. vers. quod eorum monasterium. & ibi glossa. Quarta exceptio est: Nisi priuata sint oratoria. c. vlt. de censibus. Quinta exceptio est: Nisi à procurationibus præstandis nonnullæ ecclesiæ immunitatem fuerint consecutæ. Quæ exceptio ipso quidem iure subsistit, Clement. 1. vers. nisi forsan. de censibus: verùm eius replicatio prima est: Nisi generalis sit immunitas, nõ à procurationibus specialis. c. cum venerabilis. 21. de censibus. Altera replicatio est: Nisi ecclesia post impetratam immunitatem fuerit adquisita. Clement. 1. §. fin. eod. tt.

XXVIII. Regula: Ne procuratio in pecunia, sed in speciebus seu victualibus exigatur, cauetur c. 1. §. procurationes. c. exigit. 2. de censibus, in 6. Huius exceptio est: Nisi volens pecuniam offerat. Quæ exceptio approbatur iure nouo. c. fœlicis. 3. eod. tt.

XXIX. Regula: Singulis diebus non nisi vnam procurationem accipere debet, licet plura loca visitauerit, d. c. fœlicis. 3. §. adjcientes.

XXX. Re-

XXX. Regula: De quantitate procurationis: taxatur, & pœna transgressori imponitur extrauag. com. 1. de censibus.

XXXI. Regula: De visitandis monialibus specialiter cauetur Clement. attendentes. 2. de statu monachorum. Hæc de actibus ecclesiasticis sunt dicta.

LIBRI QVARTI FINIS.

METHODI IVRIS PONTIFICII

LIBER V.

DE RELIQVO IVRE pontificio.

HACTENVS quæ de iure & legibus, de magistratibus, de iudicijs tam publicis quàm priuatis, nec non de personis, rebus & actibus ecclesiasticis, quibus causas matrimoniales subiecimus, in iure pontificio habentur, exposita & in ordinem redacta sunt. Præter ista verò alia nonnulla in eodem iure continentur, ad ius publicum & priuatum personarum, rerum & actionum pertinentia, quæ in hoc libro exponemus, ordine Methodi iuris ciuilis seruato.

DE IVRE PVBLICO.

Cap. I.

QVanquam plerag; ex ijs quæ hucusq; quatuor libris expositæ sunt, ad ius publicum pertinent: tamen præter ea, nonnulla alia de publico iure restant, de quibus in hoc capite dicetur.

I. Regula: Mulcta alicui indicta iure ciuili pertinet ad fiscum l. 5. C. de modo mulctarum. Secus tamen obseruatur iure pontificio, per ea quæ habentur §. lib. 1. cap. 7. quæst. 1. reg. 4.

II. Regula: Non potest episcopus nouum vectigal imponere monasterio. c. scientes. 3. & c. innouamus. 10. de censibus.

III. Regula: Non debetur census, cuius causa ignoratur. c. peruenit. 5. eod. tt.

IIII. Regula: Ne ratione census vel alterius exactionis plus debito exigatur, cauetur c. ea quæ de. 12. d. tt. & c. quia plerig;. 8. de immunitate eccles. Concordat M. I. C. lib. 3. cap. 14. quæst. 6. reg. 3. Plura de censu persoluendo vide §. cap. 4.

V. Regula: Pædagia & vectigalia noua sine consensu principis imponere non licet. c. innouamus. 10. de censibus. Concordat M. I. C. lib. 3. cap. 15. quæst. 2.

VI. Regula: De re militari. Militare peccatum non est, per ea quæ proposita sunt §. lib. prox. cap. 6. quæst. 7. reg. 8.

VII. Regula: Quibus diebus à bellicis actibus feriandum, definitur c. 1. de treuga & pace. Huius

regulæ

regula exceptio est: Nisi necessitas vrgeat. 23. q. 8. c. si nulla.

VIII. Regula: Quæ tempore belli securitate gaudeant, definitur c. vlt. de treuga & pace.

IX. Regula: De arte balistariorum & sagittariorum aduersus Christianos non exercenda cauetur c. vnico, de sagittarijs.

X. Regula: De torneamentis non exercendis cauetur c. 1. in prin. de torneamentis. Mutatur ac tollitur hæc regula extrauag Ioann. XXII. vnica, eod. tit. Accedit M. I. R. lib. 3. cap. 10. reg. 117.

XI. Regula: Conuenticula prohibentur De consecrat. distin. 3. c. ne quis ieiunet. vers. & ad alienas. Concordat M. I. C. lib. 3. cap. 28. in prin.

XII. Regula: Collegium constituere sine authoritate superioris non licet. c. dilecta. 14. de excessib. prælator. Concordat l. 3. §. 1. ff. de collegijs.

XIII. Regula: Collegium siue corpus debet habere syndicum. c. vnico, de syndico. Vide item S. lib. 3. cap. 1. reg. 13.

XIIII. Regula: Quod vniuersitati debetur, non debetur singulis ex vniuersitate c. cum clerici. 19. de verborum signific. Vide M. I. C. lib. 3. cap. 28. quæst. 3. reg. 3.

DE STVDIIS ARTIVM liberalium.

XV. Regula: De magistris & doctoribus artium liberalium vbiq; constituendis cauetur distinct. 37. c. de quibusdam.

XVI. Regula: De mercede ac salario magistrii ac doctoribus artium liberalium decernendo cauetur c. 1. c. quia nonnullis. 4. & c. vlt. §. fin. de magistris. Concordat M. I. C. lib. 3. cap. 28. de alijs personarum speciebus, quæst. 1. reg. 4.

XVII. Regula: Ne pro licentia docendi aliquid accipiatur, cauetur d. c. 1. §. pro licentia. & c. prohibeas. 2. c. quanto. 3. eod. tt. Excipitur certa quantitas: de qua §. reg. 20.

XVIII. Regula: Vt gratis doceant magistri, cauetur d. §. pro licentia.

XIX. Regula: Ne alicui volenti docere facultas negetur. d. §. pro licentia.

XX. Regula: De iuramento ab eo qui ad doctoratus vel magisterij honorem promouetur, circa expensas præstando cauetur Clement. cum sit nimis. 2. de magistris.

XXI. Regula: Præceptores artium liberalium causas suas agere & defendere in iudicio prohibendi non sunt. c. cum deputati. 16. de iudicijs.

XXII. Regula: De professoribus linguarum Hebraicæ, Arabicæ & Chaldaicæ instituendis cauetur Clement. 1. de magistris.

XXIII. Regula: Medici ante omnia infirmum ad confessionem inducere debent, nec quidquam illi suadere, quod ad periculum animarum tendat. c. cum infirmitas. 13. de pœnitentijs.

XXIIII. Regula: De Theologiæ studiosis ad scholas transmittendis cauetur c. vlt. de magistris.

XXV. Re-

XXV. Regula: Poetæ non legendi. dist. 37. c. ideo prohibetur, in prin. Hæc de studijs artium liberalium: de quibus vide item M.I.C. lib. 3. cap. 28.

DE IVRE CIVITATVM.

XXVI. Regula: Refertur ad vniuersos quod publicè fit per maiorem partem. l. 120. §. 1 ff. de regulis iuris. Cui contradicere videtur 1. q. 7. c. quoties à populis.

XXVII. Regula: De ornatu ciuium & fuco mulierũ cauetur De cõsecrat. dist. 5. c. fucare. Vide item M.I.C. lib. 3. cap. 32. de reliquis reb. ciuitatũ, reg. 7.

XXVIII. Regula: Ne in templis vel cœmeterijs nundinæ celebrentur, cauetur c. decet. 2. §. cessent in ecclesijs. de immunit. eccleſiar. in 6.

XXIX. Regula: Ne consultationes vel concilia ciuium fiant in templis, cauetur d. c. 2. §. cessent in locis.

XXX. Regula: Ne die solenni, prætermisso ecclesiæ conuentu, ad spectacula eatur, cauetur De consecrat. distin. 1. c. qui die solenni.

XXXI. Regula: A muneribus & collectis cacus immunis est. c. licet multum. 4. de censibus. Concordat in personalibus muneribus. l. 1. c. qui morbo se excusant.

XXXII. Regula: Plures aliæ sunt excusationum causæ, quibus quis à muneribus excusatur, quas enumeraui M.I.C. lib. 3. cap. 37. Quarum exceptio generalis est: Nisi ad munera nominatus non appellauit. Quæ exceptio approbatur d. lib. 3. cap. 38. ex-

cept. 3. Cuius replicatio prima est: Nisi non solenniter ad munera sit nominatus. 2. q. 6. c. ei qui appellat. §. est autem. & l. 27. C. de appellationibus. Altera replicatio est: Nisi minor viginti quinq; annis ad munera nominatus non appellauit. d. c. ei qui appellat. §. item si propter. & l. 8. C. quando prouocare non est. Plures huiusmodi exceptiones vide M. I. C. d. cap. 38. Hæc de iure publico.

DE IVRE PERSONARUM. Cap. II.

INter iura personarum primum locum obtinet ius inter maritum & vxorem. Sed de eo actum ſ. lib. prox. cap. 11. cum sequentibus. Ideoq; eo hic omisso, quid de reliquo personarum iure canonibus cautum sit, in hoc capite exponemus. Diuisio autem personarum in clericos & laicos habetur 12. q. 1. c. duo sunt.

DE IVRE INTER PARENtes & liberos.

I. Regula: Liberi parentibus reuerentiam & obsequium debent. 33. q. 5. c. est ordo. Cuius exceptio videtur in cultu diuino. Sed reprobatur distinct. 30. c. 1. Plura de regula proposita vide M. I. C. lib. 4. cap. 21. quæst. 5. reg. 2.

II. Regula: Pater filium castigare debet, quod est charitatis. 23. quæst. 5. c. non putes.

III. Regula: Pater filios alere debet. dist. 30. c. si quis reliquerit. M. I. R. lib. 3. c. 4. 11. reg. 2. Huius regulæ exceptio

exceptio est: Nisi ex iniusto matrimonio sint nati. Quæ exceptio approbatur M.I.C.d. quæst.5.reg.10. except.5. Sed contradicit c.cum haberet 5. §. fin. in fine.de eo qui duxit in matrimonium quam polluit per adulterium. M.I.R.d.reg.7.except.2. Plures huiusmodi exceptiones, pluraq; de regula proposita vide d.reg.10. & M.I.R.d reg 7.

IIII. Regula: Si alter coniunx ad fidem Christianam redeat, altero in hæresi manente: apud conuersum filij alendi & educandi sunt.c.2. de conuersione infidelium.

V. Regula: Mater infantem ipsa nutrire, non alij nutriendum tradere debet. distinct 5, c.ad eius. §. praua autem.

DE NATVRALIBVS liberis.

VI. Regula: Naturales liberi dicuntur, qui non ex iustis nuptijs sunt procreati. 32.q.4. c. vltim. §. naturales. Concordat M.I.C.lib 4 cap.24.quæst.2. reg.1. Cuius regulæ exceptio prima est: Nisi publicè in facie ecclesiæ sine contradictione matrimonium sit contractum.c.cum inter.2. c.peruenit.11. & c.ex tenore.14. qui filij sint legitimi. De qua tamen exceptione vide item S. lib.proxim cap 12. quæst. 6. reg.10.in fine. & M.I.R. lib.3.cap.8.reg.17. excep.2. & cap. 11. reg: 23 except.1. Cuius replicatio est: Nisi vterque parens vitium matrimonij sciuerit c. vlt. §. si quis verò. de clandestina desponsat. Altera exceptio est: Nisi parentes infideles qui iniustas nu-

ptias contraxerunt, postea ad fidem sint conuersi c.vlt. qui filij sint legitimi. M.I.R.lib.3.cap.8.reg. 17.except.5.Plures huiusmodi exceptiones vide M.I. C.d.cap.24.in fine.

VII. Regula: Naturalis filius per subsequens matrimonium legitimatur.c.1.qui filij sint legitimi.M. I.R.lib 3.cap 11 reg.25. Cuius exceptio est: Nisi filius sit adulterinus.c.tanta est.6.eod.tt.M.I.R.d.reg.25. except.2.Plura de regula proposita eiusq; exceptionib.vide M.I.C.d.cap.24.q.3.causa 2.

VIII. Regula: Naturalis legitimatur per rescriptum Papæ.c.per venerabilem.13.qui filij sint legitimi.M.I.R.d.cap.11.reg.26. Cuius exceptio est: Nisi filius sit adulterinus. d.c.13. §. fin. M.I.R. d.reg.26. except.22. Plures exceptiones colligi possunt ex d. c.13 item M.I.C.d.quæst.3. causa.3.

IX. Regula: De probatione, si quaratur vtrum naturalis, an legitimus sit filius? cauetur c.per tuas. 12.d.tt.M.I.R.lib.2. cap.11. in verbo Filius in dubio.

X. Regula: Naturales æquè ac legitimi honesti esse possunt.32.q.4.c.sicut satius.§.vndecunq;.

XI. Regula: Naturales liberi matris, non patris conditionem sequuntur.32. q.4. c.vlt. Vide item 3. reg.19.& M.I.C.lib.4.cap.24.quæst.4. reg.7. item lib.6.cap.3. causa 1.except.1.

XII. Regula: Actio qua quæritur vtrum quis legitimè natus sit? apud ecclesiasticum iudicem competit, non ciuilem, quamuis incidenter proponatur, c.later.5.& c.causam.7. qui filij sint legitimi.

XIII. Regu-

XIII. Regula: Hæretici liberos suos in potestate sua non habent. Ideoq; emancipatio ab ijs facta nihil operatur. c. quicunq; 2. §. fin. de hæretic. in 6.

XIV. Regula: Episcopalis dignitas filium à patrij potestate liberat. distin. 54. c. si servius sciente. §. sed & ius patriæ. M. I. R. d. cap. 11. reg. 45. except. 1.

XV. Regula: Si pater filium languidum exposuit, vel alimenta ei denegauit: per hoc patriam potestatem amittit. c. vnico, de infantib. & languidis expositis. Contradicit l. 16. C. de nuptijs, Hæc de iure inter parentes & liberos: de quo vide plura M. I. C. lib. 4. cap. 21. & deinceps.

DE TVTELA ET CVRA.

XVI. Regula: A tutela & cura excusantur clerici & monachi. dist. 88. c. vlt. 16. q. 1. c. generaliter. 21. q. 3. 6. Cyprianus. l. 40. C. de episcopis & clericis.

XVII. Regula: Pubertate pupilli finitur tutela, per ea quæ habentur M. I. C. lib. 5. cap. 8. causa 1. Cuius definitio habetur ibidem. Cui tamen contradicit c. puberes. 3. de desponsat. impub.

XVIII. Regula: Tutor tenetur defendere pupillum, & iudicium nomine eius suscipere, per ea quæ habentur M. I. C. lib. 5. cap. 11. quæst. 3. reg. 1. in prin. Cuius exceptio est: Nisi tutor esse desierit. c. ex parte. 67. de appellationib. Plura de exceptione proposita vide d. reg. 1. except. 1. Sed & plures exceptiones vide d. reg. 1.

DE IVRE SERVORVM.

XIX. Regula: Natus ex serua seruus nascitur, per

ea quæ habentur M.I.C.lib.6. cap.3.in princ. Cuius exceptio prima videtur: Nisi ex patre libero conceptus sit. Sed reprobatur 32.q.4. c.vlt. Concordat d.cap.3.causa 1. except.1. Admittitur tamen exceptio hæc, si consuetudine aliud sit receptum. c.licet. 3.de coniugio seruorum. Altera exceptio est: Nisi postquam mater ex seruitute ad libertatem peruenit, natus est. c.vnico, de natis ex libero vētre. Concordat M.I.C. d.causa 1. except. 5. Tertia exceptio est: Nisi ex seruo patre, matre libera sit natus d.c. vnico, & c. vlt. de seruis non ordinandis. & ibi glossa Plures exceptiones vide d.causa 1.

XX. Regula: Si liber homo per plures annos pro seruo habitus sit: ob id tamen seruus non efficitur. 16.q 3.c.placuit. §.penult. Concordat M.I.C.d.cap. 3. causa 9.

XXI. Regula: Si infans expositus tollatur & educetur, seruus educantis efficitur. Quæ regula videtur approbari distinct. 87. c. vlt. Sed contradicit c.vnicum. §. fin. de infantibus expositis. Sed & contradicit M.I.C.d.cap.3.causa 14.

XXII. Regula: Si dominus seruum ægrum dereliquerit, vel alimenta ei denegauerit: dominium eius amittit. c.vnico, de infantibus & languidis expositis. Concordat M.I.C.lib 6 cap.4. causa 17.

XXIII. Regula: Si seruus Iudæi Christianus fieri desideret, per hoc liber efficitur. distinct. 54. c. nulla. §. fin. cum cc. sequentibus, vsque ad c. si seruus absente.

XXIV. Re-

XXIV. Regula: Si seruus episcopus sit factus, per hoc liber efficitur. distinct. 54. c. si seruus sciente. §. episcopalis.

XXV. Regula: Si seruus sciente domino & non contradicente clericus sit factus, liber efficitur, per ea quæ proposita sunt S. *libro 3. capite 4. quæst. 2. reg. 7. except. 1.*

XXVI. Regula: Manumissione quoq; seruus liber efficitur, per ea quæ habentur M. I. C. lib. 6. cap. 5. quæst. 3. in prin. Cuius exceptio prima est: Nisi quis non suum, sed alienum seruum manumiserit. Quæ exceptio approbatur per ea quæ habentur M. I. C. lib. 6. cap. 6. except. 11. in prin. Cuius replicatio prima est: Nisi prælatus ecclesiæ seruum ecclesiæ manumiserit. 12. q. 2. c. si quos, in prin. c. cum redemptor. Huius duplicatio prima hæc est: Nisi episcopus nihil de suo ecclesiæ contulerit. d. q. 2. c. etsi illi. item c. episcopi qui nihil. 4. de rebus ecclesiæ alienandis. Altera duplicatio est: Nisi abbas monasterij seruum manumiserit. distinct. 54. c. abbati vel monacho. Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi sacerdos, qui ecclesiæ aliquid relinquit, vel prædia ei adquisiuit, seruos ecclesiæ iuxta rei collatæ modum, quem canones decreuerunt, manumiserit. c. consensus. 3. de rebus ecclesiæ alienandis. Tertia replicatio videtur: Nisi abbas seruum monacho donatum manumiserit. Sed reprobatur 17. q. 4. c. in venditionibus. §. 1. Hæc de prima exceptione. Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi non vindicta

sit

hibuerit: in seruitutem repeti potest. d. q. 2. c. episcopus. §. huiusmodi autem. & c. de famulis. 3. §. quibus sicut. de seruis non ordinandis.

XXXII. Regula: Si libertus ecclesiæ à patrocinio eius recesserit, vel illud non recognouerit: in seruitutem repeti potest. d. q. 2. in solitum. §. si verò libertus, cum cc. sequentibus, vsq; ad c. de libertis. §. ab alijs. & c. longinquitate.

XXXIII. Regula: Marito in seruitutem redacto, nihilominus vxor manet libera. 29. q. 2. c. cuius rei. §. fin. cum c. sequente.

DE IVRE PATRONATVS.

XXXIV. Regula: Si libertus clericus sit factus vel monachus, ius patronatus in eo amittitur. distin. 54. c. qui ex famulis. § fin. cum c sequente.

XXXV. Regula: Si libertus ita manumissus sit, vt etiam ius patronatus ei remittatur: ius patronatus in eo vindicari non potest. Quæ regula approbatur simul & distinguitur 12. q. 2. c. si quos. §. fin. cum c. sequente.

XXXVI. Regula: Ab vniuersitate manumissus vniuersitatis, non singulorum est libertus. d. q. 2. c. episcopus. §. si verò à collegio.

XXXVIII. Regula: Liberti à patrono ecclesiæ commendati, ecclesiæ fiunt liberti. d. q. 2. c. de libertis. §. ab alijs.

XXXVIII. Regula: In liberos liberti ius patronatus non competit, per ea quæ habentur M. I. C. lib. 6. cap. 15. quæst. 5. reg. 1. Cuius exceptio est: Nisi

ecclesiæ

ecclesiæ sint liberti: hæc enim in liberos libertinos patronatus habet. c. consensus 3. §. fin. de rebus ecclesiæ alienandis. 12. q. 2. c. de libertis, in prin. vers. quàm ab eis progeniti. & c. liberti ecclesiæ. vers. nec posteritas quidem.

XXXIX. Regula: Si patronus liberto non præstiterit alimenta, ius patronatus amittit. c. vnico, de infantibus expositis. Concordat M. I. C. lib. 6. cap. 16. quæst. 1. causa 7.

XL. Regula: Si patronus libertum infantem vel languidum exposuit, vel ab alio expositum ratum habuit, ius patronatus amittit. d. c. vnico.

XLI. Regula: Si princeps libertum ingenuum fecit, ius patronatus in eo cessat. 12. q. 2. c. episcopus. §. si verò ingenuum. Concordat M. I. C. d. quæst. 1. causa 15.

XLII. Regula: Libertis ecclesiarum interdicitur alienationibus. c. de famulis. 3. §. quidquid. de seruis non ordinandis.

XLIII. Regula: Ecclesia iure patronatus in omnia liberti bona succedit. d. §. quidquid. Concordat M. I. C. lib. 6 cap. 21. quæst. 4. reg. 1. vbi vide propositæ regulæ aliquot exceptiones.

XLIIII. Regula: De adscripticio. Huic agrum cui adscriptus est, deserere non licet. c. indicatum 3. de immunitate eccles. M. I. C. lib. 6. cap. 14. reg. 2. M. I. R. lib. 3. cap. 12. reg. 84. Hæc de iure personarum: de quo tamen vide plura M. I. C. lib. 4. cum duobus libris sequentibus.

DE

DE RERVM IVRE.

Cap. III.

DE DOMINIO.

PRima regula: *Si quid capitur ex hostibus, eius dominium capienti adquiritur, per ea quæ habentur M. I. C. lib. 7. cap. 1 causa 6. Cuius exceptio est: Nisi bellum sit iniustũ. c sicut. 29. in prin. de iureiurando. Plures exceptiones vide d. causa 6.*

II. Regula: *Omnis res per quascunq; causas nascitur, per easdem dissoluitur. c. 1. de reg. iuris. Concordat M. I. C. lib. 7. cap. 4. in prin. & lib. 24. cap. 5. quæst. 3. in prin.*

III. Regula: *Rei vendicatio non nisi aduersus rei possessorem competit, per ea quæ habentur M. I. C. lib. 7. cap. 5. except. 13. in prin. Cuius exceptio est: Nisi dolo desierit possidere: hic enim pro possessore habetur. c. pro possessore, 36. de regulis iuris. Concordat d. except. 13. replic. 1.*

IV. Regula: *in rei vendicatione succumbit actor non probans causam ex qua petijt, licet post actionem in iudicium deductam ex alia causa dominium sit nactus. c. abbate 3. de re iudicata, in 6.*

V. Regula: *Rei vendicatio ibi, vbi res est de qua contenditur, competit. c. sanè si. 3. de foro competenti. Concordat M. I. C. lib. 7. cap. 5. quæst. 4.*

VI. Regula: *Rei vendicatione instituta, regulariter quidem ipsa res venit in condemnationem. Cuius exceptio est: Nisi res sit consecrata: tunc enim*

æstima-

æstimatio eius venit præstanda. 14. q. 6. c. 1. § fin. cum c. sequente Comperimus.

VII. Regula: In rei vendicatione actor rem quam petit, tenetur specificare ac designare. c. significantibus. 2. de libelli oblatione. Concordat M. I. C. lib. 7. cap. 5. quæst. 6. reg. 5.

VIII. Regula: In rei vendicatione actor reo sumptus, quos in rem bona fide fecit, tenetur restituere, per ea quæ habētur M. I. C. d. quæst. 6. reg. 7. & M. I. R. lib. 3. cap. 13. reg. 33. A' qua regula excipitur pretium, quo rem cōparauit. 16. q. 3. c. penult. § vniuersas. l. 2. C. ne rei dominicæ vel templorum. Concordat M. I. C. d. reg. except. 1. M. I. R. d. reg. 33. except. 1.

IX. Regula: Rei vendicatio longi temporis præscriptione eliditur. c. cum olim. 18. de præscriptionibus. 16. q. 3. c. placuit vt quicunq; § præscriptionum. Concordat M. I. C. lib. 7. cap. 8. quæst. 3. effectu 1.

X. Regula: Præscriptionis istius duplex est ratio, Odium petentis, & fauor possidentis. d. § præscriptionum. & d. c. placuit. § hæ præscriptiones.

XI. Regula: Vsucapione quoque rerum dominia adquirūtur, per ea quæ habentur M. I. C. lib. 7. cap. 1. in prin. & quæst. 3. effectu 1. & 2. & M. I. R. lib. 3. cap. 13. reg. 50. Cuius exceptio prima est: Nisi sciens rem alienam possederit: hic enim rem non vsucapit, per ea quæ habentur d. lib. 7. cap. 9. except. 11. in prin. Cuius replicatio prima est: Nisi ab initio possessionis ignorauerit rem esse alienam. d. c. placuit vt. § si autem nullo titulo, Concordat d. except. 11. repl. 8.

repl. 8. Contradicit 34. q. 1. c. si virgo. vers. sicut in iure. & c. vlt. de præscript. Altera replicatio est: Nisi triginta annorum præscriptio obijciatur: hæc enim malæ fidei possessorem tuetur. d. c. placuit vt. §. quod si mala. Contradicit tamen c. vigilanti. 5. c. si diligenti. 17. §. si verò dicatur. & c. vlt. de præscriptionibus. c. possessor. 2. de reg. iuris, in 6. Hæc de prima exceptione; cuius tamen plures replicationes vide M. I. C. d. except. 11. Altera exceptio est: Nisi res ecclesiæ possideatur: hæc enim vsucapi non potest. 16. q. 3 c. licet. c. placuit vt. §. potest etiam. Concordat M. I. C. lib. 7. cap. 10. except. 15. Tertia exceptio est: Nisi res fisci vel Imperatoris possideatur. 16. q. 3. c. penultim. §. vniuersas. l. 2. C. ne rei dominicæ vel templor. Concordat item d. capit. 3. except. 16. Quarta exceptio est: Nisi causa falsa vel nulla possessionis fuerit. c. 1. de præscriptionibus in 6. c. 1. de reg. iuris, in 6. Concordat M. I. C. d. lib. 7. cap. 11. except. 28. Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi ius commune, vel præsumptio sit pro possidente. d. c. 1. de præscript. in 6. Altera replicatio est: Nisi tempus sit triginta annorum quo possedit, vel immemoriale. d. c. 1. in fine. & d. c. placuit vt. §. si aut nullo titulo. Plures replicationes vide M. I. C. d. except. 28. Quinta exceptio est: Nisi non suo, sed alieno nomine possederit. c. si diligenti. 17. in princ. de præscriptionibus. Sexta exceptio est: Nisi res non sit possessa. c. sine possessione. 3. de præscript. in 6. & l. 25. ff. de vsucap. Septima exceptio est: Nisi dominus

medio tempore agere non potuerit propter possessoris absentiam, infantiam, vel aliam iustam causam. De quare vide M.I.C. lib. 15 cap. 13 except. 8. Octaua exceptio est: Nisi non per legitimum tempus possederit. Quæ exceptio approbatur M.I.C. lib. 7. cap. except. 34. in prin. Cuius replicatio est: Nisi accessione vtatur sui authoris. 16. q. 3. c. placuit vt. §. quod si ab eo. Concordat M.I.C. d. except. 34. repl. 2. Huius duplicatio est: Nisi ab eo causam possidendi non habeat possessor, vel ipse mala fide possideat. d. c. placuit vt. §. quod si mala. vers. nec sibi proderit. Concordat M.I.C. d. repl. 2. dupl. 4. Plures duplicationes vide d. repl. 2. Sed & plures propositæ exceptionis replicationes vide M.I.C. d. except. 34. Nona exceptio est: Nisi possessio fuerit interrupta, & res medio tempore non possessa. d. c. placuit vt. §. hac de præscriptionibus decennij. Concordat M.I.C. d. cap. 12. except. 42. Huius replicatio est: Nisi à tempore possessionis recuperatæ triginta anni excesserint. d. §. hæc de præscriptionibus. vers. quod si per. Plures replicationes vide d. except. 42. Decima exceptio est: Nisi possessor medio tempore vel post impletam vsucapionem priuilegium contrarium vsucapioni petierit. c. veniens. 19. de præscript. Vndecima exceptio est: Nisi is qui rem vsucepit, postea eam rem possidere desierit: hoc enim casu ad eam recuperandam rei vendicationem non habet. Sed reprobatur l. 8. in princ. C. de præscript. 30. vel 40. annorum. Admittitur tamen hæc exceptio, primùm quidem,

quidem, si mala fide qui præscripsit possederit. d. c. placuit vt. §. quod si mala. vers. si verò aliquo. & d. l. 8. §. quod si quis. Deinde admittitur, si prior dominus rem receperit. Aduersus hunc enim etiam bonæ fidei possessori vindicatio denegatur. d. §. quod si mala. vers. si autem res. Planè harum distinctionum replicatio generalis hæc est: Nisi alius per vim possessionem nactus sit hoc enim casu etiam malæ fidei possessori, qui rem præscripsit, actio denegandæ non est. d. §. quod si mala. vers. quod si violenter. & d. l. 8. §. sed hæc super illis. Plura de exceptione propositæ vide M. I. C. d. cap. 12. excep. 54. Duodecima exceptio est in rebus non possessis, vel non præscriptis. Quæ exceptio approbatur exemplo c. cum olim. 18. in fine. de præscriptionibus. Hæc de dominio: de quo vide plura M. I. C. lib. 7.

DE POSSESSIONE.

XII. Regula: Adquiritur possessio ex consuetudine loci, qua modicum terræ loco rei tradendæ datur, vel in extremitate pallij manu apprehendentis sustinetur. c. ex literis. 2. de consuetudine.

XIII. Regula: Per solutionem pensionis res, pro qua pensio soluitur, tradita censetur. c. cum venisset. 9. de restitutione spoliator.

XIV. Regula: Si vi fiat ei qui in possessionem missus est, datur eo nomine actio: de qua M. I. C. lib. 7. cap. 19. Cuius exceptio prima hæc est: Nisi cum ob latitantem debitorem creditor in possessionem

bonorum eius missus esset, debitor cautionem offerat iudicio sisti & iudicatum solui. c. 1. de dolo & contumacia. Altera exceptio videtur: Nisi misso tale crimen obijciatur, quo probato possessione esset priuandus. Sed hæc exceptio reprobatur c. accedens. 23. de accusation.

XV. Regula: In interdicto Vti possidetis vtroq; probante, obtinet is qui antiquiorem possessionem probat titulo maximè iustificatam, vel meliores probationes respectu possessionis adduxit. c. licet causam. 9. de probationibus. M. I. R. lib. 3. cap. 14. reg. 73. cum reg. seqq.

XVI. Regula: Interdicto Vnde vi agitur ad possessionem vi occupatam restituendam, per ea quæ proposita sunt M. I. C. lib. 7. cap. 23. quæst. 2. & q. 4. in princ. M. I. R. lib. 3. cap. 16. reg. 1. Cuius exceptio prima hæc videtur: Nisi quis suam rem vel sibi debitam vi occupauerit. Quæ tamen reprobatur c. super spoliatione. 4. de ordine cognition. Concordat M. I. C. d. cap. 23. quæst. 8. reg. 9. Planè admittitur, si actor in eam exceptionem consenserit, ita, vt si reus eam probasset, ei cederet. c. 1. de restitut. spoliatorũ. Altera exceptio est: Nisi reus ab actore prior fuerit deiectus, isq; vim vi repulerit. d. c. 4. Concordant ea quæ habentur M. I. C. d. quæst. 4. except. 12. vbi de ea vide plura. Tertia exceptio est: Nisi actor antea clã possessionem reo absente occupasset. c. olim causam. 12. de restitut. spoliatorum Quarta exceptio videtur: Nisi deiectus vitiosè possessionem fuerat nactus.

Sed

Sed reprobatur c. in literis. 5. d. tt. Planè admittitur exceptio proposita, si præsumptio iuris sit contra actorem improprietatis, quòd actor iniustè, reus iustè possederit. c. vltim. eod. tt. in 6. Quinta exceptio videtur: Nisi proprietatis causa in iudicium deducta sit. Sed reprobatur c. pastoralis. 5. de causa possessionis & proprietatis. l. 18. §. fin. ff. de vi & vi armata Planè admittitur exceptio proposita, si in causa proprietatis concluſum sit. d. c. 5 Quæ tamen distinctio recipit replicationem hanc: Nisi iusta subsit causa. d. c. 5. verſ. nisi iudex qui de causa. Sexta exceptio est: Nisi actor antea non possederit. c. olim. 17. de restitut. spoliat. Septima exceptio est: Nisi actor antea rem, de cuius possessione se deiectum dicit, sponte resignauerit. c. accepta. 3. & c. audita. 4. eod. tt. Huius replicatio est: Nisi post deiectionē demum resignauerit. hoc enim casu resignatio præsumitur metus causa facta: ideoq; actori non obest. c. sollicitè. 2. eod. tt. Octaua exceptio videtur: Nisi actor crimen aliquod commisisse dicatur. Sed reprobatur c. item cum quis. 6. eod. tt. Nona exceptio est: Nisi magistratus subditum deiecerit. Quæ exceptio ipso quidem iure subsistit: sed eius replicatio est: Nisi non seruato iuris ordine deiecerit. c. conquerente. 7. de restitut. spoliat. Decima exceptio est: Nisi reus restituere propter inopiam nō possit. c. olim. 16. eod. tt. Vndecima exceptio est: Nisi deiectus sit restitutus. Huius replicatio est: Nisi non plenè fuerit restitutus. c. Pisanis. 19. eod. tt. Plures huiusmodi exceptiones

XVII. Regula: Interdictum Vnde vi non competit contra alium, quàm qui vi deiecit. c. cum ad sedem. 15. de restitut. spoliator. M.I.R. lib. 3. cap. 16. reg. 4. Huius exceptio prima videtur: Nisi alius rem possideat. Sed reprobatur M.I.C. d. cap. 23. quæst. 6 except. 7. M.I.R. d. reg. 4. except. 1. Admittitur tamen, si alius sciens rem vi occupatam receperit. c. sæpe contingit. 18. de restitut spoliator. Plures exceptiones vide M.I.C. d. quæst. 6.

XVIII. Regula: In interdictum Vnde vi venit res cum fructibus, damno quod sensit deiectus, & omnis causa. c. grauis. 11. de restitut. spoliat. 3. q. 1. c. episcopi si à proprijs. & c. redintegranda. M.I.R. d. cap. 16. reg. 6. Plura de hac regula vide M.I.C. d. capite 23. quæst. 8. reg. 1.

XIX. Regula: De fructibus restituendis specialiter etiam cauetur tum d. c. 11. tum etiam M.I.C. d. quæst. 8. reg 4. M.I.R. d. cap. 16. reg. 8.

XX. Regula: Constitutionibus principum, reus tam rem, quàm eius æstimationem restituere tenetur. 1. q. 4. c. vlt. l. 7. & l. 10. C. vnde vi. Institut. de interdictis. §. sed ex constitutionibus. M.I.R. d. cap. 16. reg 11.

XXI. Regula: Adsine remedium interdicti Vnde vi est, conditio ex lege, si post appellationem quid sit innouatum. c. bonæ memoriæ. 51. de appellationibus. De qua re vide S. lib. 2. cap. 18. quæst. 7. reg. 13.

XXII. Regula: Adsine item remedium est, exceptio spolij: de qua vide S. lib. 2. cap. 9. except. 4.

XXIII.

XXIII. Regula: Adsine quoq; remedium est c. redintegranda. 3. q. 1. c. redintegranda. M. I. R. d. cap. 16. reg. 17.

XXIV. Regula: De differentia precarij & precariarum cauetur c. vlt. de precarijs. vbi dicitur, quod precarium mutata voluntate concedentis, vel eius cui concedens alienauit, reuocari potest: precaria verò non item.

XXV. Regula: Soluitur item precarium morte eius qui precario rogauit. d. c. vltim. vers. soluitur quoque.

XXVI. Regula: Solui quoq; videtur precarium morte concedentis. Sed hæc causa reprobatur d. c. vlt. vers. non etiam concedentis. Plura de precario vide ē. lib. 3. cap. 12. reg. 17. & 18. Hæc de possessione sint dicta: de qua tamen vide plura M. I. C. lib. 7.

DE VSVFRVCTV.

XXVII. Regula: Vsusfructus in ijs rebus quæ vsu consumuntur, constitui non potest. extravag. Ioann. XXII. ad conditorem. 3. §. quod autem quo adres. de verb signif. De qua re vide plura M. I. C. lib. 7. cap. 26. quæst. 4. except. 2.

XXVIII. Regula: De cautione ab vsufructuario præstanda cauetur c. vlt. de pignoribus. De qua vide plura M. I. C. d lib. 7. cap. 31. Plura de vsufructu vide M. I. C. d. lib. 7. cap. 26. & de inceps.

DE REBVS SACRIS, SANCTIS & religiosis.

XXIX. Regula: Locus ad hospitalitatis vsum

deputatus religiosus efficitur. c. ad hæc. 4. de religiosis domibus.

XXX. Regula: Locus in quem mortuus illatus est, religiosus efficitur, per ea quæ habentur M. I. C. lib. 8. cap. 13. de loco religioso, quæst. 2. in prin. Cuius exceptio est: Nisi hæreticus eò sit illatus. c. quicunq; 2. in princ. vers. & locus ille. de hæreticis, in 6. Plures huiusmodi exceptiones vide M. I. C. d. quæst. 2.

XXXI. Regula: Res sacra vel religiosa alienari, obligari, vel ciuilibus vsibus commodari non potest. d. c. 4. & 12. q. 2. c. nulli. c. prædia. item De reg. iuris, in 6. c. semel. 51. Concordat item M. I. C. lib. 8. cap. 13. de rebus sacris, quæst. 3. reg. 2. Plura de hisce rebus vide d. cap. 13.

DE REBVS CVM ALIO communibus.

XXXII. Regula: In re communi potior est conditio prohibentis. c. in re communi. 56. de reg. iuris, in 6. Plura de hac regula vide M. I. C. lib. 8. cap. 24. de rebus cum alio communibus, reg. 1. & M. I. R. lib. 3. cap. 18. reg. 46.

DE NOVI OPERIS NVNciatione.

XXXIII. Regula: Noui operis nunciatio remittitur, si is cui nunciatum est, cautionem præstet de opere, si nõ iure fuerit ædificatum, demoliendo. Quæ regula approbatur M. I. C. lib. 8. c. 26. quæst. 9. causa 7. in princ. & cap. 27. actione 2. quæst 1. except. 2. M. I. R. d. cap. 18. reg. 59. Cuius exceptio est: Nisi in continenti

tinenti vel intra tres menses probari posſit, non iure edificari. c. penult. & vlt. de noui operis nunciatione. M.I.R.d reg. 59. except. 1. Plures exceptiones vide M.I.C.d. causa 7.

XXXIV. Regula: Si quis contempta noui operis nunciatione, opus fecerit: illud destruere cogitur. c. 1. cum c sequente. d. tt. & l. 20. in princ. ff. eod. tt. Huius exceptio prima videtur: Nisi iure opus factū sit. Sed reprobatur d. c. 1. cum sequente. Concordat M.I.C. lib. 8. cap. 27. actione 2. quæst. 1. except. 3. Altera exceptio est: Nisi cautum sit nuncianti de opere, si non iure fuerit ædificatum, demoliendo. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur per ea quæ habentur §. reg prox. Tertiam exceptionem vide M. I.C.d. quæst. 1. except.

DE CENSIBVS.

Cap. IV.

INter rerum iura numerari etiam possunt census, quos quis in re aliena habet. de quibus in hoc capite dicetur.

I. CAVSAE EX QVIBVS DEbetur census.

1. Causa: Si census in prædio alicuius constitutus sit per legatū, indictionem vel similem aliquem modum: debetur. Cuius causæ sine regulæ exceptio est: Nisi ecclesiæ census sit impositus. c. scientes. 3. c. prohibemus. 7. c. cum clerici. 11. de censibus, c. præter-

ea 23. de iure patronatus. Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi in fundatione ecclesiæ consensu episcopi census ei sit impositus. d. c. 23 vers. præter antiquos. 6. significauit. 13. §. quocirca. de censibus. Huius replicationis duplicatio est: Nisi vetus census postea sit auctus. d. c. prohibemus. 7. vers. nec veteres. & c. grauis. 15. de censibus. Alterare-plicatio est: Nisi episcopus remittendo ecclesiæ iura episcopalia censum ei imposuerit. c. constitutus. 6. de religiosis domibus. Tertia replicatio videtur: Nisi episcopus ecclesiam à laicis occupatam illis eripuerit. Sed reprobatur c. ecclesiis. 9. de censibus. Quarta replicatio videtur: Nisi iusiurandum de persoluendo censu præstitum sit. Sed reprobatur c. significauit. 13. & c. grauis. 15. eod. tt. Quinta replicatio est: Nisi authoritas superioris interceserit. c. præterea. 8. vers. si pontificis. d. tt. Huius duplicatio est: Nisi nulla iusta causa subsit. d. c. significauit. 13. §. fin. Accedit glossa in c. prohibemus. 7. in verbo Census, in fine.

II. Regula: Si multis annis census sint persoluti, debentur ex præscriptione. Cuius exceptio est: Nisi clericus sine authoritate superioris ex reditibus ecclesiæ censum persoluerit. d. c. præterea. 8. & c. cum clerici. 11. de censibus.

II. QVID ET QVANTVM debeatur?

I. Regula: Ne ratione census plus debito exigatur, cauetur per ea quæ proposita sunt §. cap. 1. reg. 4.

II. Re-

II. *Regula: Si cum procuratio in singulas personas annua esset imposita, personarum numerus sit auctus, vt inde grauetur ecclesia soluens: officio iudicis ei succurritur. c. quanto. 16. de censibus.*

III. *Regula: Si ad diuersas mẽsuras soluitur census, minorem soluendo liberatur. c. ex parte. 18. d. tt.*

IV. *Regula: Soluendi sunt census in antiqua moneta, in qua sunt instituti. c. olim. 20. c. penult. de censibus. M. I. R. lib. 5. cap. 1. reg. 48.* Cuius exceptio prima hæc est: *Nisi solutio alterius monetæ sit præscripta. c. olim. 20. d. tt. M. I. R. d. reg. 48. except. 5.* Altera exceptio est: *Nisi antiqua moneta in vsu esse desierit: tunc enim æstimatio eius persoluenda. d. c. penult. in fine.*

III. ADIVNCTA SEV OFFICIUM exigentis.

Petens censum causam exprimere debet, ex qua debeatur. c. peruenit. 5. de censibus. Hæc de rerum iure sint dicta: de quo tamen vide plura M. I. C. lib. 7. & 8. Sequitur nunc de actionum iure, puta testamentorum, successionum ab intestato, legatorum, donationum, contractuum, delictorum, exceptionum, liberationum, ac restitutionum.

DE

DE CAVSIS IVRIS LVcratiuis, & conditionibus.

Cap. V.

PRima regula: Testamentum vnde dictum, definitur 13.q.2.c.placuit.§.vel vt quidam.verſ. vnde & teſtam.

II. Regula: Teſtamentum pupillare paterni teſtamenti pars eſt.c.1.§.fin.in fine. de teſtamentis, in 6.Concordat M.I.C.lib.9.cap 2.quæſt.4.reg.2.

III. Regula: De executoribus teſtamenti: quatenus vnus ſine altero exequi poßit, definitur c. vlt. §. fin.d.tt. Item, quatenus illu ceſſantibus epiſcopus loci exequi poßit, vide infrà. reg.19. except. 8. in fine.

IV. Regula: De ratione ab executoribus teſtamenti reddenda cauetur Clement.1. eod.tt.

V. Regula: Regulariter quidem ex teſtamento hæreditas peti poteſt, ac legata debentur. 13.q. 2.c. vltima,in princ.c.placuit.§.vel vt quidam. Nouell. 22.§.atq; hoc primum. Cuius regulæ exceptio prima eſt: Niſi teſtator fuerit furioſus,vel non compos mentis.c.vlt. §. quia verò pars. de ſucceſſionibus ab inteſtato.l.2. & l.17. qui teſtam. facere poß. Altera exceptio eſt: Niſi teſtator ſeruus fuerit.13.q 2.c.vltima.verſ. quod de libero,cum c.ſequente. Concordat M.I.C.lib.9. cap.5. except.17. Tertia exceptio eſt: Niſi teſtator monachus fuerit.c. quia ingrediẽtibus,2.de teſtamẽtis. Concordant ea quæ propoſita ſunt

sunt S. lib. 3. cap. 6. reg. 5. except. 2. vbi etiam propositæ exceptionis aliquot replicationes annotãtur. Quarta exceptio: Nisi testator manifestus fuerit vsurarius. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur c. 2. §. penult. & vlt. de vsuris, in 6. Quinta exceptio est: Nisi non septem testes testamenti factioni interfuerint. Quæ exceptio approbata iure ciuili M. I. C. lib. 9. cap. 7. in princ. mutari ac reprobari videtur c. cum esses. 10. & c. relatum. 11. de testamentis. Vbi duo vel tres testes sufficere dicuntur. Sexta exceptio est: Nisi hermaphroditus testis in testamento sit adhibitus. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur 4. q. 2. c. vltim. §. hermaphroditus. l. 15. ff. de testibus. Septima exceptio est: Nisi episcopus vel clericus de rebus ecclesiæ vel tempore clericatus adquisitis sit testatus. c. 1. c. cum in officijs. 7 & c. ad hæc. 8. in princ. de testamentis. Cuius replicatio est: Nisi non intuitu ecclesiæ, sed personæ propriæ respectu quid illi sit alienatum. c. quia nos. 9. eod. tt. Plura de exceptione proposita vide S. lib. 3. cap. 6. reg. 5. except. 1. Sed & plures propositæ regulæ exceptiones vide M. I. C. lib. 9. cap. 5. cum cc. sequentibus. Planè iam dictarum aliarumq; similium exceptionum replicatio generalis videtur: Nisi in eum casum deuenerit testamentum: quo ab initio potuit subsistere. Sed reprobatur c. non firmatur. 18. de reg. iuris, in 6. l. 20. & l. penultim. ff. eod. tt. Plures replicationes generales vide M. I. C. d. lib. 9. cap. 15. cum sequente.

VI. Re-

VI. Regula: Testamento deficiente, succeditur ab intestato à liberis, parentibus & transuersalibus cognatis: vt M.I.C lib.10 est ostensum. Cuius regula exceptio prima est: Nisi transuersales vltra sextum gradum defuncto sint cognati. 35.q.5.c.vlt. §. successionis. Concordat d lib 10.cap.5.reg 1.except. 7.vbi huius exceptionis duæ annotantur replicationes. Altera exceptio est: Nisi hæres hæreditati renunciauerit. Quæ exceptio approbatur M.I.C.d. lib.9. cap.9. except.14. in princ. Cuius replicatio prima est: Nisi futuræ hæreditati nondum sibi delatæ renunciauerit. Quæ replicatio approbatur d.except.14.repl.10.in princ. & d.lib.10.cap.6.except.5. Cuius duplicatio est: Nisi præstito iureiurando futuræ hæreditati renunciauerit. c.quamuis.2. de pactis,in 6. Cuius triplicationes vide M.I.R.lib.4.cap. 6.post reg.9.except.3.repl.1.dupl.2. Plures replicationes vide d except.14.

VII. Regula: De ratione numeri graduum cognationum, quare vsq; ad sextum gradum numerentur, cauetur 35.q 4. in priu. cum c. sequente. & q.5.c.vlt. §. successionis.

VIII. Regula: De modo numerandi gradus cognationis Hic alius est iure pontificio, alius iure ciuili, de quare dictum ſ. lib. proxim. cap.13. except.1. repl.3. Planè numerationi graduum, quæ habetur 35 q.5 c.vltim. concordant ea quæ habentur M.I.C. lib.10.cap.7.quæst.5.

IX. Regula: Iure ciuili gradus adfinitatis nulli sunt.

sunt l. 4. §. gradus ff de gradibus & adfinibus. Secus de iure pontificio: de qua re dictum ſ. d. cap. 13. except. 2. repl. 2.

X. Regula: De generibus adfinium, propoſita eſt ſuprà d. exceptione 2. in principio.

XI. Regula: Generi & nurus, ſoceri & ſocrus appellatio ex ſponſalib. adquiritur. 27. q. 2. c. egreſſus. § fin. & c. priuſquã. verſ ſicut etiã eos. Concordat M. I. C. lib. 10. cap. 7 de adfinib. q. 5. §. de ſponſi.

XII. Regula: De fratre & ſorore vxoris: quo nomine appelletur, differitur 35. q. 5 c. quod autem.

XIII. Regula: De viri fratre & ſorore; quo nomine appelletur, cauetur d. c. quod autem. §. mariti frater. & §. viri ſoror. Concordat l. 4. §. viri frater. ff. de gradib. & adfin.

XIV. Regula: De duorum fratrum vxoribus: quo nomine appellentur, cauetur d. c. quod autem. §. duorum autem.

XV. Regula: De ſororis viro, & fratre vxoris cauetur d. c. quod autem. §. fin.

XVI. Regula: Eccleſia clericis ſuccedit, per ea quæ propoſita ſunt ſ. lib. 3. cap. 6 reg. 6.

XVII. Regula: Filius exhæredatus vel prætereritus de inofficioſo querelam habet, per ea quæ habentur M. I. C. lib. 11. cap. 4. q. 2. in prin. M. I. R. lib. 4. cap. 8. reg. 24. Cuius exceptio prima eſt: Niſi ex iuſta cauſa ſit exhæredatus. Quæ exceptio approbatur d. quæſt. 2. except. 17. in princ. M. I. R. d. reg. 24. except. 8. Cuius replicatio eſt: Niſi filius poſt perpetratum deli-

delictum, ob quod exhæredari meruit, monasticam vitam elegerit. 19. q. 3 c. vltim. in princ. Nouell. 123. §. nullam autem. Plures replicationes vide d. except. 17. Altera exceptio est: Nisi in testamento pupillari vel furiosi, quod pater ei fecit, exhæredatus sit vel præteritus. c. 1. §. fin. de testamentis, in 6. Concordat M. I. C. d. quæst. 2. except. 24. M. I. R. d. reg. 24. except. 10. Tertia exceptio est: Nisi actori aliud competat remedium, quo portionem debitam consequi possit. Quæ exceptio approbatur M. I. C. d. quæst. 2. except. 30. Cuius replicatio est: Nisi quartam Trebellianicam deduxerit, vel deducere possit: hoc enim casu nihilominus legitimam deducere potest. c. Raynutius. 16. §. in eo verò. & §. quia verò pater item. c. Raynaldus. 18. de testamentis. Quarta exceptio est: Nisi actor legitimam sit consecutus. Quæ exceptio approbatur M. I. C. lib. 11. c. 5. in prin. M. I. R. d. reg. 24. except. 21. Cuius replicatio prima est: Nisi in legitima sit grauatus ad eam alij restituendam. d. c. Raynutius. 16. in princ. & d. §. quia verò pater. M. I. R. d. except. 21. repl. 5. Distinguitur M. I. C. d. cap. 5. repl. 5. & M. I. R. d. repl. 5. Planè iure nouo, quidquid ad grauandum actorem in legitima adiectum est, ipso iure pro non adiecto habetur. d. §. quia verò pater. & d. c. Raynaldus. 18. M. I. R. d. repl. 5. in fine. Plures replicationes vide M. I. C. d. cap. 5. Sed & plures propositæ regulæ exceptiones vide M. I. C. d. q. 2.

DE LEGATIS ET FIDEI-commissis.

XVIII. *Regula: Hæres vel alius rogatus rem legatam alienare prohibetur M.I.C. lib.12. cap.2. reg 2.in princ. & M.I.R. lib.4. cap.9.reg.8. Cuius exceptio prima est: Nisi rogatus quartam ex lege Falcidia vel tanquam legitimam suã ex bonis retineat: pro ea enim parte valet alienatio. c. Raynaldus. 18 de testam. Plures exceptiones vide d.reg 2.*

XIX. *Regula: Legata & fideicommissa relicta regulariter debentur.16 q 1 c. admonere.c.consideratio. item c. Raynutius 16. §.in eo autem. de testamentis. Concordat 8.reg 5. in prin. & M.I.C.lib 12. cap.3. in prin. M.I.R. d. cap.9. reg.14. Cuius exceptio prima est: Nisi filius familiâs legauerit. c. licet. 4. §. fin.de sepulturis,in 6. l.1.§. fin. ff. de leg.3. M.I. R. d. reg 14. except.1. Huius replicatio prima est: Nisi consensu patris legauerit. d. §. fin. M.I.R. d. except 1.replic.1. Altera replicatio est: Nisi rem castrensis,vel quasi castrensis peculij legauerit. d.§. fin. Concordat M.I.C. d. cap.3.repl.2. Aliam replicationem vide M.I.C. d except.3. repl.1. Altera exceptio videtur: Nisi ab ecclesia legatum sit relictũ. Sed reprobatur 12.q.3.c. penult. §. fin. Tertia exceptio est: Nisi res ecclesiæ legata sit. c. filius noster. 5. de testamentis. M.I.R.d.reg. 4.except 2. distinct 1. Quarta exceptio est: Nisi quis ecclesiæ plus quàm vni filiorum legauerit. 13. q.2. c.placuit. § sed non videtur,c si quis irascitur. Quinta exceptio videtur:*

Nisi non solennibus verbis sit legatum. Quæ tamen exceptio reprobatur c. indicante. 4. de testamentis. Concordat M. I. C. lib. 12. cap. 6. except. 74. M. I. R. d. reg. 14. except. 34. Sexta exceptio est: Nisi quis legatum vel aliam dispositionem vltimam in alterius voluntatem contulerit. Hæc exceptio reprobatur c. cum tibi. 13. de testamentis. M. I. R. d. reg. 14. except. 36. replic. 8. Approbatur M. I. C. d. cap. 6. except. 80. Septima exceptio est: Nisi impossibile sit id quod legatum est. c. nemo potest. 6. de reg. iur. in 6. Concordat M. I. C. d. cap. 6. except. 93. Plures propositæ regulæ exceptiones vide M. I. C. d. lib. 12. cap. 3. & deinceps. Planè istarum exceptionum replicatio generalis videtur: Nisi res in eum casum reciderit, quo ab initio legatum consistere potuit. Sed reprobatur c. non firmatur. 18. de reg. iuris, in 6. Concordat M. I. C. lib. 12. cap. 6. in fine, replicat. 1. Plures eiusmodi replicationes generales vide d. c. 6. Porrò exceptiones iam enumeratæ, & si quæ sunt similes, ex ijs quæ legato insunt sumuntur. Supersunt nonnulla exceptiones desumptæ ex consequentib. legatum: de quibus sequitur. Octaua exceptio: Nisi legatarius iussa testatoris non fecerit. c. si heredes. 6. de testamentis. Concordat M. I. C. d. lib. 12. c. 8. causa 15. in princ. vbi subijciuntur huius exceptionis aliquot replicationes. Accedit M. I. R. d. reg. 14. exc. 49. Sanè si ecclesiæ legatū relictū sit, & rogatus iussa testatoris intra annum nō exequatur: executio ad episcopū loci deuoluitur. c. nos quidem. 3. c. tuanobis. 17. & c. pen. de testamen-

stamentis. Nona exceptio est: Nisi rogatus restituere hereditatē, si sine liberis decesserit, in monasterium sit ingressus, ac monach⁹ factus c. in præsent. 8 de ꝓbat. M.I.R. li. 4. c. 10. reg. 49. exc. 1. Alias huiusmodi exceptiones, ex consequētib. legatū desumptas, vide M.I. C. d. li. 12. c. 7. cū quinq; cc. sequentib. Hæc de 19 reg.

XX. Regula: Si in actione legatorum aliud actum, aliud dictum vel scriptum sit: præferenda est voluntas scripto vel dicto. c. intelligentia. 6. x. propterea. 8. & c. in his. 15. §. considerantes. de verb. signif. Concordat M.I.C. lib. 13. cap. 9. reg. 8.

XXI. Regula; Ex legatis & fideicommissis rogatus detrahet quartam ex lege Falcidia, vel Trebellianicam. c. Raynutius. 16. §. in eo verò. de testamentis. M.I.C. lib. 13. cap. 15 in prin. & M.I.R. d. cap. c. reg. 1, in quam ei computantur fructus percepti. d. §. in eo verò. Concordat M.I.C. lib. 13. cap. 16. quæst. 5. reg. 1. except. 2. Huius regulæ exceptio est: Nisi directa sit substitutio, non fideicommissaria. c. 1. de testamentis, in 6. M.I.R. d. reg. 1. except. 15. In dubio autem substitutio præsumitur directa, non fideicommissaria. d. c. 1. vers. cum in substitutionibus. Plures huiusmodi exceptiones vide M.I.C. d. cap. 15.

XXII. Regula: Negans ecclesiæ legatū relictum restituere excommunicatur. 13. q. 2. c. qui oblationes, cum duob. cc. sequentib.

DE CONDITIONIBVS ET LEGATIS conditionalibus.

XXIII. Regula: Si factum vel datum sit, aut

euenerit id quod in conditione continetur: impleta dicitur conditio, & inde oritur actio. M.I.R. d. cap. 10. reg. 40. Cuius regulæ exceptio prima est: Nisi cũ sub pluribus conditionib. quid legatum vel contractum, aliove modo dispositum esset, non omnes conditiones extiterint. Instit. de hæredibus instituendis. §. penult. M.I.R. d. reg. 40. except. 6. Cuius exemplum habetur c. olim. 25. de rescriptis. Huius replicatio prima est: Nisi non coniunctim, sed disiunctim plures conditiones sint adiectæ: hoc enim casu vel vnam ex ijs extitisse sufficit. c. inter cæteras. 4. eod. tt. c. in alternatiuis. 70. de reg. iur. in 6. Concordat M.I C. lib. 14. cap. 1. quæst. 3. except. 11. repl. 1. Altera exceptio est: Nisi alio modo, vel ex alia causa, quàm conditio concepta est, ea extiterit. Quæ exceptio approbatur exemplo c. susceptam. 6. de rescriptis, in 6. Concordat M. I. C. d. quæst. 3. except. 14. vbi huius exceptionis aliquot subiiciuntur replicationes. Sed & plures propositæ regulæ exceptiones vide M.I.C. d. quæst. 3.

XXIV. Regula: Si non euenerit quod in conditione continetur, defeciſſe dicitur conditio, & exinde actio denegatur. M.I.C. lib. 14. cap. 2. in princ. M.I.R. d. cap. 10. reg. 42. Cuius exceptio prima est: Nisi non stet per actorem, quo minus conditio impleatur. c. imputari. 41. & c. cum non stat. 66. de reg. iur. in 6. Plura de hac exceptione vide M.I.C. de cap. 2. except. 20. Sed & plures exceptiones vide d. cap. 2.

XXV. Re-

XXV. Regula: Conditio hæc, Si facere non possit: intelligitur tam de iure quàm de facto. c. scitatus. 13. de rescriptis. l. filius. 15. ff. de condit. institut. Plura de conditionibus vide M.I.C. d. cap. 1. 2. & 3.

DE DONATIONIBVS.

XXVI. Regula: Ex donatione proficiscitur actio ad rem donatam tradendā, & exceptio ad eam retinendam. M.I.C. lib. 14. cap. 14. in princ. Cuius exceptio prima est: Nisi non dominus rem alienam donauerit, vel prælatus rem ecclesiæ. c. fraternitatē. 2. de donationib. Concordant ea quæ proposita sunt S. lib. 3. cap. 12. reg. 11. Altera exceptio videtur: Nisi traditio non sit secuta. Sed reprobatur c. 1. de donationibus. & M.I.C. d. cap. 14. except. 33. §. iure autem nouo. Vbi de hac exceptione vide plura. item M.I.R. lib. 4. cap. 11. reg. 10. except. 22. Tertia exceptio est: Nisi conditio donationis defecerit, vel causa non sit secuta. M.I.C. d. cap. 14. except. 36. M.I.R. d. reg. 10. except. 24. Cuius replicatio est; Nisi ecclesiæ sub conditione vel modo sit donatum. Quæ replicatio approbatur simul & distinguitur c. verum. 4. de conditionibus adpositis. Plures replicationes vide M.I.C. d. except. 36. Quarta exceptio est: Nisi donatarius in donatorem fuerit ingratus. c. vlt. de donationibus. Concordat M.I.C. d. cap. 14. except. 38. Cuius replicatio est: Nisi donator in vita sua actionem de reuocanda ob ingratitudinem donatione non mouerit: hoc enim casu ipsius hæres

reuocare non poteſt. d.c. vlt. §. fin. Concordat M.I. C.d.except 38.replic.4. Sed & plures replicationes vide d.except.38. & plures exceptiones d.c.14.

XXVII. Regula: In donationibus pleniſſima ſit interpretatio. Ideoq; clauſula oneroſa poſt multas donationes adpoſita proximam tantùm donationem reſpicit.c.cum dilecti.6 de donationib.

XXVIII. Regula: In re dubia nemo plus iuris videtur donaſſe quàm habet. 6. paſtoralis. 7. eod.tt.

XXIX. Regula: Si quis immodicam fecerit donationem,competit liberis donatoris actio vel exceptio ad præſtandam ſeu deducendam vel ſupplendam legitimam. c. Raynutius. 16. §. dictus verò iudex. & §. cum autem coram. de teſtamentis. De qua actione vide M.I.C. lib 14. cap.16. M.I.R. lib. 4. cap.11. reg.32. cum ſeqq.

XXX. Regula: Donatio inter maritum & vxorem conſtante matrimonio facta non valet. Quæ regula approbatur ſimul & diſtinguitur c.vlt.in prin. Concordat M.I.C.lib.14.cap.20.in prin. Huius exceptio prima eſt: Niſi donans non fiat pauperior, nec accipiens locupletior.d.c.vlt.in prin. Concordat M. I.C. d. cap.20.except.9. vbi de hac exceptione vide plura. Altera exceptio eſt: Niſi donator dum vixit, donationem non reuocauerit. d.c. vlt. verſ. niſi donatoris obitu. Concordat d. capit. 20. except. 39. in princ. Cuius tamen replicatio prima eſt: Niſi donatorẽ pœnituerit tacitè vel expreſsè. d.c.vlt. verſ.

quæ

quæ tamen penitus. De qua re vide plura d. except. 39. repl. 3. Altera replicatio est: Nisi donatarius ante donatorem decesserit. d. c. vlt. vers. vel qui donatum De qua re vide plura d. except. 39. repl. 14. Sed & plures replicationes vide d. except. 39. & plures exceptiones d. cap. 20. Hæc de causis iuris lucrativis: de quibus tamen vide plura M. I. C. lib. 9. cum quinque libris sequentibus.

DE OBLIGATIONIBVS & actionibus in genere.

Cap. VI.

PRima regula: *Ex contractu & quasi contractu, maleficio & quasi maleficio regulariter oritur obligatio simul & actio, per ea quæ habentur M. I. C. lib. 15. cap. 1. diuis. 3. Cuius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi iussu magistratus fecerit. c. quod quis. 24. de regulis iuris, in 6. l. 127. §. fin. ff. eod. tt. Altera exceptio est: Nisi sciente & consentiente aduersario fecerit. c. scienti. 27. d. tt. in 6. Concordat M. I. C. d. lib. 15. cap. 2. except. 14. Tertia exceptio est: Nisi metus causa fecerit. Vide j. cap. prox. reg. 1. except. 2. Plures huiusmodi exceptiones vide M. I. C. d. cap. 2.*

II. Regula: *An actio iure diuino sit permissa, differitur 14. q. 1. in princ. & 23. q. 4. vbi vindicta prohibetur: de qua re annotatum quoq; s. lib. 1. c. 8. q. 2. reg. 3. Contrarium tamen concluditur d. q. 1. c. 1. §. fin. cum duob. cc. sequentib.*

III Regula: Filio familiâs regulariter non competit actio sine patris consensu, per ea quæ habentur M.I.C.d.lib.15.cap.4.reg.1 in princ. Cuius exceptio hæc est: Nisi causa sit spiritualis. c.vlt.§. fin. de iudicijs, in 6. Plures huiusmodi exceptiones vide d.reg.1.

IV. Regula: Actio litigiosa cedi ac emi prohibetur c.vltim.§.cum igitur de alienat.iudicij mutandi causa facta. Concordat M.I.C.d.cap.4 reg.6 except.2.repl.4. Vbi huius regulæ aliquot subijciuntur exceptiones. Accedit M.I.R.lib.5. cap.1.reg.19. except.2.

V. Regula: Clericis & monachis videtur actio deneganda.14.q.1.in prin.cum c.sequente, in prin. M.I.R.lib.2.cap.3.reg.7. Cuius regulæ exceptio prima est: Nisi de damno vitando, non de lucro captando agant. d.q.1.c.§. his ita. Altera exceptio est: Nisi non suo, sed alterius vel ecclesiæ nomine agant. d.c. 1.§. aliud est, vsq; ad §. fin.

VI. Regula: Excommunicato non datur actio. Quæ regula approbatur simul & distinguitur per ea quæ proposita sunt S. lib.2.cap.9. de excommunicat. exceptione.

VII. Regula: Pater pro filio non tenetur, neque conueniri potest. c.vltim. de delictis pueror. item 1. q.4 c.Iudæi, in fine. Concordat M.I.C. lib.5 cap.5. reg.4. exemplo 8.

VIII. Regula: Nec ex facto alterius alius conueniri potest, per ea quæ habentur d.reg.4 in princ.

M.I.R.

M.I.R.d.cap.1.reg.26. Cuius regulæ exceptio prima est: Nisi alius factum alterius ratum habuerit, c.cum quis absq; 23. de sent. excom. in 6. c. ratihabitionē. 10. de reg. iuris, in 6. Concordat M.I.C. d.reg.4. except.13. Cuius exceptionis replicatio est: Nisi nomine ratumhabentis non sit gestum: tunc enim ratihabitio ei non nocet. d.c.23. §. fin. & c. ratum. 9. de reg. iuris, in 6. Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi iure represaliarum incola pro incola conueniatur. Cuius replicatio est in personis & rebus ecclesiasticis, contra quas represaliæ concedi vel extendi nō possunt. c. vnico, de iniurijs, in 6. Plures exceptiones propositæ regulæ vide M.I.C. d.reg 4. Sed & exempla contraria isti regulæ vide 1. q. 4. c. ecclesia quæ.

IX. Regula: Excommunicatus quamuis agere non possit, conueniri tamen potest. c. intelleximus. 7. de iudicijs.

X. Regula: Successori ecclesiastico non praeiudicat factum prædecessoris. c. 2. de præscriptionibus. M.I.R. d. reg. 26. except. 2. Cuius exceptio est: Nisi in rem ecclesiæ sit versum. Nam successor in beneficio ecclesiastico conueniri potest ex contractu à prædecessore suo in rem ecclesiæ inito. c. 1. de solutionibus.

XI. Regula: Spoliatus conueniri non potest, antequam restituatur. Quæ regula approbatur simul & distinguitur per ea quæ habentur S. lib 2. cap. 9. de exceptione spolij.

XII. Regula: Per procuratorem quis factum in iudicio proponere prohibetur c.pastoralis.14. de iudicijs. Contradicit M.I.C. lib.15. capit.5. per quos competat actio, reg.1.

XIII. Regula: Solutio census debet fieri in antiqua moneta, nisi alia moneta sit prascripta. de qua re vide S. cap 4. quast.2. reg.4.

XIV. Regula: Si census annui diuersis mensuris soluti sunt, in minori mensura debentur. c.ex parte. 18. de censibus. M.I.R. lib.5. capit.1. reg.48. excepti.5.

XV. Regula: Si antiqua moneta, in qua annuum solui debet, in vsu esse desiit: astimatio eius debetur. c.penult. in fine. de censibus.

XVI. Regula: Si quis plus petierit, punitur. c. vnico. de plus petitionibus. Concordat M.I.C. lib.15. cap.6. reg.9.

XVII. Regula: Si genus debeatur, vel vnum ex duobus, regulariter electio est debitoris. c. in alternatiuis. 70. de reg. iuris, in 6. De qua re vide plura M.I.C. lib.16. cap.6. reg.4.

XVIII. Regula: Vsura debentur ex mora. Qua regula approbatur M.I.C. lib.15. cap.7. quast.1. causa 2. in prin. M.I.R. lib.5. cap.1. reg 58. in prin. Cuius exceptio prima est: Nisi non reus, sed alius moram fecerit: nam reo alterius mora non nocet. c. mora. 25. de reg. iuris, in 6. De qua re vide plura d. causa 2. excepti.3. Altera exceptio est: Nisi reus interpellatus exceptione se tueri potuit. c. non est, 60. eod. tit. de

qua

qua vide item d. causa 2. except. 14. M. I. R. d. reg. 58. except. 6. Plura de vsuris, quatenus exigi possint vel non, vide S. lib. 1. cap. 19. item M. I. C. d cap. 7.

XIX. Regula: Ex vi facta in litem iuratur taxatione à iudice facta. c. vltim. de his quæ vi metúsve. Concordat M. I. C. lib. 15. cap. 9. quæst. 4.

XX. Regula: Condemnationem minuit compensationis exceptio opposita, per ea quæ habentur M. I. C. lib. 15. cap. 11. in princ. M. I. R. d. cap. 1. reg. 68. Cuius exceptio prima est: Nisi depositi actione agatur. c. 2. §. sanè depositi. de deposito. Concordat M. I. C. d. cap. 11. quæst. 3. except. 2. & M. I. R. d. reg. 68. except. 1. Altera exceptio est: Nisi debitum quod opponitur, dubium sit, non liquidum. d. c. 2. §. fin. Concordat M. I. C. d. quæst. 3. except. 26. M. I. R. d. reg. 68. except. 6.

XXI. Regula: De temporis præscriptionibus: quatenus actionibus obstent, vide S. lib. 3. cap. 1. reg. 19. cum sequente. item cap. 9. in prin. reg. 2. item M. I. C. lib. 15. cap. 13. vbi inter alias aduersus præscriptionem exceptiones numeratur & hæc: Nisi actio semel in iudicium deducta fuerit, vel lis mota. M. I. C. d. cap. 13. except. 5. M. I. R. lib. 5. cap. 2. reg. 4. exc. 9. Cuius replicatio prima est: Nisi ab vltimo die litis quadraginta anni excesserint. 16. q. 3. c. placuit vt quicunque. §. hac de præscriptionibus. vers. si per litis. Concordat d. except. 5. repl. 4. Altera replicatio est: Nisi lis non fuerit contestata. Qua replicatio approbatur per ea quæ habentur M. I. C. d.

except. 5.

except.5. replicat.6. in princip. M.I.R.d.except.9. replicat.1. Cuius duplicatio est: Nisi cum reus propter absentiam, infantiam vel aliam similem causam conueniri non posset: querela ea de re praesidi vel episcopo sit oblata. d. c. placuit vt. §. is autem cuius res. Concordat d.replicat.6.duplic.2. Tertia replicatio est: Nisi in integrū restitutio in iudicium sit deducta. haec enim per hoc non continuatur, sed continuo quadriennio expirat. Clement.1. de in integrit. restitut. l. Papinianus. 21. §. fin. ff. de minor. 25. annis. l. 6. C. de tem. in integr. restit. M.I.R.d. except. 9. replicat.3. Plures propositae exceptionis replicationes vide M.I.C. d.except.5. Altera exceptio est: Nisi reus fuerit in mala fide. c. possessor. 2. de reg. iuris, in 6. Plura de hac exceptione vide S. cap. 3. reg. 11. replicat. 2. M.I.R.d. reg.4. except.19. Tertia exceptio est: Nisi titulus à praescribente non probetur. Quae replicatio approbatur simul & distinguitur 16. q. 3. c. dilectio. §. potest etiam. M.I.R.d. reg.4. except.21. Plures huiusmodi exceptiones vide S. lib. 3. cap. 9. reg. 2. item M.I.C.d.cap.13. Istarum exceptionum replicatio generalis iure ciuili approbata est haec: Nisi quadraginta anni exceserint: haec enim actionem omnem excludit, dictis exceptionibus non obstantibus. M.I.C.d.cap.13. in fine. Cui concordat c. ad aures. 6. in fine. de praescriptionibus. M.I.R.d.reg.4. in fine, replicat.gener.1. Huius tamen replicationis generalis duplicatio prima est: Nisi

procu-

procurationem legatus vel nuncius sedis apostolicæ petat: huic enim præscriptio ista non obstat. c. accedentes. 11. eod. tt. c. cum instantia. 17. in prin. de censibus. Altera duplicatio est: Nisi visitatio eiusq; procuratio per superiorem ab inferiore exigatur. c. cum ex officij. 16. d. tt. Tertia duplicatio est: Nisi functiones publicæ exigantur. 16. q. 3. c. placuit vt. §. fin. cum c sequente, in prin. Concordat M. I. C. d. cap. 13. in fine, duplicat. 2. Quarta duplicatio est: Nisi decimæ, primitiæ vel aliæ res sacræ petantur. d. c. placuit vt. §. quod si priuatus. §. fin. & d. q. 3. c. iubemus. §. sic etiam. item c. causam. 7. de præscriptionibus. Quinta duplicatio est: Nisi subditus se à iurisdictione & obedientia sui magistratus subducat. hic enim nulla præscriptione defenditur. c. cum non liceat. 12. & 5. cum ex officij. 16. de præscriscriptionibus. Sexta duplicatio est: Nisi liber homo in libertatem vindicetur. d. c. placuit vt. §. penultim. Concordat M. I. C. lib. 6. cap. 3. causa 9. Plures huiusmodi duplicationes vide M. I. C d. cap. 13. in fin. Hæc de obligationibus & actionibus in genere sint dicta: de quibus vide plura M. I. C. d. lib. 15.

DE

DE CONTRACTIBVS & quasi contractibus.

Cap. VII.

PRima regula: Pacta seruanda sunt. c. qualiter. 3. de pactis. Concordant ea quæ habentur M. I. C. lib. 15. c. 15. in prin. & M. I. R. lib. 5. cap. 3. reg. 5. in prin. Quæ tamen regula suis exceptionibus non caret, nam Deus quoq; frequenter suam mutat sententiam. 22. q. 4. c. vnusquisq; §. fin. cum c. sequente. & c. non semper. Est igitur propositæ regulæ exceptio prima: Nisi pactum nudum sit. Quæ exceptio approbatur M. I. C. d. cap. 15. except. 12. in princ. M. I. R. d. reg. 5. except. 15. Cuius replicatio est: Nisi pactum nudum bonæ fidei contractui insit. c. contractus. 85. de reg. iuris, in 6. Concordat M. I. C. d. except. 12. replic. 4. M. I. R. d. except. 15. repl. 4. Plures replicationes vide d. except. 12. Planè iure pontificio exceptio propositæ reprobatur c. 1. de pactis. M. I. R. d. except. 15. in fine. Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi vi metúsve causa pactum factum sit. c. peruenit. 2. de iureiurando. 15. q. 6. c. 1. Contradicit 15. q. 1. c. meritò in princ. Plura de hac exceptione vide M. I. C. d. cap. 15. except. 16. M. I. R. d. reg. 5. except. 12. Tertia exceptio est: Nisi aduersus leges vel contra bonos mores pactum factum sit. c. vltim. de pactis. c. cum quidam. 12. §. illi verò. c. sicut ex literis. 13. c. tuanos. 24. de iureiurando. c. in malis. 69. de reg. iuris, in 6. Concordat item ea quæ habentur S. lib. 2. cap. 16. reg. 9. except. 1. & M. I. C. d. cap. 15. except. 17. & M. I. R.

& M.I.R.d.reg.5. except.17. Sed & exemplum eius est, si conuenerit de succedendo prælato in prælaturam.c. accepimus.5. de pactis. Item, si clerici post mortem decedentium maiores sibi pensiones pacisscantur.c. cum clerici.6. eod.tt. Quarta exceptio est: Nisi pactum in damnum tertij vergat. c. plerique.7. eod.tt. Concordat M.I.C. lib.15. cap.17. aduersus quos ex pacto actio competat,in princ.Quinta exceptio est: Nisi pactum aduersus ecclesiasticam libertatem factum sit. c. sicut nostris.27. & c. petitio.31.de iureiurando. Sexta exceptio est: Nisi impossibile quid in pactum sit deductum. c.vlt. in fine. de pactis.c.nemo.6. de reg. iuris, in 6. Plura de hac exceptione vide M.I.C. d.c.15.except.23. Septima exceptio est: Nisi de spiritualibus vel beneficijs ecclesiasticis pactum factum sit.c.cum pridem.4.& c. vlt.de pactis.c.super eo.7.de transactionib. Concordant ea quæ habentur ẽ. lib.3.cap.7.reg.115. cum sequentib.Sed & plura de hac exceptione vide M.I.C. d.c.15.except.33. Octaua exceptio:Nisi conditio pacti vel contractus defecerit.c.peruenit.3.& c. sicut. 29. in fine. de iureiurando. Vide plura de hac exceptione M.I.C. d. cap.15. except.42. Nona exceptio videtur:Nisi instrumentum contractus sit amissum. Sed reprobatur c.cũ olim.12. de priuileggis. Concordat M.I.C.d.c.15.except.48.Decima exceptio videtur:Nisi pacisscentẽ pacti statim pœnituerit. Sed reprobatur c.quod semel.21.de reg.iuris,in 6. Vndecima exceptio est: Nisi Papa absoluerit à cõtractu vel iura-

iuramento. 15. q. 6 c. authoritatem, cum tribus ce sequentibus. Duodecima exceptio: Nisi per promissorem non stet, quo minus præstet quod promisit. c. imputari. 41. de reg. iuru, in 6. c. significante. 7. de pignoribus. Concordat M.I.C. lib. 16. c. 4. except. 3. Decimatertia exceptio: Nisi aduersa quoque pars fidem non præstet promissis. c. peruenit. 3. vers. nec tu & c. sicut. 29. in fine. de iureiurando. c. constitutus. 7. de pœnis. Concordat ſ. lib. 2. cap. vlt. except. 4. Decimaquarta exceptio est: Nisi aliquid melius fecerit quàm promisit. d. c. peruenit. 3. in prin. Decimaquinta exceptio: Nisi cum quis promisisset se facturum quod peteretur, illicitum quid petatur. c. cum iuramento. 4. de homicidio.

De replicationibus præcedentium exceptionum generalibus.

Hactenus propositæ regulæ exceptiones enumerauimus: quarum tamen plures vide ſ. lib. 2. cap. 16. reg. 9. & M.I.C. d. cap. 15. Planè istarum exceptionum replicatio generalis prima hæc videtur: Nisi iusiurandum de pacto seruando sit præstitum. Sed reprobatur c. 1. de iureiurando, in 6. c. non est. 58. de reg. iuris, in 6. Cuius exemplum habetur c. 1. cum c. sequente. c. quanto 18. c. tuanos 24. de iureiurando. c. 2. §. contractus autem omnes. de rebus ecclesiæ non alienandis, in 6. 15. q. 6 c. authoritatem. Concordant item ea quæ habentur ſ. lib. 2. cap. 16. reg. 9. except. 1. & M.I.C. lib. 5. cap. 15. in fine, replicat. 1. Planè admittitur replicatio proposita, si iusiu-

iusiurandum seruari possit sine interitu salutis æterna. hoc enim casu iusiurandum est obligatorium: potest tamen authoritate Pontificis relaxari. c. si verò aliquis. 8. de iureiurando. De quare vide §. lib. proxim. cap. 10. de iureiurando. & M.I.R. lib. 2. cap. 15. reg. 16. & lib. 5. cap. 3. reg. 5. in fine, replic gener. 1. Altera replicatio est: Nisi authoritate Papæ pactum vel contractus sit confirmatus. c. quoties. 2. de pactis. c. 1. vers. sed si rem, cum c. sequente. de confirmatione vtili. Contradicit M.I. C. d. cap. 15 repl. 5. M.I.R. d. reg. 5. in fine, repl. gener. 2. distinct. 1. Huius replicationis duplicatio prima est: Nisi cum res litigiosa esset, Papa negocium confirmauerit. d. c. 1. in princ. Altera duplicatio est: Nisi contra confirmationem suam Papa postea rescripserit. c. de confirmationib. 2. vers. nisi nouum. de confirmat vtili. Tertia duplicatio est: Nisi per falsi suggestionem confirmatio sit impetrata. d. c. 2. vers. aut certum sit. & c. bonæ memoriæ. 3. eod. tt. Quarta duplicatio est: Nisi innouatum tantùm sit instrumentum contractus, non confirmatum. c. cum dilecta. 4. eod. tt. c. ex parte 13 & c. quia intentionis. 29. de priuilegijs. Quinta duplicatio est: Nisi Papa regulari confirmauerit administrationem temporalem. c. ad nostram. 5. cum c. sequente Porrecta. de confirmatione vtili. Sexta duplicatio est: Nisi sententia ipso iure nulla sit confirmata. c. examinata. 7. eod. tt. Septima duplicatio videtur: Nisi verbum confirmo, rem confirmatam præcesserit. Sed reprobatur c. venerabilis. 8. eod. tt.

Octaua duplicatio videtur: Nisi verba hæc, Sicut sine prauitate prouidè facta est: confirmationi sint inserta. Sed reprobatur d.c.3. Hæc de secunda replicatione generali. Tertia replicatio videtur: Nisi res in eum casum perueuerit, quo ab initio vtiliter in contractum deduci potuit. Sed reprobatur 6. non firmatur. 18. de reg. iuris, in 6. Vide item M.I.C. d. cap. 15. in fine. Sed & plures replicationes generales vide M.I.C. d. cap. 15.

II. Regula: Ex pacto de non petendo competit exceptio pacti conuenti, si petatur. M.I.C. lib. 15. c. 16. in prin. M.I.R. d. cap. 3. reg. 6. Cuius exceptio prima est: Nisi ex noua causa agatur. Quæ exceptio approbatur exemplo c. ad nostrã. 20. de iureiurando. Altera exceptio est: Nisi aliud petatur quàm pacto comprehensum est. Quæ exceptio approbatur exemplo, quo cum de damno non petendo conuenisset, expensæ petuntur, c. in nostra. 8. de iniurijs. Concordat M.I.C. lib. 15. cap. 18. vbi huius exceptionis aliquot subijciuntur replicationes. Plures propositæ regulæ exceptiones vide M.I.C. d. cap. 16.

III. Regula: Ex pœnali stipulatione, si non fiat quod sub pœna promissum est, actio datur ad pœnã petendam per ea quæ habentur M.I.C. lib. 16. cap. 9. de pœnali stipulatione, reg. 3. in prin. Cuius exceptio prima est: Nisi matrimoniũ sub pœna sit promissum. c. gemmã. 29. de sponsalibus. M.I.R. lib. 5. cap. 4. reg. 20. except. 11. Altera exceptio est: Nisi pro parte præstitum sit, quod sub pœna promissum est. hoc enim

casus

casu pœnalis stipulatio non nisi pro reliqua parte, non in solidum committitur. c. suam 9. de pœnis. Contradicunt ea quæ habentur M.I.C. lib 15. cap. 5. reg. 5. except. 7 replicat. 6. Plura de regula proposita eiusq; exceptionibus vide M.I.C. d. reg. 3.

IV. Regula: Si debitor pro suo debito rem alienam obligauit, ad eam redimendam ipse eiusq; hæres tenetur. c. ex præsentium. 3. de pignoribus. Concordat M.I.C. lib. 17. cap. 4. quæst. 1. causa 4.

V. Regula: Ex commodato commodati actio datur ad commodatum reddendum. per ea quæ habentur M.I.C. d. quæst. 1. causa 5. M.I.R. lib. 15. cap. 5. reg. 8. Cuius exceptio prima est: Nisi res commodata perierit. M.I.C. d. quæst. 1. except. 3. Huius exceptio replicatio prima est: Nisi culpa commodatarij interueniente res perierit. c. 1. §. licet. vers. nisi acciderit. de commodato. M.I.R. d. reg. 8. except. 1. repl. 3. Huius duplicatio videtur: Nisi leuissima fuerit culpa commodatarij. Sed reprobatur d. c. 1. in princ. Concordat M.I.C. d. except. 3. repl. 3. Plura de replicatione proposita vide d. except. 3. repl. 2. Altera replicatio est: Nisi conuenerit vt commodatarius omne periculum præstet. d. §. licet. vers. vel interuenerit. l. 1. C. de commodato. Tertia replicatio est: Nisi post moram à commodatario factam res perierit. d. §. licet. vers. seu in mora. Concordat M.I.C. lib. 24. cap. 17. except. 7. Plures replicationes vide d. except. 3. Altera exceptio est: Nisi vsus, cuius gratia res fuerat commodata, non fuerit expletus. d. c. 1. §.

contra eum de commodato. Plures propositæ regulæ exceptiones vide M.I.C.d.quæst.1.

VI Regula: Si commodator vsum rei commodatæ intempestiuè auferat commodatario, contraria commodati actione tenetur d.§. contra eum, in fine l.17.§ sicut ff commodati. De qua actione vide plura M.I.C.lib.17.cap.5.

VII. Regula: Depositarius depositum non restituens depositi actione tenetur M.I.C. lib.17. cap.7. quæst.2.causa 7 in princ. M.I.R.d.cap.5.reg.13. Cuius exceptio prima est: Nisi depositum perierit. d. causa 7 except.1. M.I.R.d. reg.13. except.3. Huius replicatio prima est: Nisi depositarius suis rebus saluis depositum amiserit. c. bona fides. 2. in prin. de deposito. Concordat M.I.C.d.except.1.repl.2.dist.1. Altera replicatio est: Nisi depositarius depositio se obtulit: hoc enim casu culpam præstat. d.c.2.§.1. Concordat M.I.C. d.repl.2.distinct.4. M.I.R.d.except.3.repl.2.dist.3. Tertia replicatio est: Nisi merces interuenit pro re deposita custodienda. nam & hoc casu culpam præstat. d.§.1. vers. vel si quid pro. Concordat M.I.C.d.repl.2.dist.3. M.I.R.d.replic.2. dist.2. Quarta replicatio est: Nisi pactum de culpa præstanda interuenerit. d.c.2.§. pacto verò. Concordat M.I C.d.except.1.replicat.3. Quinta replicatio est: Nisi post moram res perierit. d.§. pacto verò. ver. mora. Plura de hac replicatione vide M. I.C. d. except.1.repl.8. Sexta replicatio est: Nisi culpa depositarij res perierit. Quæ replicatio videtur approbari

d.§.

d.§.pacto verò, ibi: culpa. Sed contradicit M.I.C. d. replic. 2. in princ. Ideoq; replicatio proposita videtur restringenda ad casum, de quo M.I.C.d. except.1.repl.9. dictum est. Plures replicationes propositæ exceptionis vide d.except.1. Sed & plures exceptiones vide M.I.C.d.causa 7.

VIII. Regula: Vel statim depositum repeti potest.d.c.2.§. sanè depositori. Cõcordat *M.I.C. d.c.7. q.6.reg.1.vbi aliquot subijciuntur exceptiones.*

IX. Regula: Ex pignoris contractu regulariter competit actio pignoratitia & hypothecaria ad persequendum pignus, per ea quæ habentur M.I.C.lib. 17.cap.16. quæst.3. in princ. M.I.R. d. cap. 5. reg.27. Cuius exceptio prima est: Nisi liber homo pignori sit obligatus. c.lator.2.de pignoribus. Concordat M.I. C.lib.17.cap.11.except.34. Altera exceptio est: Nisi extraneus possessor rem vsuceperit vel præscripserit. 16.q.3.c. placuit vt.§.præscriptionum. vers. non solùm. Concordat M.I.C.lib.17.cap.16.quæst.8.reg.1. except.1. Huius exceptionis replicatio est: Nisi alius quàm qui rem vsucepit vel præscripsit, conueniatur. huic enim alterius præscriptio non prodest. d.c. placuit vt.§. si verò ad alium. vers. nec sibi proderit. l. 8.§. sin verò nullum.C. de præscript.30.annor. Plures exceptiones vide d.lib.17. cap.11. cum duobus cc. sequentibus.

X. Regula: Pactum legis commissoria in pignoris contractu prohibetur c. significante. 7. de pignorib. l.3.C. de pactis pignorum.

XI. Regula: Si eadem res duobus vel pluribus pignori obligata est: is potior est, qui prior est tempore. c. qui prior. 54. de reg. iuris, in 6. Concordat M.I.C. lib. 17. cap. 17. in princ. M.I.C. lib. 5. cap. 5. reg. 40.

XII. Regula: De pignoratitia actione, quæ datur debitori ad pignus repetendum: ex quibus causis competat, definitur M.I.C. lib. 17. cap. 20. quæst. 1. Quibus connumerari potest, Si creditor vel eius successor ex pignore tantum fructus percepit, quantum est in sorte. Quæ causa approbatur c. cum contra. 6. de pignoribus. c. 1. cum c. sequente. & c. conquestus. 8 de vsuris. Concordat M.I.C. d. cap. 20. quæst. 4. reg. 3. vbi subijcitur propositæ regulæ exceptio. Sed & plures propositæ causæ exceptiones vide S. lib. 1. cap. 19. quæst. 2. causa 6. Quibus adijci potest hæc quoq; exceptio: Nisi debitor iusurandum præstiterit de non repetendo pignore, nisi sorte soluta. c. ad nostram. 7. de iureiurando.

XIII. Regula: Creditor fructus in sortem debet computare, vt patet ex ijs quæ S. reg. prox. sunt proposita: vbi etiam eius exceptiones sunt annotatæ.

XIV. Regula: Si modico precio venditione facta, conuenit vt intra certum tempus rem venditori liceat oblato precio retrahere: pignus præsumitur in fraudem vsurarum constitutum, non venditio. c. ad nostram. 5. de empt. & vendit. De qua re vide item M.I.R. lib. 2. cap. 11. in verbo Simulatio. item M.I.R. lib. 6. cap. 2. in prin. Idem dicendum, si res vendita

sit,

sit, vt post tempus emptor eam recipiat oblato precio maiori, fructibus in sortem computatis. c. illo nos. 4. de pignoribus.

XV. Regula: Si venditor deceptus sit vltra dimidium iusti precij: valet quidem venditio, sed venditori datur actio, vt restituto precio rem recipiat. c. cum dilecti. 3. & c. cum causa. 6. de empt. & vendit. Concordat M.I.C. lib. 18. cap. 3 except. 27. distinct. 1. Cuius exceptio est: Nisi emptor offerat quod iusto precio deest. d. c. 3. & d. c. 6. & d. dist. 1. repl. 1. Plures exceptiones vide d. dist. 1.

XVI. Regula: Venditor cogi potest, ne carius vendat merces suas transeuntibus, quàm in mercato vendere possit. c. 1. de empt. & vendit.

XVII. Regula: Venditor vitium rei in vendendo iudicare tenetur: aliàs empti actione vel redhibitoria tenetur. M.I.C. lib. 18. cap. 12. quæst. 3. in prin. item causa 6. M.I.R. lib. 5. cap. 6. reg. 38. Cuius exceptio est: Nisi emptor vicium sciuit. c. eum qui certus. 31. de reg. iuris, in 6. Concordant ea quæ habentur M.I.C. d. quæst. 3. except gener. 10. vbi aliquot subiiciuntur replicationes. item M.I.R. d. reg. 38. except. 5. Sed & plures exceptiones vide d. q. 3.

XVIII. Regula: Re vendita euicta, emptor regressum habet aduersus venditorem de præstanda euictione. M.I.C. lib. 18. 6. 14. quæst. 1. causa 1. 7. & 9. M.I.R. d. cap. 6. reg. 40. Cuius exceptio prima est: Nisi emptor conuentus non denunciauit venditori, vt defensioni rei adesset. c. vlt. in prin. de empt. &

vendit. De qua exceptione vide plura M.I.C. d.q.1. except.68. Altera exceptio est: Nisi emptor contumaciter abfuit tempore sententiæ latæ. d.c. vltim. vers. vel contumaciter. Concordat d.q.1.except.56. & except.58. Tertia exceptio est: Nisi per iniuriam iudicis emptor victus sit. d.c. vlt. vers. seu per iniuriam. Concordat d.q.1. except.55. Plures exceptiones vide M.I.C. d.q.1.

XIX. Regula: Locator conductorem prohibere non potest, quo minus re conducta fruatur. Quod si fecerit, ex conducto tenetur, per ea quæ habentur M. I.C. lib.19. cap.3. quæst.1. causa 5. in princ. Cuius exceptio prima est: Nisi res locata vsibus domini necessaria sit. c.propter.3. §. verum. de locato & conducto. l.1. C.eod. tt. Altera exceptio est: Nisi dominus ædes locatas reficere velit. d. §. verum. & d. l.3. vers. aut corrigere. Tertia exceptio est: Nisi conductor malè in re conducta sit versatus. d. §. verum. vers. qui etiam inde. & d. l.3. vers. aut tu malè. Quarta exceptio est: Nisi conductor non soluerit pensionem. d. §. verum. vers. vel cum canonem. l. 54. §. inter. ff. locati. Plures huiusmodi exceptiones vide M.I.C.d causa 5.

XX. Regula: Si conductor damnum in fructibus perceptis vel percipiendis passus sit, remittenda est ei pensio. d.c.propter.3. in pr. Concordat M.I.C. lib. 19. cap.4. quæst.1. causa 4. in princ. Cuius exceptio prima est: Nisi anni præcedentis vel sequentis fructus fuerint vberiores. d.c.3. in princ. vers. nisi cum vbertate.

vbertate. Concordat M.I.C.d.causa 4.except.6. Altera exceptio est: Nisi culpa conductoris damnum contigerit.d.c.3.in princ.vers. sine culpa. Plures exceptiones vide d.causa 4.

XXI. Regula: Si emphyteuta ecclesiæ intra biennium, vel alius intra triennium canonem non soluerit: iure suo cadit c.vltim. §. emphyteuta quoque. de locato & conducto. 10.q. 2.c. hoc ius. §. quirem. Nouell. 7. §. scire autem omnes. Concordat M. I.C. lib 19.cap. 9 quæst.6.causa 1. M.I.R. lib.5. cap. 7.reg.27. Huius regulæ exceptio prima videtur: Nisi dominus non soluat emphyteutæ melioriationes. Sed reprobatur d. §. qui rem. vers. non repetiturus. Concordat M.I C. d.causa 1.except.4. Altera exceptio videtur: Nisi emphyteuta non sit interpellatus vt solueret. Sed & hæc exceptio reprobatur d.c.vlt. in fine. & M.I C. d.causa 1.except.5. Plures exceptiones vide d.causa 1.

XXII. Regula: Si emphyteuta non requisito vel nolente domino ius suum alienauerit, eo cadit. d.§. emphyteuta quoq; vers. secus præsumendo. Concordat M.I.C. d.quæst.6.causa 3 in prin. M.I.R.d.cap. 7.reg. 28. Cuius exceptio prima est: Nisi dominus requisitus ipse emere noluit.d.c.vlt. in prin. Concordat d.causa 3 except.2. Cuius replicatio prima est: Nisi attestatione præmissa emphyteuta domino non indicauerit, quantum precium sibi ab alio offeratur. d. c. vlt. in princ. & d.except.2.replicat.1. Altera replicatio est: Nisi ab attestatione præmissa

nondum duo menses præterierint. d. c. vlt. in princ. vers. vel à denunciationis. & d. except. 2. replicat. 2. Tertia replicatio est: Nisi personis vetitis alienauerit. d. c. vlt. in prin. vers. qui ab emptione huiusmodi. & d. except. 2. replicat. 3. Plures replicationes, sed & plures proposita regula exceptiones vide M. I. C. d. causa 3.

XXIII. Regula: Si emphyteuta rem fecerit deteriorem, iure suo cadit. 10. quæst. 2. c. hoc ius. §. qui rem. M. I. R. d. cap. 7. reg. 29.

XXIV. Regula: Si emphyteuta ius suũ ex causis prædictis amisit, vt ad dominum res redeat: nihilominus præteriti temporis pensiones soluere, & damnum, quo res deterior facta est, præstare tenetur. d. §. qui rem. vers. vt tamen soluat.

XXV. Regula: Ex mandato mandati actio nascitur. de qua M. I. C. lib 19. cap. 12. cum sequentib. Cuius exceptio est: Nisi consilium fuerit non fraudulentum. c. nullus. 62. de reg. iuris, in 6. Concordat M. I. C. d. cap. 12 except. 1. in princ. vbi subijciuntur aliquot replicationes. Plures exceptiones vide d. c. 12. cum sequentibus.

XXVI. Regula: Si quis negocia ecclesiæ gerendo vel ecclesiæ rebus damnum intulerit, sibi lucrum captando: vel contrà in suis rebus damnum senserit, dum vtilitati ecclesiæ studet: hoc damnum hinc inde præstabitur. 12. q. 4. c. 1. §. fin. cum c. sequente, vsq; ad §. si verò de rebus. Concordat M. I. C. lib. 20. c. 4. in prin. & q. 4. in prin. item c. 5. q. 1. & c. 6. q. 1. in prin.

XXVII.

XXVII. Regula: Si quis negocia ecclesiæ gerendo res eius consumpserit: hoc præstandum est. 12. q. 5 c. obitum. Quo nomine etiam aduersus hæredem datur actio. d. c. obitum. Concordat M. I. C. d. c. 5. quæst. 3. reg. 1. except. 1.

XXVIII. Regula: Finium regundorum actio triginta annorum præscriptione eliditur. l. 6. C. finium regundorum. Cuius exceptio est in finibus episcopatuum & parochiarum, qui nullo tempore præscribi possunt. c. super eo 4. de parochijs.

XXIX. Regula: Si quis pro alio interceſſerit fideiubendo vel mandando, pro eo conueniri potest, per ea quæ habentur M. I. C. lib. 21. cap. 1. quæst. 2. in princ. M. I. R. lib. 5. cap. 9. reg. 5. Cuius exceptio prima: Nisi clericus vel monachus interceſſerit. Quæ exceptio approbatur simul & distinguitur ꝑ. lib. 3. cap. 5. reg. 28. Plures exceptiones vide d. q. 2.

XXX. Regula: Si quis pro alio interceſſerit contraria mandati actione consequitur, vt indemnis seruetur. c. perueniit. 2. de fideiussoribus. Concordat M. I. C. lib. 21. cap. 3. in princ. M. I. R. d. capit. 9. reg. 8. Cuius exceptio prima est: Nisi nondum soluerit actor. d. cap. 3. quæst. 1. except. 1. Cuius replicatio prima est: Nisi debitor diu in solutione debiti cessauerit. c. vlt. d. tt. l. 38. in fine. ff. mandati. Altera replicatio est: Nisi debitor dissipare bona sua incipiat. d. c. vlt. ver. aut dissipare. & d. l. 38. in fin. Tertia repli-

replicatio est: Nisi actor sit condemnatus. d.c.vltim. vers. seu super hoc. Concordat M.I.C. d.except.1. repl.1. Quarta replicatio est: Nisi actor à creditoribus molestetur. c. constitutus. 3. d. tr. de fideiussoribus. Plures replicationes vide d.except.1. Hæc de contractibus & quasi contractibus: de quibus tamen vide plura M.I.C. lib.15. cum sex libris sequentibus.

DE DELICTIS ET QVASI delictis.

Cap. VIII.

PRima regula: Furtum committit, qui inuentum non reddit. 14.q.5.c. si quid inuenisti. & c. multi. Concordat M.I.C. lib.22. cap.2. de furti actione, quæst. 2. causa 19. vbi aliquot subiiciuntur exceptiones.

II. Regula: Si rem domino abnegat, furtū committit. d.c. si quid. vers. qui alienum. Concordat M.I.C. d. quæst. 2. causa 16.

III. Regula: Si metu pœnæ à furto abstinet, furti tenetur, in iudicio scilicet poli. de pœnitent. dist. 1. c. si propterea.

IV. Regula: Ex furto regulariter furti actio competit, per ea quæ habentur M.I.C. d. quæst. 2. causa 1. Cuius regulæ exceptio prima hæc videtur: Nisi rem minimam abstulerit. Sed reprobatur 14. q.6.c.vlt. Concordat M.I.C. lib.22. cap.8. quæst.3. except.6. Altera exceptio est: Nisi non furandi animo quis rem alienam contrectauerit. d.c.vlt. Concordat

cordat M.I.M.lib.22.cap.2.de furti actione, quæst.2. except.24. Tertia exceptio est: Nisi propter necessitatem famis vel frigoris furtū fecerit. de consecrat. distinct.5.c.discipulos.item c.si quis propter.de furtis. M.I.R.lib.5.cap.10.reg.24.except.7. Plures huiusmodi exceptiones vide M.I.C.d.quæst.2.

V. Regula: Furti etiam tenetur, qui furem non indicat ob lucrum quod ab eo consequitur. c. qui cum fure.4. de furtis.

VI. Regula: Furti pœna quadrupli est. 12.q.2.c. in antiquis.c.si seculi. Concordat M.I.C.lib.22.c.5. in princ.

VII. Regula: Si pars ablata sit, non de toto, sed de parte tantùm ablata furti actio est. de pœnitent. dist.1.c.vulgaris.l.21.in prin.ff.de furtis. Concordat M.I.C.d.cap.5.reg.8.vbi subijcitur exceptio.

VIII. Regula: Etiam sacci æstimatio, in quo pecunia furtiua continetur, in furti actione venit. distinct.50.c.qui saccum.l.79.ff.de furtis.

IX. Regula: Si clericus ecclesiæ furtum fecerit, qua pœna puniendus sit, definitur 13.q.2.c.clerici.§. si quis autem.

X. Regula: Furti species est rapina. 14.q.5.c.dixit.§. fin.cum c.sequente. Concordat M.I.C.lib.22. c.8.q.3.causa 1.& quæst.10.reg.2.

XI. Regula: Ex damno dato actio aduersus dantem competit. c.vlt.in prin. de iniurijs. Concordat M.I.C.lib.22.cap.9.quæst.3.causa 1. Huius causæ exceptio prima videtur; Nisi per ignorantiam vel imperi-

peritiam damnũ dederit. Sed reprobatur d.c.vlt. in princ. vers. aut hæc imperitia. Altera exceptio est: Nisi actor damnum euitare potuit. c.damnũ. 86. de reg. iuris, in 6. Concordat M.I.C. lib. 22. cap. 9. in fin. except. 24. Plures huiusmodi except. vide d.cap. 9.

XII. Regula: Si quis foueam fecerit, in quam alienum pecus ceciderit: is qui foueam fecit, de damno dato tenetur. c. si quis. 2. de iniurijs. Concordat M.I.C. d. quæst. 3. causa 10. vbi huius regulæ aliquot subijciuntur exceptiones.

XIII. Regula: Si ignem immisit in alienam segetem, de damno dato tenetur. c. si egressus. 5. d. tt. Concordat l. 30. §. in hac actione. ff. ad l. Aquiliam. Sed & concordat M.I.C. d. quæst. 3. causa 29.

XIV. Regula: Si fructus alienos immisso pecore depauit, de damno dato tenetur. c. si læserit. 4. d. tt. Concordat M.I.C. d. quæst. 3. causa 33.

XV. Regula: Si causam & occasionem damni dedit, de damno dato tenetur. Quæ regula approbatur per ea quæ proposita sunt ẽ. lib. 1. cap. 15. de homicidio, quæst. 1. causa 3. Concordant ea quæ habentur M.I.C. d. quæst. 3. causa 53. & M.I.R. d.c. 10. reg. 47. cum reg. seq. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi quis licitum faciens alteri causam vel occasionem damni dedit. 23. quæst. 5. c. de occidendis. §. qui verò repelluntur, vsque ad §. fin. Concordat d. causa 3. exception. 1. Altera exceptio est: Nisi ne damnum accideret, nihil ex contingentibus omisit, & ita culpa caret. capit. vltim. §. fin. de iniu-

rijs.

rijs. l. 30. §. in hac actione. vers. at si omnia. ff. ad l. Aquiliam.

XVI. Regula: Si domum vel superficiem aliam incenderit, punitur. c. si quis domum. 6. de iniurijs. 23. quæst. 8. cap. si quis membrorum, cum capit. sequente. Concordat M. I. C. lib. 22. cap. 9. causa 24. M. I. R. d. reg. 47.

XVII. Regula: Si liberum hominem vulnerauerit, punitur. c. 1. de iniurijs. & d. c. si quis membrorum, in prin. item M. I. C. lib. 22. cap. 10. reg. 10.

XVIII. Regula: Si matremfamiliàs, aut prætextatum prætextatámve adfectatus fuerit, siue alicuius pudicitiam attentauerit: punitur. de pœnitent. dist. 1. c. si quis tam masculum, in prin. & §. attentari. l. 9. §. fin. ff. de iniurijs. Vide M. I. C. lib. 22. cap. 11. quæst. 3. causa 4.

XIX. Regula: Si aduersus aliquem manus leuatæ sint, & sæpe territus sit quasi vapulaturus: punitur. d. distinct. 1. c. si quis pulsatus. l. 15. §. 1. ff. de iniurijs.

XX. Regula: Si libellum, carmen aut tale quid ad alicuius infamiam scripserit vel cõfixerint: punitur. 5. q. 1. c. 1. cum duobus cc. sequentibus. Concordat M. I. C. d. quæst. 3. causa 36. vbi subiciuntur duæ exceptiones.

XXI. Regula: Si libellum famosum inuentum non corruperit, punitur. d. c. 1. vers. & qui eam. & d. q. 1. c. vlt. §. si quis famosum. Concordat M. I. C. d. q. 3. c. causa 37. M. I. R. lib. 5. cap. 10. reg. 86.

XXII. Re-

XXII. Regula: Ex omni alia iniuria regulariter quidem iniuriarum actio nascitur, per ea quæ habentur M.I.C.lib.22.cap.11.quæst.3.in prin. M.I.R. d.cap.10.reg.62. Cuius exceptio prima est: Nisi ioco aut casu factum sit, non iniuria faciendæ animo. 5. q.1.c.illud. §. quare si quis. l.3. §. quare si quis. ff. de iniurijs. Concordat M.I.C.lib.22.cap.11.quæst.4.in prin. Altera exceptio est: Nisi nocentem infamauit. 5.q.1.c.quidam. §. sin autem in eadem. Concordat M.I.C.d.quæst.4.except.12. Tertia exceptio est: Nisi quis liberum hominem pro seruo suo per errorem caciderit. 15.q.1.c.vlt. d. § si quis liberum. l.3. §. fin. cum l. sequente. ff. de iniurijs. Quarta exceptio est: Nisi furiosus vel impubes iniuriam fecerit. d.c.illud, in prin. & d.l.3. in prin. Quinta exceptio est: Nisi iniuria remissa sit. 23.q.4.c.si illic, in prin. Concordat M.I.C. d. quæst.4. except.34. vbi subijcitur replicatio. Sexta exceptio est: Nisi reus errorem apertè confessus fuerit ac reuocauerit. d. § sin autem in eadem. vers. vel fortè sciens. Plures huiusmodi exceptiones vide M.I.C. d.quæst.4.

XXIII. Regula: Non solùm is qui fecit, sed is quoque cuius dolo vel opera iniuriam fecit, tenetur. de pœnitent. distinct.1.c.si quis tam. § fin. l.11. in prin. ff. de iniurijs. Concordat M.I.C.lib.22.cap.12.quæst.2.in prin.

XXIIII. Regula: Capitalis pœna est, si quis puero stuprũ persuaserit, aut mulierẽ puellámue interpellauerit, quidue impudicitiæ gratia fecerit, &c.

de

de pœnitent. distinct. 1. c. sollicitatores. §. qui puero. l. 1. §. fin. ff. de extraordin. criminib.

XXV. Regula: In actione iniuriarum tentanda prius est reconciliatio, quàm ad sententiam perueniatur. 23. q. 4. c. si illic vbi. vers. sin verò nihil. M. I. R. lib. 2. cap. 1. quæst. 12. reg. 1.

XXVI. Regula: Iniuriarum actione damnatus sit infamis, per ea quæ habentur M. I. C. lib. 22. cap. 13. quæst. 4. reg. 1. M. I. R. d. cap. 10. reg. 95. Cuius exceptio est: Nisi modica fuerit iniuria. c. cum te. 23. de reiudicata. M. I. R. d. reg. 95. except. 1.

XXVII. Regula: Si quadrupes damnum dederit: datur actio, vt vel damnum sarciatur, vel quadrupes noxæ dedatur. c. vlt. §. quod si animal. de iniurys. Concordat M. I. C. lib. 23. cap. 1. quæst. 2. in prin. Est igitur proposita regulæ exceptio hæc: Nisi quadrupes prò damno dedatur. hoc enim casu ad damnum præstandum dominus non tenetur, vt ex iam propositis constat. Concordat M. I. C. d. cap. 1. quæst. 5. reg. 1. except. 1. Cuius replicatio prima est: Nisi fera bestia, vel quæ consueuit nocere, damnum dederit: hanc enim dando dominus non liberatur. d. §. quod si animal. vers. quod tamen ad liberationem. Altera replicatio est: Nisi culpa domini quadrupes damnum dederit. d. §. quod si animal. vers. & quam debueras. item c. si bos. 3. & c. si læserit. 4. eod. tt. Plures replicationes vide M. I. C. d. except. 1.

XXVIII. Regula: Bos prò boue interempto reddi debet. d. c. si bos. 3.

XXIX. Regula: *Quadrupes quæ nocuit, etiam ordinaria pœna punitur. 15. q. 1. c. firmissimè. §. vnde etiam de brutis. §. fin. cum c. sequente Mulier. M. I. R. lib. 1. cap. 7. except. 24.*

XXX. Regula: *Sacrilegium committitur, si laicus iura ecclasiastica vsurpauerit. c. conquestus. 16. de foro competenti.*

XXXI. Regula: *Quidquid in sacratis Deo rebus & episcopis iniustè agitur, pro sacrilegio reputatur. c. quæ multotiens. 7. de regulis iuris. 12. q. 2. c. nulli. c. prædia. 13. q. 2. c. qui oblationes, in fine. 17. q. 4. c. qui rapit. c. si quis cõtumax. §. sacrilegium ergo. c. quisquis. §. sacrilegium, vsq; ad finem. Concordat M. I. C. lib. 23. cap. 7. quæst. 6. in prin. Huius regulæ exceptio prima videtur: Nisi rem priuatam è loco sacro quis surripuerit. Sed reprobatur d. c. si quis contumax. §. sacrilegium ergo. vers. vel non sacrum. & d. c. quisquis. §. similiter sacrilegium. & §. fin. Contradicit l. 5. ff. ad l. Iul. peculatus. M. I. R. d. cap. 10. reg. 121. except. 1. Altera exceptio videtur: Nisi sacrum è loco priuato surripuerit. Sed & hac exceptio reprobatur d. vers. vel non sacrum. & d. §. similiter. Contradicere videtur 23. q. 4. c. quid ergo. §. fin. M. I. R. d. reg. 121. except. 2. Tertiam proposita regulæ exceptionem vide M. I. C. d. quæst. 6. in prin.*

XXXII. Regula: *Si diuinam legem nõ obseruat, vel in articulis fidei errat: sacrilegium committit. 17. q. 4. c. si quis suadente. §. committunt etiam. l. 1. C. de crimine sacrilegij.*

XXXIII. Re-

XXXIII. Regula: Si de iudicio Imperatoris vel Papæ dubitat, sacrilegium committit. d. §. committunt etiam. vers. aut qui de principali. §. fin. cum c. sequente.

XXXIV. Regula: Si ecclesiam non permittat ordinari vel consecrari, sacrilegium committit. 1. q 1. c. nullus. §. qui autem, cum cap sequente.

XXXV. Regula: Si quis relicta ecclesiæ retineat, sacrilegium committit. 13. q. 2. 6. qui oblationes, in fine. 17. q. 4. c. sacrilegium.

XXXVI. Regula; Si res ecclesiæ alienat, vel alienationi consentit: sacrilegium committit. 17. q. 4. c. omnes ecclesiæ.

XXXVII. Regula: Si sacerdotes insequitur, sacrilegium committit. d. q. 4. c. sicut qui. c. si quis contumax. §. dicitur etiã. c. quisquis. §. 1. vers. seu q. iniuriã. c. si quis deinceps. c si quis suadente, in prin.

XXXVIII. Regula; Maius est sacrilegij crimen, quàm fornicatio. d. q. 4. c sicut qui, in fine.

XXXIX. Regula: Sacrilegi capite puniuntur. d. q. 4. c si forte. item 12. q. 2. c. 1. c. qui abstulerit. l. 9. in prin. ff. ad l. Iul. peculatus.

Excommunicantur. 12. q. 2. c. nulli. §. fin. & d. q. 4. c si quis contumax. §. fin. c. quisquis. §. si quis domum. Apostol. canon. 71. vbi ob ceram & oleum ablatum excommunicatur. Idem cauetur de vase aureo & argenteo, item de velamine linteo, Apostol. canon. 72.

In quadruplum damnantur. d. q. 2. c si seculi. & d. q. 4. c. pecunia.

In decuplum damnantur. d.q.2.c. in legib. Contradicit d.q.2.c.fraternitas.

Alys pœnis puniuntur. d.q.2.c.indignè. & d.q.4. c.pecunia. & si quis contumax. §. fin. cum c.sequente, in prin. & § fin.

XL. *Regula: Si quis alterius seruo quid persuaserit, quo deterior fieret: eo nomine tenetur actione serui corrupti, per ea quæ habentur M.I.C. lib.23. cap.9. quæst.2.causa 2. Cuius exceptio videtur: Nisi occasione religionis seruo suaserit. Sed reprobatur 17.q.4.c.si quis seruum, cum c.sequente. Plures exceptiones vide d.quæst.2.*

XLI. *Regula: Deteriores sunt qui vitam mores q; bonorum corrumpunt, his qui substantias aliorum prædiaq; diripiunt. 9.q.3.c.facta.*

XLII. *Regula: De abigeis accusatio cum inscriptione & sine ea proponi potest. 4.q.4.c.nullus. §. abacti. l.vnica. C. de abigeis.*

XLIII. *Regula: Si ex naufragio quid abstulerit, excommunicatur. c. excommunicationi. 3. §. illi etiam. de raptoribus.*

XLIIII. *Regula: De sollicitatoribus alienarum nuptiarum, & matrimoniorum interpellatoribus extra ordinem puniendis cauetur De pœnitent. distin.1.c.sollicitatores, in prin. l.1. in prin. ff. de extraord. criminibus.*

XLV. *Regula: De concussionis crimine cauetur 1.q.1.c.concussionis. Concordat M.I.C. lib.23. cap. 19. reg.4.*

XLVI. *Re-*

XLVI. Regula: De luſu prohibito cauetur diſt. 35. c. 1. in fine. Concordat M. I. C. d. cap. 19. reg. 8.

XLVII. Regula: De blaſphemijs & adiurationibus puniendis cauetur c. 2. de maledicis. Concordat M. I. C. d. cap. 19. reg. 9.

XLVIII. Regula: De non naturalibus luxurijs puniendis cauetur c. clerici. 4. de exceſſibus prælat. Concordat M. I. C. d. cap. 19. reg. 10. M. I. R. lib. 1. cap. 13. crimine 7. reg. 38.

XLIX. Regula: De ebrietate punienda cauetur diſtinct. 35. c. 1. c. luxurioſa. c. eccleſiæ. c. venter. c. vinolentum. c. luxuriam. c. ſexta.

L. Regula: De infantibus & languidis expoſitis cauetur c. vnico. de infantibus & languidis expoſitis. l. 2. C. eod. tt. M. I. R. lib. 5. cap. 10. reg. 142.

LI. Regula: De incendijs puniendis cauetur c. ſi quis domum. 6. de iniurijs. 23. q. 8. c. ſi quis membrorum. c. peſſimam. Concordat M. I. C. d. cap. 19. reg. 12.

LII. Regula: De his qui ſignarebus alienis imponunt, coercendis cauetur 16. q. 6. c. 1. Concordat M. I. C. d. cap. 19. reg. 14.

LIII. Regula: De eo qui rapinam emit puniendo cauetur 14. q. 5. c. rapinam.

LIV. Regula: Si quis hoſpitium ab alio conductum ante tempus iſtius conductionis finitum ſine conſenſu prioris conduxerit, punitur. c. 1. de locato & conducto.

LV. Regula: Ne viri cum mulieribus lauacra habeant communia, cauetur diſtinct. 81. c. non oportet.

Hæc sint dicta de delictis & quasi delictis: ad quæ alia plura connumerari possent. Nam quidquid sit contra præceptum legis, delictum dici potest, & pœnam meretur. 14. q. 2. c. quisquis. l. 5. in prin. ff. de re militari. Sed de istis omnibus in vno loco tractare absurdum esset. Nunc de causis iuris retinendi, & amissi recuperandi est dicendum.

DE EXCEPTIONIBVS ET liberationibus. Cap. IX.

PRima regula: Exceptionum triplices causæ sunt: aut quia factum sit quod fieri oportuit, aut quia factum sit quod fieri non oportuit, aut quia non sit factum quod fieri oportuit. l. exceptiones, 20. ff. de exceptionibus. Secundi generis exemplum habetur c. qui ex timore. 5. de regulis iuris. vbi is qui ex timore facit præceptum, perinde habetur ac is qui non fecit.

II. Regula: Exceptio æquè ac actio à iudice est attendenda. Cuius regulæ exceptio prima hæc videtur: Nisi simpliciter iudici cognitio mandata sit, certa forma expressa: hoc enim casu videtur, quòd exceptiones non debeat admittere. Sed reprobatur c. ex parte. 13. de officio delegati. Altera exceptio est: Nisi ita causa sit deligata, ne iudex vllas exceptiones admittat. d. c. 13. vers. nisi exprimatur. Plures exceptiones vide M. I. C. lib. 24. cap. 1. quæst. 6.

III. Regula: Cui cõpetit actio, eidem multo magis exceptio competit. c. qui ad agendum. 71. de reg. iuris,

iuris, in 6. Concordat M. I. C. d. cap. 1. quæst. 7. reg. 1.

IIII. Regula: Ei denegatur exceptio, qui eodem crimine laborat quod obiicit. c. cum ecclesiasticæ. 3. de exceptionibus. c. constitutis. 23. de appellationib. c. pro illorum. 22. de præbendis. c. intelleximus. 6. §. quod si prædicto. & c. vlt. in fine. de adulteriis. 32. q. 6. c. nihil iniquius. Contradicit c. dilecti. 8. de exceptionibus. De qua re vide glossam ibidem in verbo Si res ita.

V. Regula: Excommunicato quamuis denegetur actio, non tamen denegatur exceptio, per ea quæ habentur §. lib. 2. cap. 9. de excommun. except. replic. 8. & 9.

VI. Regula: Peremptoria exceptio ante litem contestatam frustra opponitur. Quæ regula approbatur simul & distinguitur c. 1. cum c. sequente. de litis contestatione, in 6. M. I. R. lib. 5. cap. 11. reg. 9. Licet tamen eam in initio litis contestari. 3. q. 3. c. vlt. §. fin. & q. 6. c. si quis episcoporum, in fine. l. 8. vers. quam ante. C. de exceptionibus.

VII. Regula: Nemo pluribus exceptionibus vti prohibetur, quamuis diuersæ sint, c. nullus. 20. de reg. iuris, in 6. Concordat M. I. C. d. cap. 1. quæst. 11. M. I. R. d. cap. 11. reg. 12.

VIII. Regula: Exceptionem obiiciens non videtur de intentione actoris confiteri. c. exceptionem. 63. d. tt. & c. cum venerabilis. 6. de exceptionib. l. 9. ff. eod. tt. M. I. R. d. cap. 11. reg. 13.

IX. Regula: Vis exceptionis est, non vt con-

demnetur actor in id quod in exceptione deducitur, sed vt actionem excludat. c. 2. de ordine cognitionū. t. 1. de exceptionibus. M. I. R. lib. 2. cap. 7. reg. 34.

X. Regula: Qui exceptione vsus est, eo cōtra quod excepit, postea vti pro se non potest. c. cum olim. 19. vers. licet enim de censibus.

XI. Regula: Non est in mora, qui exceptione se potest tueri. c. non est. 60. de regulis iuris, in 6. Concordat M. I. C. lib. 24. cap. 17. except. 7. repl. 8.

XII. Regula: Doli exceptione submouetur qui petit quod est restituturus. c. dolo. 59. de reg. iuris, in 6. Concordat M. I. C. lib. 24. cap. 2. quæst. 2. causa 2. M. I. R. d. cap. 11. reg. 15.

XIII. Regula: Si quid errore vel ignorantia gestum est, exceptio ignorantiæ datur, exemplo c. apostolicæ. 9. in prin. de clerico excom. Concordat M. I. C. lib. 24. cap. 3. quæst. 1. in prin. M. I. R. d. cap. 11. reg. 19. Declaratur regula proposita, differentia inter errorem & ignorantiam, distinct. 38. c. quamuis. vbi errare dicitur, qui putat se scire quod nescit. Is autem qui ignorat, non putat se scire. Planè propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi iuris, non facti fuerit ignorantia: illa enim non præstat exceptionem vel excusationem. c. ignorantia. 13. de reg. iuris, in 6. q. 4. c. turbatur. §. notandum. & §. item ignorantia. Concordat M. I. C. d. cap. 3. except. 1. Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi non crassa aut supina, sed probabilis fuerit ignorantia iuris. c. vlt. in prin. de constitut. in 6. Altera replicatio est:

Nisi

Nisi agatur de damno vitando. d. §. item ignorantia. vers. iuris ciuilis. l. 7. ff. de iuris & facti ignorantia. Huius replicationis duplicatio est: Nisi in delictis iuris ignorantia prætendatur: hoc enim casu ad euitandam pœnam replicatio proposita nō prodest. d. §. item ignorantia. vers. non ita si delictum. Tertia replicatio est: Nisi fœmina vel miles ius ignorauerit. Quæ replicatio approbatur M. I. C. d. except. 1. replic. 2. & 3. Cuius duplicatio est: Nisi ius naturale mulier vel miles ignorasse dicatur. d. §. item ignorantia, in prin. Quarta replicatio est: Nisi quis in ius alterius succedens, ius eius ignoret. c. cum quis. 14. de reg. iuris, in 6. l. 42. ff. cod. tt. Plures replicationes vide M. I. C. d. except. 1. Altera proposita regulæ exceptio est: Nisi crassa & supina fuerit facti ignorantia, hominis nimirum securi. c. vltim. vers. dum tamen. de constitut. in 6. Concordat M. I. C. d. cap. 3. except. 2. Planè hoc casu dispensari potest. c. apostolicæ. 9. §. cæterùm si fortè. de clerico excomm. Tertia exceptio est: Nisi culpa ignorantis acciderit, quo minus sciuerit: vel nisi voluntaria sit ignorantia. dist. 37. c. vlt. & dist. 38. in prin. Quarta exceptio est: Nisi tale sit factum, quod oportuit ignorantem scire. 1. q. 4. c. turbatur. §. notandum. Exemplum huius habetur c. quamuis. 10. de regulis iuris. Huius replicatio est: Nisi minor sit ætate. d. q. 4. c. vlt. §. fin. Plures propositæ regulæ exceptiones vide M. I. C. d. cap. 3.

XIIII. Regula: Eo genere quodque dissoluitur,

quo colligatum est c.1.de reg.iuris. Concordat M.I. C.lib.24.cap.5.quæst.3.in prin.

XV. Regula: Solutio proficit debitori ad liberationem & exceptionem. per ea quæ habentur M.I. C. lib.24. cap.6.quæst.2.reg.1. M.I.R. lib.5. cap.12. reg. 2. Cuius exceptio prima hæc est: Nisi aliq̃ quàm creditori solutum sit.c.ea te.22. de iureiurãdo. Plura de hac exceptione vide M.I.C.lib.24 cap.8. M.I. R.d.cap.12.reg.5. except.2. Altera exceptio est: Nisi aliud pro alio soluatur vel præstetur. c. cum aliquibus.6 de re iudicata. Plura de hac exceptione M. I. C.d.lib.24. cap.9. in prin. M.I.R.d. reg.5. except.6. Tertia exceptio est: Nisi non solidum quod debetur solutum sit. Quæ exceptio approbatur M.I.C.d.cap. 9 except.15.M.I.R.d.reg.5.except.10.Cuius replicatio est quoad partem solutam: pro ea enim continegit liberatio, quamuis solidum solutum non sit, per ea quæ habentur d.except.15. replic.1. M.I.R. d except.10.replic.1. Cuius duplicatio videtur in obligatione accessoria pœnali. Sed reprobatur c.suam.9. de pœnis. Contradicit M.I.C.d.repl.1.duplic.4.vide M.I.R.d.repl.1. dupl.4. Plures propositæ regulæ exceptiones vide M.I.C. d.lib.24. cap.7.cũ sequentib.

XVI. Regula: Si causa de qua iudicatum est, & quæ per sententiam est finita, rursus deducatur in iudicium: obstat rei iudicatæ exceptio, per ea quæ habentur M.I.C. lib.24.cap.14. in princ. M. I. R.d. cap.12.reg.14. Cuius exceptio prima videtur: Nisi cum antea apud ecclesiasticum iudicem actum esset,

set, nunc apud ciuilem iudicem agatur: vel contrà. Hæc exceptio reprobatur c. vlt. de except. in 6. Planè admittitur exceptio proposita, si pendente iudicio apud ciuilem iudicem episcopus adeatur. 11. q. 1. c. quicunque. Altera exceptio est: Nisi ex alia causa nunc agatur, quàm actum est antea. Quæ exceptio approbatur exemplo c. vltim. de causa possessionis. c. cum olim. 14. de priuilegijs. Concordat M. I. C. d. cap. 14. except. 4. Cuius replicatio est: Nisi in rem agatur. Quæ replicatio approbatur simul & distinguitur c. abbate. 3. de re iudicata, in 6. Approbatur ibidem §. secus autem. Cui concordat M. I. C. d. except. 4. replic. 1. in prin. Distinctioni concordat d. replic. 1. duplic. 1. Plures distinctiones huius replicationis vide d. replic. 1. Tertia propositæ regulæ exceptio est: Nisi causa, ob quam in priore iudicio reus fuit absolutus, in posteriore iudicio cesset. Quæ exceptio approbatur exemplo c. aduersario. 13. de exceptionibus. Clement vltim. de appellation. l. 18. ff. de except. rei iudicatæ. Concordat M. I. C. d. cap. 14. except. 7. Sed & eius exemplum est, Si ob ineptitudinem libelli reus ab instantia fuerit absolutus. c. examinata. 15. in fine. de iudicijs. Quarta exceptio est: Nisi contra alium in iudicio priore actum est, quam contra quem nunc agitur. Quæ exceptio approbatur exemplo c. cum olim. 7. de causa possessionis. Concordat M. I. C. lib. 24. capite 15. reg. 1. M. I. R. d. cap. 12. reg. 15. Huius exceptionis replicatio est: Nisi prior & posterior con-

uentus

uentus sint litis consortes. 2. q. 6. c. ei qui appellat. §. quandoq;. Concordat M. I. C. d. reg. 1. except. 6. Plures replicationes vide d. reg. 1. except. 1. cum sequentib. Quinta propositæ regulæ exceptio est: Nisi alius antea egerit, quàm qui nunc agit. c. cum super 17. de re iudicata. c. inter dilectos. 8. §. fin. in fine. de donationibus. c. 1. §. per præfatam. de iure patronatus, in 6. Concordat M. I. C. d. cap. 15. reg. 2. in princ. M. I. R. d. cap. 12. reg. 16. Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi cùm posteriori actori actio primùm competeret, is alium antea agere passus sit. c. quamuis. 25. de re iudicata. Concordat d. reg. 2. except. 3. Altera replicatio est: Nisi posterior actor sit successor eius qui antea egit. d. c. 25. in fine. Concordat d. reg. 2. except. 4. Plures replicationes vide d. reg. 2. except. 1. cum sequentibus. Sexta propositæ regulæ exceptio est: Nisi alia res petatur nunc, quàm antea est petita. Approbatur exemplo c. dilectus. 18. de officio ordinarij. c. cum olim. 7. de causa possessionis. Concordat M. I. C. d. cap. 15. reg. 3. vbi de hac exceptione vide plura. item M. I. R. d. cap. 12 reg. 17. Sed & plures propositæ regulæ exceptiones vide M. I. C. d. cap. 14.

XVII. Regula: Si res quæ petitur, interierit: reus exceptione defenditur, per ea quæ habentur M. I. C. lib. 24. cap. 17. in prin. M. I. R. d. cap. 12. reg. 20. Cuius exceptio prima est: Nisi interpellatus non soluerit, & ita post moram factam res interierit. Quæ exceptio approbatur d. cap. 17. except. 7. in prin. M. I. R. d. reg. 20.

d.reg.20.except.1. Cuius replicatio prima hæc est: Nisi interpellatus exceptione se tueri potuit. c.non est,60.de regulis iuris,in 6.Concordat M.I.C.d.except.7.repl.8. Altera replicatio est: Nisi alius, non reus in mora fuerit.c.mora.25.eod.tt.Concordat M.I.C.d.except.7.repl.9: Plures replicationes vide d.except.7. Sed & plures propositæ regulæ exceptiones vide d.cap.17.

XVIII.Regula: Excommunicatio debitoris exceptionem ei non præstat.c.si verè.34.vers.cum ad hoc debitum.de sentent.excom.M.I.R. lib.2.cap.7. reg.31.except.1.

XIX. Regula: Inopia debitoris inanem reddit actionem.c.olim.16.& ibi glossa.de restitut.spoliat. Concordat M.I.C.lib.24.cap.21.causa 33.vbi prima exceptionis loco ponitur, quòd debitor, quamuis inops, ob debitum incarcerari possit. Quæ tamen exceptio distinguitur in clericodebitore, qui præstito iureiurando de soluendo, si quando potuerit, dimittitur.c.Odoardus.3. de solutionib.

XX. Regula: Si creditor ad extorquendum debitum vim adhibuit debitori, ius crediti amittit.16. q.6.in prin.cum duobus cc.sequentibus.& c.vlt.§. fin. Concordat M.I.C.d.cap.21. causa 33. M.I.R.d. cap.12.reg.25. Huius regulæ exceptio est: Nisi non creditor, sed alius ipsius nomine, non tamen ipsius mandato vim intulit debitori. Quæ exceptio approbatur exemplo d.q.6.c.placuit.§.fin.cum c sequente Si episcopum.& c.vltim.§.si ergo. Concordat §.

lib.3.

lib.3.cap.1.reg.22.& M.I. C.d.causa 35.except.1.

XXI. Regula: Si pro solutione debiti pignoribus cauere debitor sit paratus, per hoc exceptione non defenditur. c cum aliqui b 6. de re iudicata. l.4.§. ait prætor ff.eod.tt.Hæc de exceptionibus & liberationibus.de quibus vide plura M.I. C.lib.24.

DE IN INTEGRVM RESTITUTIONIBUS. Cap. X.

PRima regula: *In integrum restitutio peti potest ab ordinario administrationem habente, & ab eius delegato, si scilicet specialiter ei causa delegata sit, vel incidat alij causæ delegatæ. Ab arbitro verò peti non potest. c.causa.9. de in integr.restitut.l.3.C.vbi & apud quem cognitio,&c.*

II. Regula: Beneficio restitutionis in integrum præscribitur quadriennio continuo.c.1.in prin. cum c.sequente.de restitut.in integr.in 6.Clement.vnica,eod tt.l.vlt.C.de tempor.in integr.restitut.M. I R.lib.5.cap.13.reg.8.Huius exceptio prima est:Nisi ob aliquam causam, ex qua in integrum restitutio decerni solet, ea intra quadriennium non sit petita. d.c.1.vers.aut alia rationabilis. Concordat M.I.C. lib 25.cap.1.quæst.5.except.1. Altera exceptio est: Nisi iure communi iuuetur læsus: vt quia ipso iure non valeat quod est actum hoc enim casu non obstat quadriennij præscriptio.c.vltim.in fine.de restitut. in integr.in 6.

III. Regula: In integrum restitutus melioratio-

nes

nes aduersario restituere debet c.1.in fine. de in integr.restitut.

IV. Regula: Species restitutionis in integrum videtur relaxatio iuramenti. de qua §.lib. proxim. cap.10.in fine.

V. Regula: Si quid vi metúsue causa factum est, in integrum restituitur.c.abbas.2.de his quæ vi metúsue causa.de consecrat. dist.5. c. quidquid enim. Concordat M.I.C.lib.25.cap.2.quæst.3. causa 1. M. I.R.d.cap.13. reg.11. Huius exemplum est, Si metu religionem ingressus sit. c.1.d.tt. de his quæ vi metúsue.item, Si metu beneficio renunciauit. c.abbas. 2.& c.ad audientiam.4. eod.tt. Item, Si electioni de se facta metu renunciauit. c. ad aures.3. eod.tt. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi non talis fuerit metus, qui cadat in virum constantem. c. cum dilectus.6. eod.tt. Concordat M.I.C. d. quæst.3. excepti.1. M.I.R.d.reg.11.except.1. Altera exceptio est: Nisi iusiurandum vel fides interuenerit.d.c. ad aures.3. vers. nisi fortè iuramento. Contradicit d. c. abbas.2.& d.c.ad audientiam.4. item c. peruenit. 2.de iureiurando. De qua antinomia vide glossam in d.vers.nisi fortè iuramento. Plures exceptiones vide M. I. C. d.quæst.3.

VI. Regula; In actione Quod metu causa, iuratur in litem, taxatione à iudice facta. c.vltim.de his quæ vi metúsue l.18.in prin ff.de dolo malo. M.I.R. d.cap.13.reg.12.

VII. Regula: Ob dolum etiam interuenientem gestum

gestum rescinditur, per ea quæ habentur M.I.C. lib.25 cap 3.quæst.4.in prin.M.I.R.d.cap 13.reg.15. Cuius exceptio est: Nisi in spiritualibus dolus interuenerit, c.cum dilectus.6.vers.nec obstante, & ibi glossa.de his quæ vi metúsue.

VIII. Regula: Minor ætate contra id quod gestum est quo læsus est, in integrum restituitur. c.constitutus.8.de in integr.restitut. Concordat M.I.C.lib.25. cap.4.quæst.4.in prin. M.I.R.d.cap 13.reg.18. Cuius exceptio prima hæc est: Nisi iusiurandum interuenerit. c.in præsentia.8. §.præterea.vers.cum infra. de probationibus. Concordat M.I.C. d.quæst.4.except.24.M.I.R.d.reg.18.except.16. Altera exceptio est: Nisi minor maior factus gestum ratum habuit. d.c.8. §.quare cum constet. Concordat M.I.C. d. quæst.4.except.27. Tertia exceptio est: Nisi in integrum restitutio semel petita sit & denegata. c. vlt.de in integr.restitut. Concordat M.I.C.d.q.4. except.30. Cuius replicatio est ex causa noua d.c. vlt.vers.nisi noui. Concordat d.except.30.replic.1. Plures exceptiones vide d.q.4.

IX. Regula: Socio vel consorti minoris restitutio minori competens non datur.2.q.6.c.vlt. §. quod si ætatis auxilio.M.I.R.d.cap.13. reg.19 except.2.

X. Regula: Partibus præsentibus in integrum restitutio petenda ac decernenda. c. cum ex literis.5. §.tandem deliberatio.de in integr. restitut. Concordat M.I.C.d.cap.4.quæst.5 reg.1.

XI. Regula: Ecclesiæ quoq; principi ac minori restitutio

stitutio in integrum competit, per ea quæ proposita sunt §. lib 3 cap.1. reg.18.

XII. Regula: Si quæ alia causa iudicem mouerit, in integrum restituere potest, per ea quæ habentur M.I.C lib.2. cap 5 quæst 3. causa 22. Cuius exceptio prima hæc est: Nisi causa de facto non sit probata c.ex literis.4. de in integr.restitut. Huius replicatio est: Nisi causa non plenè probata sit fauorabilis d.c.4.§.licet autem. Plures exceptiones vide d.causa 22.

XIII. Regula: Non totius temporis restitutio facienda, sed eius tantùm, quanto se læsum probat. Clement.vnica, in fine. de in integr.restitut. Concordat M.I.C.d.cap.5. quæst.6.reg 2.

XIIII. Regula: Datum ob causam causa non secuta repeti potest, exemplo c. dilectus. 28. de Simonia. Concordat M.I.C.lib.25.cap.10 quæst.1.in prin.

XV. Regula: Datum ob turpem vel iniustam causam repeti potest, per ea quæ habentur M.I.C. lib. 25.cap.11.quæst.1. in princ. Cuius exceptio est: Nisi vtriusq; sit turpitudo, tam dantis quàm accipientis. c inter dilectos 8. de donationibus. Concordat M.I.C.d quæst.1.except.1. Plures exceptiones vide d.quæst.1.

XVI. Regula: Si quis vt calumniæ causa negociũ faceret vel non faceret, pecuniã acceperit: in quadruplum tenetur.1.q.1.c.in cum.l.1.in prin.ff.de calumniator. De qua re vide plura M.I.C.lib 25.ca.12.

XVII. Regula: Alienatione iudicy mutãdi causa facta,

sa facta, ea rescinditur. c. 1. de alienat. iud. mutandi causa. Concordat l. vnica. C. eod. tt.

XVIII. Regula: Clericus qui litem alienam in se transfert, ecclesiastica censura coercetur. c. vlt. d. tt. Hæc de in integrum restitutionibus de quibus vide plura M. I C. lib 25. Supersunt verborum significationes & regulæ iuris Pōtificij, de quibus sequitur.

DE VERBORVM SIGNIFIcationibus. Cap. XI.

Accusator vnde dicatur, definitur c. forum. 10. §. accusator. de verbor. signif.

Acolythi vnde dicantur, definitur distin. 21. c. cleros. §. acolythi.

Antequam dictio non semper implicat. c. quod dicitur. 4. de verborum significationibus.

Antistes definitur distinct. 21. c. cleros §. antistes.

Archiepiscopus, d. c. cleros. §. archiepiscopus.

Argumentum, d. c. forum. 10. §. argumentum.

Beneficia, c. tua nobis. 32. de verbor. signifi.

Bigami, 27. q. 1. c. quotquot.

Canon, distinct. 3. in prin. cum c. sequente.

Cantor, d. c. cleros. §. cantor.

Causa, d. c. forū. 10. §. causa à casu. & §. causa aut.

Cella, c. priuilegium. 4. de verb. signifi. in 6.

Censura ecclesiastica, c. querenti, 20. de verborum significationibus.

Clauis, extrauag. Ioann. XXII. quia quorundam. 5. §. clauis est. d. tt.

Clerici,

Clerici, vide §. *lib. 3. cap. 3. quæst. 1.*
Concentor, distinct. 21. c. cleros. §. concentor.
Concubina, distinct. 34. c. omnibus. §. concubina.
Coniuratores & conspiratores. c. constitutionem. 2. §. cæterùm. de verb. signifi. in 6.
Cuculla, Clement. 1. §. statuimus. vers. fin. de statu monachorum.
Damni appellatione non continentur expensæ. c. in nostra. 8. de iniurijs.
Desertus locus, c. 1. §. illum locum. de verborum significat. in 6.
Diaconi, dist. 21. c. cleros. §. leuitæ. vers. hi Græcè.
Diœcesis, c. Rodulphus. 35. de rescriptis. M. I. R. lib. 5. cap. 14. in verbo Diœcesis.
Electa, distinct. 34. c. vidua.
Episcopus, distinct. 21. c. cleros. §. episcopus. distin. 93. c. legimus. §. quod quidem Græcè. 8. q. 1. c. qui episcopatum, in prin.
Euidens, c. constitutionem. 2. in princ. de verborum significat. in 6.
Exorcista, d. c. cleros. §. exorcistæ.
Flamen, d. c. cleros. §. sacerdotes.
Flocus, Clement. 1. §. statuimus, in fine. de statu monachorum.
Forum, c. forum, in prin. de verborum signifi.
Generale interdictum, c. cum in partibus. 17. de verborum signifi.
Hæresis, 24. q. 3. c. hæresis. c. hæreticus.
Ianuarius dictus quasi ianua anni atq; principium.

distinct 76.c.ieiunium. §.mense decimo.
Infirmitas duplex,15.q.1.in prin. §.porrò infirmitas. c.illud relatum.§.ita q, vt,vsq; ad §.furor.c.concupiscentia.
Inquisitio,c forum.10. §.iudicium. de verb.signific.
Iudex d.c.10 §. iudex.
Iudicium d.c.10. §.vocatur autem. & §. iudicium. glossa magna in extrauag.com.de iudicijs.
Iure disceptare,c.forum.10.§.iure autem. de verborum signifi.
Iurgium d c.10 §.iurgium.
Ius,c.ius dictum.12.eod.tt.
Iustitia,d.c.forum 10.§.vocatur autem.
Iuxta,c.abbate,25 d.tt.
Laici vnde dicti,12,q.1.c.duo sunt. §.aliud verò.
Lectores,distinct 21.c.cleros. §. lectores.
Leuitæ,d.c.cleros. §.leuitæ.
Liberi vnde dicantur,32.q.4. c.liberi,in prin.
Lis vnde dicta,d.c.forum.10.§.lis. de verbor signific.
Lis mota,c.ex parte.30.eod.tt.
Manifestum,c.cuni olim.24 d.tt. & c. constitutionem.2.in prin.de verb signifi. in 6. M.I.R. lib.5. cap.14.in verbo Manifestum.
Matrix ecclesia,c.venerabili.22.de verb.signifi.
Meretrix, distinct.34.c.vidua. M.I.R. d.cap.14 in verbo Meretrix.
Metropolitanus,distin.21.c.cleros. §.metropolitani. & §.patriarcha patrum,in fine.
Moderatio,c. transmissa.33. de verborum signifi.

Mona-

Monachus, 16. q. 1. c. 1. *in prin. c placuit. §. fin.*
Mulier, 32 q. 2. c. penult. l. 3. *in prin. ff. de verborum significat.*
Mysterium, 1. q. 1. c. multi. §. mysterium.
Natus, c. nam & ego 3 de verb. signifi.
Negociator, distinct 88. c. ejciens. §. ostendam ergo.
Negocium, c forum. 10. §. negocium. & §. in omni. item distinct 88. c. quoniam §. fin.
Nouale, c. 1. & c. quid per nouale. de verbor. signific. l. 30. §. nouale ff. eod. tt.
Oblatio, c. causa. 13. & c. cum inter. 29. eod. tt.
Ostiarius, distinct. 21. c. cleros. §. ostiarij.
Pactum, c. pactum. 11. de verb. signif.
Patriarcha, d. c. cleros. §. patriarcha Græca. & §. patriarcha patrum.
Pater, c. nam & rex. 2. de verb. signific. l. 201. in fine. ff. eod. tt.
Peccatum, vide S. lib. prox. cap. 6. in prin.
Pecunia, 1. q. 3. c. totum. Concordat M. I. C. lib. 25. cap. 18. in verbo Pecunia.
Pedagia. quidagia, salinaria interdicta quæ, c. super quibusdam. 26. §. præterea. de verb. signifi.
Pluralis locutio duorum numero contenta est. c. pluralis. 40. de reg. iuris in 6.
Pontifex, distinct 21. c. cleros. §. Pontifex.
Posterorum appellatione in pœnis non continentur per fœminas descendentes, c. vbicunque. 4. de pœnis, in 6.
Præcentor, d. c. cleros. §. præcentor.

Præpositus, c. quamuis. 9. de verborum signifi.
Presbyteri & Presbyteræ, distin. 21. c. cleros. §. presbyter. dist. 32. c. vlt. dist. 84. c. vlt.
Primogenitus, c. Ioseph. 5 de verb. signifi.
Probatio, c forum. 10. § probatio. de verb signif.
Processus de simplici & plano qualis sit, Clement. 2. de verborum signif.
Psalmista, dist 21. c. cleros. § lectores
Quæstor, c forum. 10. § iudicium. de verb. signif.
Regula. dist. 3. c. regula, in prin. de qua vide item §. cap. prox. in prin.
Reus, d. c. 10. § reus.
Sacerdos, d c. cleros. § sacerdos.
Sacramentum, 1. q. 1. c. multi. § sacramentum.
Sacrificium, d. c. multi. § sacrificium.
Satisfactum, c. ex parte. 23. de verb. signif. Concordat M. I. C. lib. 25. cap. 18. in verbo Satisfactio.
Secundum, c. abbate, 25. eod. tt.
Sortilegi, 26. q. 1. in prin. cum c. sequente.
Subdiaconi dist. 21. c. cleros. § hypodiacones.
Succentor, d. c. cleros. § succentor.
Sui clerici, c. sicut. 5. de verb. signif. in 6.
Testis, c forum. 10. § testes. de verb. signif.
Vates, dist. 21. c. cleros. § vates.
Vidua, distinct. 34. c. vidua. c. presbyteri. § vidua. 242. § vidua. ff. de verb signif.
Voluntas, 15. q. 1 in prin. § est autem voluntas. Hæc de verborum significationibus sint dicta. De quibus vide plura M. I. C. lib. 25. cap. 18.

DE

DE REGVLIS IVRIS. Cap. XII.

REgula definitur distinct.3.c.1.cum sequente. vbi regula accipitur pro lege. Est enim omnis lex regula iustorum & iniustorum. l.2.in fine ff.de legibus. In qua tamen significatione in hoc capite non accipitur Regula: sed accipitur in ea significatione, quæ habetur l.1.ff.de regulis iuris. de quare alibi copiosius dixi.

Absolutio.

I. Regula: Peccatum non dimittitur, nisi restituatur ablatum.c.peccatum.4.de reg iuris,in 6.

II. Regula: Peccati venia non datur, nisi correctio.c.peccati.5.d.tt.

Accessorium.

III. Regula: Accessorium naturam sequi congruit principalis.c.accessorium.42.d.tt. Concordat M.I.C.lib.25.cap.19.in verbo Accessio, reg.1.& 2. M.I.R.lib.5.cap.15.in verbo Accessorium.

Actor & reus.

IIII. Regula: Fauorabiliores sunt rei conuentî quàm actoris.c.cum sunt.11.& c.in pari.65.de reg. iuris,in 6.Concordat §.lib.2.cap.17.reg.15.

V. Regula: Non debet actori licere, quod reo non permittitur.c.non licet 32.d.tt. l.nec debet. 41.ff. eod.tt.

Actus legitimi.

VI. Regula: Actus legitimi cõditionem non recipiunt

piunt neq; diem. c. actus. 50. de reg. iuris, in 6. M. I. R. d. cap. 15. in verbo Actus. l. actus. 77 ff. eod. tt. ex qua lege d. c. actus, desumptum est, sed perperam. Nec enim id ibi dicitur: sed adiectum est pronomen Qui.

Afflictio.

VII. Regula: Afflicto non est addenda afflictio. c. ex parte. 5. de clerico ægrotante.

Amissio.

VIII. Regula: Quibus modis adquirimus, ijsdem in contrarium actu amittimus. c. 1. de regulis iuris. Concordat M. I. C. lib. 7. cap. 4. in prin. & lib. 24. cap. 5. quæst. 3. in prin.

Animus.

IX. Regula: Diuersitatem corporum diuersitas sequitur animorum. c. quia diuersitatem. 5. in prin. de concessione præbendæ.

Argumentum.

X. Regula: Quæ à iure communi exorbitant, ne quaquam ad consequentiam sunt trahenda. c. quæ à iure. 28. de reg. iuris, in 6. Concordat C. lib. 1. cap. 1. quæst. 8. reg. 4. except. 1.

XI. Regula: In argumentum trahi nequeunt, quæ propter necessitatem aliquando sunt concessa. c. in argumentum. 78. d. tt. Concordat d. reg. 4. except. 2.

Beneficium.

XII. Regula: Beneficium ecclesiasticum non potest licitè sine institutione canonica obtineri. c. 1. de reg. iuris in 6. Plura de beneficio vide 3. reg. 92. cum sequentibus.

Boni

Boni & Bona fides.

XIII. Regula: Bona fides non patitur, vt bis idem exigatur. c. bona fides. 83. de regulis iuris, in 6. l. 57. ff. eod. tt.

XIIII. Regula: Fruſtra ſibi fidem præſtari petit, qui eam non præſtat. c. fruſtra. 75. d. st. Concordat §. cap. 7. reg. 1. except. 13.

XV. Regula: Bonarum mentium eſt, ibi etiam culpam agnoſcere, vbi culpa non eſt: quia ſæpe ſine culpa agitur, quod venit ex culpa. diſtinct. 5. c. vlt. §. fin. c. conſilium. 2. §. cum autem, in fine. de obſeruantia ieiuniorum.

XVI. Regula: Sanctius eſt, paucos bonos, quàm multos malos habere. c. cum ſit ars. 14. verſ. ſanctius enim. de ætate & qualitate præficiendor.

Cauſa.

XVII. Regula: Ceſſante cauſa, ceſſat effectus. c. etſi Chriſtus. 26. §. quemadmodum ergo Paulus. in fine. de iureiurando.

XVIII. Regula: Prohibita cauſa, prohibitus quoq; cenſetur effectus, per ea quæ habentur §. lib. 1. cap. 1. quæſt. 8. reg. 2.

XIX. Regula: Prohibito effectu, omnis eius cauſa prohibita cenſetur. d. quæſt. 8. reg. 3.

Certiorare.

XX. Regula: Eum qui certus eſt, certiorari vltrius non oportet. c. eum qui. 31. de reg. iuris, in 6.

Commoda.

XXI. Regula: Qui ſentit onus, debet etiam ſen-

tire commodum: & contrà. c. qui sentire. 55. & e. xationi. 77. de regulis iuris, in 6. Concordat M. I. C. lib. 25. cap. 19. in verbo Commoda.

XXII. Regula: Ex eo non debet quis fructus consequi, quod nisus extitit impugnare. c. ex eo. 38. de reg. iuris, in 6. Concordant ea quæ habentur S. lib. 2. cap. 13. reg. 1. except. 9. M. I. R. lib. 5. cap. 15. in verbo Commodum, reg. 1.

XXIII. Regula: Frustra leges inuocat, qui contra eas committit. c. quia frustra. 14. in prin. de vsuris. l. 37. §. fin. ff. de minor. 25. annis.

Communio.

XXIIII. Regula: In re communi potior est causa prohibentis. c. in re communi. 56. de regulis iuris, in 6. Concordat M. I. C. lib. 8. cap. 24. de rebus communib. reg. 1.

Consensus.

XXV. Regula: Facientes & consentientes par pœna constringit, per ea quæ habentur S. lib. 1. cap. 6. quæst. 5. except. 2.

XXVI. Regula: Quod omnes tangit, debet ab omnibus approbari. c. quod omnes. 29. de reg. iuris, in 6. c. ad hæc. 7. §. fin. de officio archidiaconi.

XXVII. Regula: Qui tacet, consentire videtur. c. qui tacet. 43. de reg. iuris, in 6.

XXVIII. Regula: Qui tacet, non vtiq; fatetur, sed nec vtiq; negare videtur. c. is qui tacet. 44. d. tt.

XXIX. Regula: Quod semel placuit, amplius displicere non potest. c. quod semel. 21. d. tt.

Con-

Consilium.

XXX. Regula: Nullus ex consilio (dummodo fraudulentum non fuerit) obligatur. c. nullus. 62. de reg. iuris, in 6. Concordat S. cap. 7. reg. 25. except. 1.

Contractus.

XXXI. Regula: Contractus ex conuentione legē accipere dignoscuntur. c. contractus. 85. de reg. iur. in 6. Concordat M. I. C. lib. 15. cap. 15. except. 12. repl. 4.

Contraria.

XXXII. Regula: Allegans contraria non est audiendus. c. cum olim. 19. §. fin. de censibus.

XXXIII. Regula: Cohærere & coniungi non possunt, quibus studia & vota sunt diuersa. 16. q. 7. c. in nona. §. vnde oportet.

XXXIIII. Regula: Distingue tēpora, & concordabit scriptura. 2. q. 1. c. si peccauerit. §. distingue.

Culpa.

XXXV. Regula: Culpa est, immiscere se rei ad se nō pertinenti. c. nō est. 19. de reg. iur. in 6. l 36. ff. eod. tt.

Damnum.

XXXVI. Regula: Damnum quod quis sua culpa sentit, sibi, non alijs debet imputare. c. damnum. 86. de reg. iuris, in 6.

Dignitas.

XXXVII. Regula: Infamibus porta dignitatum non patent. c. infamibus. 87. d. tt.

Disiuncta.

XXXVIII. Regula: In alternatiuis debitoris est electio, & sufficit alterum adimpleri. c. in alternatiuis. 70. de reg. iuris, in 6.

Dolus

Dolus.

XXXIX. *Regula: Scienti & consentienti non fit iniuria neq; dolus. c. scienti. 27. d. tt.* Concordat M. I. C. *lib. 15. cap. 2. except. 14.*

XL. *Regula: Qui iussu iudicis facit, non videtur dolo facere. c. quod quis. 24. d. tt.* Concordat S. *lib. 1. cap. 6. quæst 3. except. 7.*

XLI. *Regula: Dolo facit, qui petit quod est restituturus. c. dolo. 59. de reg. iuris, in 6.* Concordat M. I. C. *lib. 24. cap. 2. quæst. 2. causa 2.*

XLII. *Regula: Qui contra iura mercatur, dolo agere præsumitur. c. qui contra. 82. d. tt.* M. I. R. *lib. 2. cap. 11. in verbo Dolus, except. 5.*

Dubia.

XLIII. *Regula: In re dubia humaniorem sententiam sequi debemus. c. estote. 2. de reg. iur. c. odia restringi. 15. c. in pœnis. 49. eod. tt. in 6.* Concordat M. I. C. *lib. 2. cap. 24. quæst. 3. reg. 24. cum sequente.*

XLIIII. *Regula: In obscuris quod minimum est sequimur. c. in obscuris. 30. de reg. iuris, in 6.* Concordat M. I. C. *d. quæst. 3. reg. 20.*

XLV. *Regula: In obscuris inspicimus quod verisimilius est, aut quod plerunq; fieri solet. c. inspicimus. 45. d. tt.* Concordat M. I. C. *d. quæst. 3. reg. 26.*

XLVI. *Regula: De occultis non iudicat ecclesia. c. sicut. 33. §. fin. de Simonia.*

XLVII. *Regula: In re dubia contra eum qui legem apertius dicere potuit, interpretatio facienda.*

c.contra eum 57.de reg.iuris, in 6. Concordat M.I. C.d.quæst.3.reg 19.

Euentus.

XLVIII. Regula: Non ex euentu, sed ex consilio facta æstimanda distinct.47.c.sicut. §. fin. cum duob.cc sequentibus. Plures de euentu regulas vide S. *reg 17.cum duabus sequentibus.*

Exceptionum *regulas vide* S. *cap.9.*

Expressa, & non expressa.

XLIX. Regula: Multa per patientiam tolerantur, quæ si deducta fuerint in iudicium, exigente iustitia non tolerarentur. c.cum iam dudum. 18. §. fin.de prabendis.

Facere & Factum.

L. Regula: Quod quis facit per alium, hoc ipse fecisse videtur. c.qui facit.72.de reg.iuris, in 6.l.1.§. deiecisse ff.de vi & vi armata.

LI. Regula: Quod alicui suo non licet nomine, nec alieno licebit. c.quod alicui.67.d.tt.l.1.§.1.ff.de administrat.rer.ad ciuitates pertinentium.

LII. Regula: Potest quis per alium, quod potest facere per seipsum.c.potest.68.d.tt.

LIII. Regula: Pro facto habetur, quoties per eũ qui facere debet, non stat quo minus fiat.c.imputari.41 & c.cum non stat.66 de reg.iurũ, in 6. Plures huius loci regulas vide S. *reg.79.cum sequente.*

Fortuna.

LIIII. Regula: Aduersitas probatio virtutis est, non iudicium reprobationis.7.q.1.c. aduersitas, in prin.

Genus

Genus & species.

LV. Regula: In generali concessione non veniunt ea quæ quis non esset verisimiliter in specie concessurus. c. in generali. 81. de reg. iuris, in 6. Concordant ea quæ habentur in Dialectica mea iuris ciuilis lib. 2. cap. A genere, reg. 1. except. 9.

LVI. Regula: Generi per speciem derogatur. c. generi. 34. d. tt. Concordant ea quæ habentur d. reg. 1. except. 1.

Ieiunium.

LVII. Regula: Plenus venter facilè de ieiunijs disputat. 12. q. 2. c. gloria. §. plenus.

Impossibile.

LVIII. Regula: Nemo potest ad impossibile obligari. c. nemo. 6. de regulis iuris, in 6. l. 145. ff. eod. tt. Concordat M. I. C. lib. 15. cap. 15. except. 23.

Inimicitia.

LIX. Regula: Inimicitiæ bene loquendo extinguendæ. 11. q. 3. c. iniustum. §. homini.

Initium.

LX. Regula: Quod initio vitiosum est, tractu temporis non conualescit. c. non firmatur. 18. de reg. iuris, in 6. l. 29. & l. 201. ff. eod. tt.

LXI. Regula: Vix bono peraguntur exitu, quæ malo inchoata sunt principio. dist. 61. c. miramur. §. principatus. item 1. q. 1. c. principatus.

LXII. Regula: Quod initio vitiosum non est, ex pòst facto non vitiatur. c. factum. 73. de reg. iuris, in 6. l. 85 ff. eod. tt.

Iudex,

Iudex, & Iudicium.

LXIII. Regula: Factum à iudice, quod ad officium eius non pertinet, ratum non est. c. ea quæ fiunt. 26. de reg. iuris, in 6. l. 129 ff. eod. tt.

LXIIII. Regula: In iudicijs non est acceptio personarum habenda. c. in iudicijs. 12. d. tt.

Iuramentum.

LXV. Regula: Non est obligatorium contra bonos mores præstitum iuramentum. c. non est. 58. d tt. Concordant ea quæ habentur §. lib. 2. cap. 16. reg. 9. except. 1.

Lædere alium.

LXVI. Regula: Delictum personæ non debet in detrimentum ecclesiæ redundare. c. delictum. 76. de reg. iuris, in 6. Concordat §. lib. 3. cap. 1. reg. 22.

LXVII. Regula: Mutare consilium quis non potest in alterius detrimentum. c. mutare. 33. d. tt. l. 75. ff. eod. tt.

LXVIII. Regula: Factū cuiq; suū, non alteri nocere debet. c. mora. 25. d. tt. & l. 197 in prin. ff. eod. tt.

LXIX. Regula: Locupletari non debet aliquis cum alterius iniuria vel iactura. c. locupletari. 48. de reg iuris, in 6. l. 206. ff cod. tt.

LXX. Regula: Non debet aliquis alterius odio prægrauari. c. non debet. 21. d tt. 1. q. 4. in prin. cum cc. sequentib. vsq; ad q. 5 Concordat l. 42. ff. de reg. iuris. l. 2. §. nullum. ff. de decurionibus.

LXXI. Regula: Sapiens non est omnis qui nocet. 6. q 1. c. sapiens.

Magi-

Magistratus.

LXXII. Regula: Exemplum superioris inferiores sequuntur. c. magna. 7. §. praterea de voto.

LXXIII. Regula: Integritas præsidentium, salus est subditorum. dist. 6. c. miramur. §. integritas.

LXXIV. Regula: Totus familiæ status & ordo nutabit, si quod requiritur in corpore, non inueniatur in capite. d. c. miramur. §. nam totius.

Maledictio.

LXXV. Regula: Præmium est iniusta maledictio. 11. q. 3. c. qui iustus, in prin.

Malum.

LXXVI. Regula: Ex duobus malis minimum eligendum. 22. q. 4. c. non solum.

Mora.

LXXVII. Regula: Non est in mora, qui potest exceptione legitima se tueri. c. non est. 60. de reg. iuris, in 6. Cõcordat M. I. C lib. 24. cap. 17. excep. 7. repl. 8.

Necessitas.

LXXVIII. Regula: Quod non est licitum in lege, necessitas facit licitum. c. quod non est. 4. de reg. iuris. M. I. R. lib. 1. cap. 2. except. 13.

Obligatio.

LXXIX. Regula: Ex illicito facto non nascitur obligatio. c. quod latenter. 5. de regulis iuris. Concordat §. reg. 60.

LXXX. Regula: Paria sunt, quid factum non esse, & inutiliter esse factum. c. non præstat. 52. c. quæ contra. 64. & c. in malis. 69. de reg. iuris, in 6. M. I. R. lib. 1.

R. lib. 1. cap. 1. reg. 5. in verbo Factum.

Peregrinatio.

LXXXI. Regula: Non, Hierosolymis fuisse, sed Hierosolymis bene vixisse, laudandum est. 12. q. 2. c. gloria. §. penult.

Pœna.

LXXXII. Regula: Sine culpa (nisi subsit causa) non est aliquis puniendus. c. sine culpa. 23. de regulis iuris, in 6.

Possessor.

LXXXIII. Regula: Pro possessore habetur qui dolo desiit possidere. c. pro possessore. 36. d. tt. Vide item S. cap. 3. reg. 3. except. 1.

Præiudicium.

LXXXIIII. Regula: Res inter alios acta alijs non præiudicat, per ea quæ proposita sunt S. cap. 9. reg. 16. except. 5.

Præscriptio.

LXXXV. Regula: Possessor malæ fidei vllo tempore non præscribit. c. possessor. 2. de reg. iuris, in 6. Vide S. cap. 3. reg. 11. repl. 2.

LXXXVI. Regula: Sine possessione præscriptio nō procedit. c. sine possessione 3. d. tt. l. 25. ff. de vsucap.

Præsumptio.

LXXXVII. Regula: Violenta præsumptio euidentissimam probationem requirit. c. veniens 3. in fine. de presbytero non baptizato. Concordat S. lib. 3. cap. 12 reg. 25. except. 3.

LXXXVIII. Regula: Semel malus, semper præsumitur

sumitur malus. c. semel. 8. de reg. iuris, in 6. M.I.R. lib. 2. cap. 11. in verbo Bonus, except. 4.

LXXXIX. Regula: Ignorantia præsumitur, nisi probetur scientia. c. præsumitur. 47. d. tt. M.I.R. d. cap. 11. in verbo Ignorantia.

XC. Regula; Qui contra iura mercatur, bonam fidem non habere præsumitur. c. qui contra. 82. d. tt. Plures præsumptionum regulas vide s̄. lib. 2. cap. 12. reg. 3. cum sequentibus.

Prior tempore.

XCI. Regula: Prior tempore, potior iure. c. qui prior. 54. de reg. iuris, in 6. Concordat M.I.C. lib. 17. cap. 17. in prin.

Priuilegium.

XCII. Regula: Priuilegium personale personam sequitur, & extinguitur cum persona. c. priuilegium. 7. & c. quod alicui. 74. de reg. iuris, in 6. Concordat s̄ lib. 1. cap. 3. de priuilegijs, reg. 2.

XCIII. Regula: Decet concessum à principe beneficium esse mansurum. c. decet. 16. cum c. sequente. eod. tt. Huius exceptiones vide s̄. lib. 1. cap. 3. de priuilegijs, reg. 3.

XCIIII. Regula: Quod ob gratiam alicui conceditur, non est in eius dispendium retorquendum. c. quod ob gratiam. 61. eod. tt. Concordat M.I.C. lib. 1. cap. 2. quæst. 6. reg. 7. Plures priuilegiorum regulas vide d. cap. 3.

Ratihabitio.

XCV. Regula; Ratum quis habere non potest, quod

quod ipsius nomine nō est gestum. c. ratum. 9. de reg. iuris, in 6. M. I. R. lib. 5. cap. 15. in verbo Ratihabitio.

XCVI. Regula: Ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur. c. ratihabitionem. 10. d. tt. M. I. R. in d. verbo Ratihabitio.

Remouere loco.

XCVII. Regula: Turpius eȳcitur quàm non admittitur hospes. c. quemadmodum. 25. §. alioquin si. vers. quia turpius. de iureiurando.

Sacra.

XCVIII. Regula: Semel Deo dicatum, non est ad vsus humanos vlterius transferendum. c. semel. 51. de reg. iuris, in 6. Concordat §. cap. 3. reg. 30.

Sententia.

XCIX. Regula: Sententia iniusta iudicem potius ladit, quàm eum in quem temerè fertur. 11. q. 3. c. nolite. § fin.

Successor.

C. Regula: Successor præstat factum predecessoris. Quæ regula distinguitur in successore ecclesiastico §. cap. 6. reg 10.

CI. Regula: Nemo plus iuris ad alium transfert, quàm ipse habuit. c. nemo potest. 79. de reg. iur. in 6. Concordat M. I. C. lib. 25. cap. 19. in verbo Successor, reg. 1.

CII. Regula: Successor vti debet iure sui auctoris. c. is qui. 46. d. tt. Concordat M. I. R. d. loco, reg 2.

CIII. Regula: Successor iustam habet ignorantiæ causam. c. cum quis. 14. de reg. iuris, in 6. l. 42. ff. eod. tt.

Totum

Totum & Plus.

CIIII. Regula: In toto & pars continetur, & in eo quod plus est continetur minus. c. plus semper. 35. & c. in toto. 80. de regulis iuris, in 6. l. 110. in prin. & l. 113. ff eod. tt.

CV. Regula: Cui licet quod est plus, licet vtique quod est minus c. cui licet 55. de reg. iur. in 6 Concordat M. I. C. lib 25 cap 19. in verbo Totum, reg. 6.

Veritas.

CVI. Regula: Propter scandalum euitandum veritas non est omittenda. c. qui scandalizauerit. 3. de regulis iuris.

Vsus.

CVII. Regula: Abusus non tollit vsum. 14. q 5. c. neq; enim.

CVIII. Regula: Alienum possidere videtur, qui partis non vtitur, aut malè vtitur. 14. q. 4. c. quid dicam. §. hæc vtiq;.

Vtile.

CIX. Regula: Vtile non debet per inutile vitiari. c. vtile 37. de reg iuris, in 6. Concordat M. I. C. lib. 25. cap. 19. in verbo Vtile, reg 1. Hæc de regulis iuris Pontificijs, quarum tamen plures vide s̄ lib. 1. cap. 1. quæst. 8. lib. 2 cap 12 reg 3 cum sequentibus. item cap. 17 reg. 14 cum sequentibus. item M. I. C. d. cap. 19.

LIBRI QVINTI ET VLTIMI FINIS.

Digitized by Google